Tertia. cõclusio. ¶ Tertia cõclusio. nulla trãsmutatio plura tribus exigit principia. istã cõclusionẽ pbat Philosophus vbi supra sic. si plura tribus essent principia. illa principia essent finita vel infinita. nõ finita: q nõ quatuor nec quinq: et sic de singulis eo q frustra fit per plura qd põt fieri per pauciora modo natura põt pducere rẽ naturalẽ cum vno subiecto et duobus 2rijs. igitur frustra ponũtur quatuor vel q̃nq. Nec etiã infinita. Primo q tunc nihil cõtingeret perfecte scire: eo q tale scitur per oẽs suas causas. modo infinitũ sm q infinitũ est ignotum. Scdo in omni genere vno est vna prima cõtrarietas: sed genera sunt infinita: ergo etiã 2rietates: sed vni 2rietati solũ vna natura respõdet: q frustra ponerẽtur plures. igit solũ sunt finita principia. Tertio natura põt oia facere ex pncipijs finitis que põt facere ex infinitis. igit frustra ponunt infinita. antecedẽs ptz: q Empedocles inq̃t Philosophus ponens solũ principia finita cõplevit causas oim: sicut Anaxagoras ponẽs infinita. T.c.41 ¶ Quarta 2clusio. cuiuslibet trãsmutationi solũ tria adequate in genere correspõdent principia. ptz: q nulla trãsmutatio exigit plura principia tribus: nec alicui sufficiũt pauciora: vt pbatũ est. et pp ter hoc ponebat adequate. cui notanter addidi in genere: q hic nõ loquor de pluralitate numerali sed generica. nam in aliqua trãsmutatiõe possunt 2currere plures forme et plures priuationes. non tñ plura genera formarũ: nec priuationũ nõ coincidẽtium in denoiatiõe forme et priuationis. Et ita seq̃t q cuilibet trãsmutationi solũ subiectũ forma et priuatio intrinsece correspõdẽt: q in cuiuslibet trãsmutatiõis 2ceptu diffinitiuo: vt dixi includunt 2ceptus illorũ: nec dico materia: sed subm: q ad oẽm trãsmutationẽ: vt ptz req̃rit subm: vt pncipiũ. nõ aũt materia: nisi forte materia large sumeret 2uertibiliter cum subiecto.

Quarta cõclusio.

Contra predicta arguit. et primo q pncipia trãsmutationis sunt pauciora tribus. et hoc quibusdã ppositionibus Philosophi. 1. Phisico. prima pposito. priuatio est principiũ per accidens ex qua sequitur q nõ est principiũ intrinsecũ. scda propositio. priuatio non est ens: ex qua sequitur q non est principiũ. tertia propositio. materia et priuatio sunt vnũ numero. ex qua sequitur q materia et priuatio nõ sunt duo principia. ¶ Secundo arguit. q sunt plura quatuor: q elemẽta sunt prima pncipia. pbatur sic. elemẽta nõ sunt resolubilia in priora principia: igit sunt prima principia. antecedẽs ptz: q sunt corpora simplicia. aliter enĩ nõ esset differẽtia iter ea et mixta. ¶ Tertio arguit. q subiectũ forma et priuatio nõ sunt intrinseca principia trãsmutationis diffinitiue: quia principia intrinseca diffinitionis verificant de diffinito: vt colligit a Philosopho. 1. Poste. sed subiectum forma et priuatio nõ verificant de trãsmutatione: q tunc oia illa essent vnũ numero et nõ tria principia: ergo. ¶ Quarto arguit. nullius trãsmutationis esse tria pncipia: q cũ dicit trãsmutationis tria esse principia: ly trãsmutationis: aut supponit pro materia: aut pro forma: aut pro priuatione: aut pro forma et priuatione simul: aut pro cõposito. ptz: q nõ videtur aliud esse trãsmutatio q̃ vnũ istorũ. sed nullius istorũ sunt tria principia intrinseca: vt est notũ. ergo nullius trãsmutationis sunt tria principia intrinseca.

Primum. T.c.66. T.c.79. T.c.66. Scdm. Tertiũ.

Ad primũ dicitur ppositiones philosophi nullatenus 2riari. ¶ Prima enim ppositio nõ asserit priuationẽ esse principiũ per accidẽs trãsmutationis: sed solũ cõpositi naturalis: et hoc est verũ: q loq̃tur de priuatione pprie dicta. ¶ Secũda ppositio nõ intelligit q priuatio nõ sit aliq̃ modo ens: sed solũ q nõ est ens positiuũ: vel per se. 2cedit enim priuationẽ esse ens priuatiuũ et per accidẽs ratione materie. ¶ Tertia ppositio nõ dat intelligere priuationẽ esse materiã vel ecõtra: q Philosophus dicit ibidẽ q differũt specie: sed solũ q materia et priuatio sunt vnũ ens positiuũ: et nõ plura. * ¶ Ad scdm nego q elemẽta sint pma principia: seu q nõ sunt resolubilia in priora principia. Et ad pbationẽ tum dicit: elementa sunt corpora simplicia: igitur nõ sunt resolubilia in priora principia. nego 2ñam: quia lz sint corpora simplicia: nõ tamen sunt entia simplicia. et cum dicit q tunc nõ esset differẽtia inter mixta et elementa negat diffinitio mixti. vnde mixta sunt illa que formaliter vel virtualiter cõponũtur ex elemẽtis. Corpora autem simplicia sunt illa que nõ sunt cõposita ex elemẽtis sed bene ex materia et forma. Entia autẽ simplicia sunt illa que non sunt ex partibus diuersarũ rationũ: vt materia et forma: q ergo elemẽta sunt ex partibus diuersarũ rationũ et non ex elementis: ideo

Ad primũ: 1. Phy. 66. 1. Phy. 79. * Addito. Vel dic/ q materia et priuatio sũt vnũ nũero subiectiue: nam vt dicit in Metaphysica. Illa sunt vnũ nũero subiectiue: que idẽ habent subiectũ: vel q̃rũ vnũ est subiectũ alteri: modo priuatio est in materia tanq̃ accidens (scilz priuatiuũ) ĩ subiecto.

Ad tertiū sunt corpora simplicia:⁊ nō entia simplicia. ¶Ad tertiū dicit ꝙ principia diffōnis ī recto verificant᷑ de diffinito in recto. vt q̄libet ps diffōnis hois de hoie:sed principia diffōnis in obliquo verificantur de diffinito in eodē casu. Ideo lʒ hec nō sit vera. trāſmutatio ē subiectū. forma vel ꝑuatio. hec tamē est vera. trāſmutatio est alicuiꝰ subiecti ex forma in ꝑuationē vł ecōtra. ¶Ad vltimum dicitur. ꝙ ly trāſmutatio nō supponit pro aliquo illoꝝ:sed ꝑ quodam accidēte subito vel successiuo nō permanente. vt alˀs ostendā. s. in vltima parte summe. cū demonstrauero motum realiter distingui a re mobili. pōt̄ dici tñ ꝙ supponit ꝑ materia vel subiecto:q2 ipsa est q̄ transmutatur:⁊ cū dr̄ ꝙ materie non sunt illa tria principia. dr̄ ꝙ verꝫ est absolute sumendo materiā:tamen materie vt est trāſmutatio sunt illa ꝑncipia quia nō potest concipi materiam transmutari:nisi concipiatur subiectum. forma. ⁊ priuatio. quare ⁊c.

¶Capitulum tertium.

Dicigitur modo nos dicimꝰ prio de omni generatiōe simpliciter pertractātes. Est eñ nature accōmodatum primū communia dicere:deinde ea que circa vnunq̄dq3 sunt propria contemplari. Nam quippiam e quopiā:ac aliud ex alio fieri dicimꝰ:aut simplicia dicētes aut composita. Dico autem hoc pacto. Fit enim homo musicus. ⁊ non musicꝰ: musicꝰ. aut ñ musicꝰ hō. musicꝰ hō. Simplex itaq3 dico ipsum fiens. hominēʒ in quā. ⁊ non musicum. ⁊ id etiā quod fit id est musicum. Compositum vero ⁊ id qd̄ fit:⁊ ipsum fiens etiā eum non musicum hominem musicum hominēʒ fieri dicimus. Horum autem alterū non solum hoc aliquid:sed etiam ex hoc fieri dicitur. ceu e non musico musicus. Alterūʒ nō hoc in oīnibus dicit᷑ modo. Nō eñ ex homine musicꝰ:ſʒ homo fit musicus dicitur. At vero eoꝝ que vt simplicia fieri dicimus. alterꝝ ꝑmanens fit:alterū nō permanēs. Nam homo quidēʒ permanet. cūʒ fit musicus homo. Non musicum autem ⁊ immusicum. neq3 simplex neq3 compositūʒ permanet. Que cum ita sint:hoc est ex omnibus q̄ fiunt accipiendūʒ. si quis inspexerit:vti diximus aliquid insuper subijci oportere. ip̄m inquam fiens. Quod ⁊ si numero vnum est:nō tamen est specie vnum. At pro eodē accipio:specie ratiōeq3 differre. Non est enim eadem hominis ⁊ immusici ratio:atq3 alterū permanet. Id enim quod non opponitur permanet homo namq3 permanet. Non musicum autem ⁊ immusicum non permanet:neq3 id quod ex vtriſq3 cōponitur:velut immusicus homo. At vero quippiāʒ e quopiam ⁊ non hoc fieri:in hiſce magis dicitur que nō ꝑmanēt:ceu ex imusico fieri musicum dicitur. Ex hoie vero nō dicitur. Verū ⁊ in hiſce que permanēt:īterdum eodem dr̄ mō. Ex ere namq3 statuā fieri dicimꝰ. In eo tñ qd̄ opponit᷑ ⁊ nō ꝑmanet vtroq3 dicit᷑ modo:⁊ ex hoc fieri hoc. vt ex musico musicus:⁊ hoc fieri hoc. velut immusicus musicus. Idcirco ⁊ in cōposito simr̄ dr̄. Ex imusico nāq3 homie:atq3 imusicus homo musicus hō fieri dicit᷑. Cū autē fieri multis modis dicatur. ⁊ quedam non absolute fieri sed hoc aliq̄d fieri. Quedam simpliciter fieri dicantur. qd̄ quidē solis substātijs cōpetit. In ceteris quidēʒ patʒ aliq̄d ipsum īquam fiēs necessario subijci. Nam ⁊ quātū. ⁊ quale:⁊ ad aliq̄d et quando. ⁊ vbi fit. aliqua re subiecta. Propterea qd̄ substantia sola de nullo subiecto dicitur alio:cetera autem vniuersa de substantia ipsa dicunt᷑. At substātia etiā et quecunq3 alia simpliciter sunt:ex subiecto fieri aliquo:patefiet sane diligenter consideranti. Semper enim est aliquid quod subijcit᷑. ex quo generat᷑ id qd̄ fit. Plante nanq3 ⁊ animalia ex semine fiūt. Eorū autē q̄ simpliciter:quedam trāſfiguratione fiunt: vt statua. quedam additione:vt ea que incrementa suscipiunt:quedam ablatione. vt e lapide mercurius. quedā cōpositione:vt domus. quedā alteratiōe. vt ea que vertuntur materia. Atq3 patʒ ex subiectis omnia fieri: que hoc pacto fiunt. Quare patet ex dictis omne quod fit semper compositūʒ esse. Atq3 est quidem aliquid quod fit. est autem aliquid quod istud fit. Et hoc ē duplex Est enim aut subiectum aut oppositūʒ Atq3 opponi quidē immusicum subijci autē hominē dico. Et vacuitatem q̄dem figure ⁊ informitatem vel inordiationem oppositum:es autem lapidem aurumq3 subiectum. Si igitur eorū q̄ natura constant cause atq3 principia sunt:ex quibus primis constant ac facta sunt non per accidens:sed vnumquodq3 id quod per substantiam dicitur. patet omnia fieri ex subiecto ac forma. Musicus eñ homo ex homie quo

dāmodo musico ve ↄponitur. Ratiōes eñi ī illoꝝ rationes dissolues. Uniuersa igitur q̄ fiunt ex hisce porro fieri pz. Atq̄ subiectuꝫ ip̄m numero q̄dē ē vnuꝫ rōne autem duo. Homo nāq; ⁊ aurum ac omnino materia numerabile est. Est enim hoc aliquid magis. atq; id quod fit: non per accidens ex ipsa gignitur. At priuatio ip̄m inquam oppositū: accidens est forma autem est vnuꝫ. Ut ordo. vel musica. vel eorum aliquid q̄ sili modo dicunt. Quapropter ip̄a principia tum duo. tum tria dicenda sunt. et tuꝫ cōtraria. Ueluti si q̄spiam dicat musicum ⁊ immusicū. aut calidū ⁊ frigiduꝫ aut constructū ⁊ inconstructū. Tum nō cōtraria. fieri eñi nō potest vt mutuo cōtraria patiātur. Soluit̄ autē et hoc. qꝛ aliud est ip̄m subiectū. Hoc eñi nō ē vt patet cōtrarium. Quare principia neq; plura cōtrarijs quodāmodo sunt: sꝫ duo (vt ita dicam numero) neq; rursus penitus duo: quia ipsorum ratio est diuersa: sed tria. Diuersa enim est hominis ratio: ⁊ immusici ⁊ vacātis figura ⁊ eris. Quot igit̄ p̄ncipia sunt naturaliū reruꝫ quib⁹ generatio ↄpetit. Et quonāmodo sunt tot: satis iam explicauimus. Atq; patet aliquid ipsis ↄ̄rijs subijci oportere: ⁊ ↄ̄ria duo eē. Modo autē q̄daꝫ alio nō necessarium eē. Erit eñi sufficiēs cōtrarioꝝ alteꝝ ad faciendā absentia p̄sentiaq; sui mutationem.

Capitulum. viij.

ph. 28.

Consequenter post numerū p̄ncipioꝝ seq̄tur multitudinē causaruꝫ inuestigare ad gn̄ationem cōcurrētiū cōpositi naturalis: quaꝝ due sunt intrinsece (vt materia ⁊ forma. de q̄bus sufficienter est dictū. alie aūt extrinsece: vt efficiēs ⁊ finis. de q̄b⁹ ē iā p diuisiones ðductū. ¶ Jō p̄io notādū ꝙ cāꝝ efficiētiū q̄dā ē vl̄is ⁊ q̄dā p̄ticularis. causa vniuersalis est illa q̄ ad oēm actionē infra spherā lune indifferēter cōcurrit. vt deus celū ⁊ intelligētie. Cā efficiens p̄ticularis est illa q̄ sibi primo aliquē effectū in specie determinat vt elementa ⁊ mixta. ignis eñi primo effectum igneū determinat. ⁊ sic de alijs. ⁊ hec est p̄ma causaꝝ diuisio efficientiū. ¶ 2ª diuisio causaꝝ efficientium quedam totalis. ⁊ q̄dā p̄tialis. Cā efficiēs totalis ē illa ad cui⁹ ꝓductionem nō cōcurrit nisi cā essentialr̄ subordinata vel p̄ordinata. vt de⁹/celū/⁊ intelligētie/⁊ eꝫa: vl̄ mixta sine ↄcursu alteri⁹ cause non essentialr̄ ↄcurrētis. Causa efficiēs partialis est illa. ad cuius ꝓductionē cōcurrit alia cā nō essentialr̄ subordinata vel preordinata. vt Soꝛ. ⁊ pla. portantes vnum lapidem: quem nullus illoruꝫ sufficit portare. Ex quo sequitur ꝙ aliqua causa est p̄ticularis. que nō est p̄tialis. vt q̄libet intelligētie circa primā. ¶ 3ª diuisio, causarum efficiētiū quedā sunt essentialr̄ ordinate. ⁊ quedam accidētalr̄. cause essentialiter ordinate sunt ille quaꝝ superior necessario ↄcurrit ad actionem inferioris. vt intelligētie celestes. non enim pōt agere. scd̄a intelligētia q̄n cōcurrat prima: nec tertia sine scd̄a. Cause autem accidentaliter ordinate sunt ille q̄ꝝ p̄oꝛ nō necessario cōcurrit ad actionē posterioris: vt pater ⁊ fili⁹. pōt eñi aliquē effectum producere filius. nō ↄcurrente patre. ¶ Quarta diuisio. cāꝝ efficientiū q̄dā p̄ncipalis ⁊ q̄dā minus principalis. Cā principalis ē illa virtute cui⁹ alia cā agit: vt de⁹ respectu omniū cāꝝ inferioꝝ. ⁊ itelligētia solis respectu itelligētie veneris. mercurij. ⁊ lune. Causa autem minus p̄ncipalis ē illa q̄ agit vtute alteri⁹: vt itelligentia lune respectu intelligētie mercurij. ⁊ scd̄a itelligētia respectu p̄me et ita non est inconueniens eandē cām esse p̄ncipalē: et mi⁹ p̄ncipalē respectu diuersoꝝ. ¶ Scd̄o notādū ꝙ duplex ē finis. finis intentus. ⁊ finis euent⁹. Finis intentus iteꝝ est duplex scilicet primaria intentione ⁊ secundaria intentione. finis intentus primaria intentione est ille ꝓpter quem agēs agit. vt sanitas. finis autem intentus scd̄aria intētione est ille quo agens agit: vt ambulatio. Finis euent⁹ iteruꝫ est duplex. s. gn̄ationis ⁊ rei genite. finis gn̄atiōis est forma inducta p illā. finis v̄o rei genite est continuatio specifica seu decoꝛ vniuersi. ¶ His p̄missis sit hec p̄ma cōclusio: cuilibet ꝓductioni naturali q̄tuoꝛ adeq̄te correspondent genera causarū: ita ꝙ nō oportet plura cōcurrere: nec sufficiūt pauciora q̄d intelligo p ly adeq̄te. ꝓbatur. nam cuilibet productioni naturali correspondet pro termino finali entitas composita vl̄ simplex. si composita. illa habet materiam et formā: ⁊ cū nihil ꝓducatur a se opꝫ dare cām effectiuam. deinde cum talis ꝓductio nō sit a casu vel a fortuna. opꝫ assignare cām finalē. ⁊ sic pꝫ quaternari⁹ numerus. cāꝝ rum ex p̄te cōpositi. Si autē illa entitas est simplex. ergo est forma. qꝛ prima materia non ꝓducitur. ⁊ cū ꝓducat̄ ex aliquo qꝛ nō creat̄ et ab aliquo qꝛ nō ꝓducit se. ⁊ ꝓpter aliquid: qꝛ nō fit a casu simplr̄. ḡ etiam ꝓductionibus entitatis simplicis correspōdent quatuoꝛ genera causarū. s. materia ⁊ forma: efficiens et finis. Et notanter dixi in ↄclone: gn̄a causarū: qꝛ lꝫ infinite cause concurrant ad productionē alicui⁹ rei. nō tñ plures q̄ꝫ q̄tuoꝛ in gn̄e. quia necessario inciderēt i vnā illarū quatuoꝛ denoīationū. ¶ Secūda ↄclo. lꝫ cuiuslibet ꝓducti sit cā efficiens cōseruās. non tamē efficiens producens. prima pars ptꝫ. eo ꝙ oīa alia a prima causa conseruantur ab illa. sicut lumen a corpore luminoso. scd̄a pars est nota: q̄ñ plura sunt entia ꝓducta q̄ nō ꝓducunt̄ nec amplius p̄nt produci. ¶ Tertia ↄclo. sola cōposita h̄nt q̄tuoꝛ gn̄a cāꝝ. ptꝫ. q̄ñ sola cōposita cōponūtur ex materia ⁊ forma. de⁹ enim nullā cām haber. cū sit act⁹ purus. xij. meta. Intelligētie autē h̄nt cām finalem ⁊ efficientem p̄seruātem. nō autē ꝓducentem. accidentia autē: vt albedo ⁊ nigredo. ⁊ hmōi. h̄nt cām efficientē/finalē/⁊ materialē. non auteꝫ formalē: nec ꝓp̄ie h̄nt cām materialem: sicut composita cum materia sit p̄s cōpositi ⁊ nō forme. ¶ Quarta ↄclo. lꝫ alique cause inuicē denoīatiue coincidant. non tñ omnes. prima pars patet. eo ꝙ idem est agēs ⁊ finis: vt prima cā. ⁊ idem est forma finis ⁊ efficiens. vt forma grauis. secūda pars etiā ē nota: eo ꝙ prima materia nō est efficiēs. nec forma nec finis. ¶ Ex p̄dictis seq̄tur intentū. vꝫ. ꝙ maxim⁹ nūerus causaꝝ non coincidētium in denominatione illa est numer⁹ q̄ternari⁹. pꝫ. qꝛ maxim⁹ numerus interrogationum de causis est numerus q̄ternari⁹. iuxta doctrinam ph̄i. ij. phys. nam secundum ipsum de nullo possumus pluribus modis querere: q̄ꝫ a quo est. propter quid est. ex quo est. et quid est. sed certum est: ꝙ a quo querit de efficiente. propter quid de fine. ex q̄ de materia. et q̄d de forma. Itē oīs cā vel est itrīseca vl̄ extrinseca. si intrinseca. ergo est act⁹ vel positio. si actus. ip̄a est forma. si positio. ip̄sa est materia. si autem causa fuerit extrinseca. ergo precedit effectū. ⁊ sic est efficiens, vel sequitur. ⁊ sic est finis.

pma diuisio.
2a diuisio.
3a diuisio
4a diuis.
Scd̄m: Finis ē duplex.
pria pclo. ex. 2. ph. T. c. 28.
2a pclo
3a pclo
4a pa.

primū. **Contra** predicta arguit. ⁊ primo q̄ materia nō sit causa. q꞉ cātū hȝ esse p q̄ꝫlibet suarū causaꝝ. sed res nō hȝ esse per suā materiam. ergo maior est nota. ⁊ minor declarat ex hoc q꞉ aliter materia haberet magis esse q̄ꝫ cātū q̄d est falsum. ⁊ pꝫ
Scdm. p̄ña per illud phi primo poste. ꝓpter q̄d vnūq̄dq꞉ tale ⁊ illud magis. ¶ Scdo arguit. q̄ forma non sit cā. pmo q꞉ est effect⁹ vltimat⁹ oim aliaꝝ causaꝝ. secundo q꞉ nō materia: eo q̄ materia ante aduentuȝ forme hȝ totū suū esse ⁊ cōsequēter null⁹ alteri⁹ forma est cā.
Tertium. ¶ Tertio arguit. q̄ finis nō est cā. q꞉ finis hȝ rōnē vltimi. mō causa naturaliter est prior suo effectu. Dein de q̄ñ est actio ad sanitatē/sanitas nō. ⁊ ecōtra. ergo
Quartum. nulluȝ illoꝝ est cā alterius. ¶ Quarto ar. q̄ efficiens nō sit cā scȝ q̄ pr̄ nō sit cā filij. q꞉ anteq̄ꝫ filius sit a nullo depēder. ideo tunc nihil est causa eius. nec postq̄ꝫ ille filius est/dependet a patre. q꞉ pono q̄ stati emisso semine moriatur pater. ita q̄ nunq̄ꝫ sint simul pater ⁊ filius.

Ad primū p̄. poste. **Ad primum** dicitur q̄ cātum habet esse per materiaȝ. ex hoc tamen nō sequitur q̄ materia magis esset: ⁊ ad probatiōnē dicit q̄ Aristo. loquut⁹ est de cā efficiēte: ⁊ nō de cau-
Ad scdm sa materiali. ita q̄ ly ꝓpter q̄d in ꝓpositione sua posuit dicit solū causam effectiuā. ¶ Ad scdm dicitur q̄ forma nō excludit a causalitate ꝓpter hoc q̄ vltimo ꝓducat: q꞉ lȝ nō sit causa prioris actiōis: est tamē cā cōpositi ⁊ materie. ⁊ cū dr̄ q̄ materia hȝ prius suū totum esse dr̄ q̄ forma nō est cā materie in esse simpliciter. sed in esse p̄dicamētali. eo q̄ materia seclusa forma nō est quid qualis. nec q̄ꝫta. 7. metaphi. actuata
T.c.8. Ad tertiū. aūt fore dr̄ entitas p̄dicamētalis quāta ⁊ q̄lis. ¶ Ad tertiū dicit. q̄ lȝ finis habeat rationē vltimi in executione. hȝ tñ rōnē primi in intētiōe: q̄m ꝓpter ipȝ mouetur agēs ad operādum. ⁊ ex hoc dr̄ prior cā efficiēte. quapropter ⁊ inq̄t phūs scdo physic. q̄ finis est cā cārū. ⁊ cū dr̄ q̄ finis nō est simul cū actiōe: ad illō concedit in esse reali. tamē in esse intētionali semp est simul. nec sequit. finis est cā. ergo finis est. q꞉ ly cā ē ter
T.c.31.5. me.2. minus distrahēs vel ampliatiu⁹. sed bene sequit. ergo finis est vel erit. ¶ Ad quartū dr̄ q̄ in casu illo fili⁹
Ad q̄rtum nunq̄ꝫ depender a patre actualiter. sed virtualiter solū patre nō existēte. nec sequit. fili⁹ dependet a p̄re ergo pater est. q꞉ hoc verbū depēder ampliat terminū rectū a parte post ⁊ ꝯsequēter dico q̄ in ꝓductiōe seminis pater dr̄ cā filij: nō quidē in actu sed virtute ⁊ potētia solū. ex quo nō sequit filiū esse. ¶ Circa pre
Dubium. dicta posset dubitari de priuatiōe/que est per se causa trāsmutatiōis de qua nō est facta aliqua mētio. ⁊ ideo si priora vera sunt sequit q̄ q̄nq꞉ sunt cause concurrētes per se ad g̃nationē cōpositi naturalis. s. p̄ua
R̄nsio. tio ⁊ quatuor noiate. Dicit q̄ dū tractat de p̄ncipijs deber fieri mentio de priuatione. q꞉ priuatio est principiū: sed quando tractatur de causis non dȝ fieri mētio de eo saltem per se. q꞉ non est causa. nec sequitur priuatio est principium: ergo est causa: vult em̄ philosophus. v. metaphi. q̄ principium in plus se habeat
T.c.1.⁊.2. q̄ꝫ causa. vnde punctus est principium linee ⁊ tamen non est cāsa linee. quare ⁊c.

¶ Tractatus tertiū.
¶ Capitulum primum.

NAtura autem ea que subijcitur: similitudine rationis sub scientia cadit. Nam vt ad statuā es aut ad lecticaȝ lignuȝ: aut ad aliquid aliō coruȝ que formā habent materies atq꞉ informe sese habet anteq̄ꝫ suscipiat formā: sic ad substantiā. ⁊ hoc aliquid atq꞉ id q̄d est hec sese habere videt. Unum igitur hec principium est. Nō tamē est vnuȝ: neq꞉ ens: perinde atq꞉ hoc aliq̄d. Unum etiā principium est ratio ⁊ insuper id q̄d est cōtrariuȝ huic ipsa inquā priuatio. Hec autē quonaȝ pacto duo sunt atq꞉ plura: paulo antea diximus. Primum igitur dictum est. cōtraria solum principia esse. Deinde necessariuȝ est quoddā etiā aliud subijci. triaq꞉ esse Ex hisce vero que nunc dixim⁹ pꝫ que nā est differētia cōtrarioꝝ: ⁊ quo modo principia se habēt: ⁊ quid est ipsuȝ subiectum. Sed vtrum forma substātia sit an subiectum: nōdum emersit. Pꝫ tamen tria principia rerum esse: ⁊ quonā pacto: atq꞉ quis ipsoꝝ sit mod⁹. Quot igitur ⁊ que sint principia reꝝ ex hisce q̄ diximus sit perspectum. Post hec aūt ⁊ dubitationē veteꝝ vnicē pacto solui dicamus. Primi naq꞉ phi veritatem atq꞉ naturā eorum que sunt querentes exorbitarunt quasi ad aliam viā quandam a ruditate depulsi. Atq꞉ asserunt: neq꞉ fieri quicq̄ꝫ eoꝝ que sunt: neq꞉ corrūpi propterea q̄d necesse est quidē omne q̄d fit: aut ex ēte aut ex nō ēte fieri generari q꞉. Neutrū aūt cē pōt. Neq꞉ em̄ fit id q̄d est: iā em̄ est ⁊ ex non ente nihil fieri potest. Aliquid eniȝ subijciat opȝ. Atq꞉ hoc pacto id q̄d deinceps accidit augentes: neq꞉ multa iquiunt esse. Sȝ solum ipsum q̄d est. Illi igitur ob ea q̄ dicta sunt. hanc habuerunt opinioneȝ. Nos autem vno quideȝ modo nihil inter hec dicimus iteresse: ex ente inq̄ꝫ aut e nō ente fieri: ⁊ id q̄d non est aut q̄d est agere quippiā aut pati: aut q̄duis hoc fieri: ⁊ medicum agere quippiā aut pati: aut e medico aliquid esse aut oriri. Quare cuȝ id dicatur dupliciter patet ⁊ ex ente fieri. aut id q̄d ē agere: aut pati duobus modis identidem dici. Edificat igit medicus. nō est vt medic⁹: sed vt edificator. Et albus fit: nō hoc sane quo medicus est: sed quo niger. Medetur autem ⁊ medicinā amittit. quo medicus est. Atq꞉ cum maxime ipsuȝ medicum agere quippiā: aut pati dicamus: vel e medico fieri: si illud agat vel patiatur vt medicus: patet ⁊ hoc e nō ente in quā fieri id significare vt non ens est. Quod q̄dem cum non distinxissent illi longe a veritate semoti sunt. ⁊ ob igno-

rationem hanc adeo insuper ignorarunt vt nihil fieri prorsus. neqꝫ ceterorum quicquid esse arbitrarentur: sed omnem tollerent generationem. Nos autem et ipsi dicim⁹ nihil quidem fieri simpliciter ex non ente: tñ ex nõ ente per accidens fieri. ¶ Ex priuatione enim que est per se nõ ēs ⁊ que nõ inest fieri dicim⁹. Afficitur itaqꝫ id admiratiõe. Ac impossibile esse videtur. ex non ente fieri. Similiter autem neqꝫ ex eo quod est: neqꝫ id quod est fieri nisi per accidens. Sic autem ⁊ hoc fieri dicim⁹ eodem modo: ceu si animal ex animali fieret: et aliquod animal ex quopiã animali. vt si canis ex equo fieret. Etenim canis nõ solum ex animali quodam sed ex aĩali etiam fiet. Sed non vt est animal: iam enĩ id ipsum est. Si vero quippiam emersurũ est animal: non per accidens nõ erit ex animali. Et si quid ens orietur: non ex ente. neqꝫ e nõ ente fiet. Dictum est enĩ quid significat e non ente fieri: eo nãqꝫ pacto quo est non ens. Insuper neqꝫ hoc esse inquã omne aut non esse tollimus. Is igitur vnus est modus solutionis. Alius autē est potentia atqꝫ actu. Dici autē hec possunt potentia atqꝫ actu. hoc autem alijs in locis exacte magis determinauimus. Quare vt diceba⁹ dubitationes ille soluuntur: ob quas quedam eorum que dicta sunt compulsi tollunt antiqui: ob hoc enim tantum exorbitarunt ab ea via qua ad generationem corruptionēve atqꝫ omnino mutationem accedetur. Hec enĩ natura si visa fuisset omnem hanc ipsorũ ignorationem vtiqꝫ dissoluisset.

¶ Capitulum. ix.

Habitis generaliter naturalibus rerũ principijs ⁊ causis sequitur inquirere an noticia scientifica effectus naturalis exigat notitiã priorē cãrum ⁊ principiorũ. Ad qd inuestigandũ est notandũ. ¶ Primo q noticia scientifica duobus modis põt acquiri. scꝫ scientifice ⁊ nõ sciētifice. Noticia sciētifica scientifice acqsita est illa que acquirit p demonstrationē. ⁊ verũ sillogisticũ processum in forma ⁊ in figura: cuiusmodi est noticia habita de triãgulo q hꝫ tres ãgulos eq̃les duob⁹ rectis p hũc sillogismũ. oĩs figura plana trib⁹ lineis cõtēta hꝫ tres angulos equales duob⁹ rectis: sed triangul⁹ est hmõi igitur ⁊c. Noticia aũt sciētifica nõ sciētifice acquisita ē illa que nõ est per formatũ sillogismũ. sed per processum similē demõstratiõi: ita q sicut demõstratio aliquãdo pcedit a causa ad effectum. ⁊ aliqñ econtra: ita hmõi scientifica noticia nõ sciētifice acq̃sita qualis est noticia de triangulo q hꝫ tres angulos equales duobus rectis per designationē anguli extrinseci vel aliarum picturarũ quibus proceditur a causa supra effectũ. ⁊ talis noticia: q non scientifice acquiritur. licet dicatur scientifica ppter modum similem demonstrationi. non tamen est scientia. q non acquiritur per demonstrationem. ¶ Secũdo notandum q philosophus intendens partem affirmatiuam quesiti in principio prologi phisicorum ponit q vnũquodqꝫ arbitramur cognoscere cum cognoscimus prima principia ⁊ causas vsqꝫ ad elementa. quã ppositionē declarãs Alpharabius dicit q ad qdlibet scire concurrunt tria. primo communes animi cõceptiones que non ingrediũtur substãtialiter demõstrationē. sed solũ virtualiter. scdo premisse ⁊ media que ingrediuntur formaliter demõstrationē sed non cõclusionē. ¶ Tertio extremitates que formaliter ingrediuntur demonstrationē ⁊ ⁊ cõclusionē. dicit igit q phũs per principia intelligit cões animi 9ceptiones per cãs media ⁊ pmissas. ⁊ per elemēta extremitates. ¶ Alexãder vero voluit q per principia phũs intelligit cãs agētes. q efficiēti primo cõperit ratio principij per cãs fines. q finis est cã causarũ per elementa materiã ⁊ formã. elemētũ enĩ dicit aliqd qd ē in recõe aũt intrinsece sunt materia ⁊ forma. ¶ Cõmētator Ꝯo dicit phũm per pncipia itelligere cãs extrinsecas. s. primũ motorē ⁊ vltimũ finē. per cãs vero cãs itrinsecas ⁊ remotas. sed per elta intrinsecas propinquas. vult enĩ Cõmen. q cãrũ intrinsecarũ qdam sunt remote: vt prima mã ⁊ vltima forma. ⁊ qdã propinqua. vt mã hui⁹ ⁊ forma illius: ait enĩ q que sunt inter primã materiã ⁊ vltimã formã sunt materie cõposite. ⁊ forme cõposite. ¶ His premissis sit hec prima conclusio. noticia effectus sciētifice acquisita dependet a noticia principiorũ premissarũ ⁊ extremitatum: patet q omnis talis habet per demõstrationē: ad quã necessario hec omnia cõcurrũt pmo posterio. ¶ Ex ista cõclusione sequit q noticia entis naturalis scientifice acqsita psupponit noticiã pncipiorum causarũ ⁊ elorũ iuxta expositionē Alpharabij. q p pncipia intelligit prima principia cõplexa. vt de quolibet esse vel nõ esse: ⁊ per cãs pmissas. ⁊ per elementa extremitates. ¶ Scda cõclusio. Noticia sciētifica effectus non scientifice acquisita: sed per processum naturalem dependet a noticia cause efficientis finalis materialis ⁊ formalis. probatur. nam omnis nostra noticia dependet a sensu primo posterio. igitur pri⁹ cognoscemus sensibilia q̃ intelligibilia. posteri⁹ vero cognoscimus causas intrinsecas per intellectum: ⁊ vltimo reuertitur ad effectum prius cognitũ. Processus ergo naturalis est iste: q ens naturale pri⁹ cognoscitur qd est. scdo qd est postq̃ nõ fuit tertio. q in pductione ipsius aliquid manet sub vtroqꝫ termino ⁊ aliquid nouiter generatur. quarto q per vnionem horum inuicem resultat talis effectus in prima cognitione cognoscitur effectus nude sine concursu. in scda cognoscit efficiēs: q scit intellect⁹ nihil seipsum posse producere. in tertia cognoscitur materia ⁊ forma. in quarta cognoscitur cã finalis: q concludit intellectus illam vnionē fieri ppter existentiã illi⁹ effectus. ¶ Noticia igitur primo acquisita de effectu nõ est scientifica: q habetur sine discursu. sed vltimo habita est scientifica. q est per discursum ratiocinatiuũ nõ tamē est scientifice acquisita. q non per formatũ sillogismũ. sed per solũ naturalẽ discursum a priori. Ex ista conclusione sequitur q noticie scientifice effectuum non scientifice acquisite. sed per solum naturalem discursum presupponunt cognitionem principiorum causarum ⁊ elementorũ: iuxta expositionem Alexandri. ptꝫ q nõ habet talis noticia nisi per omnes suas causas que exprimuntur per principia cãs ⁊ elemēta. ¶ Tertia conclusio. Noticia scientifica effectus non scientifice acquisita. sed per naturalē processum dependet a cognitione cause vniuersalis tam efficientis q̃ finalis. probatur. nã intellectus cognoscens effectum esse ab alio anteq̃ pcedat ad intrin-

Primũ;

Secũdũ;

Tertium;

p. ph. s.

9m. r.
p^a 9clo;

Corrola;

2^a 9clo

3^a 9clusio

seca percipit suam causam effectiuã particularem τ incepisse esse. quare ↄcludit vnũ agens vlẽ ingenerabile icorruptibile cõmune huic effectui τ sue cause efficienti. Postremo vero ↄcludit intellect⁹ illud agẽs non producere hunc effectũ propter seipsum effectuz: quia non concurreret ad corruptionem eius. sed propter cõtinuitatem speciei τ decorem vniuersi ac ostẽsionem sue independentie: ecce ꝙ in primo processu cognoscitur causa vniuersalis efficiens, τ scḋo causa vniuersalis finalis.

Correlariũ

℃Ex ista conclusione sequitur ꝙ noticie scientifice acquisite effectuũ nõ scientifice acquisite presupponunt cognitionẽ principiorum causarum τ elementorum. iuxta expositionem Cõmẽtatoris pz. qm̃ per principia intelligit causas extrinsecas. s. primũ mouẽs τ vltimũ finem.

1. Phy. 1.

Quarta cõclusio. Quarta cõclusio. Noticia sciẽtifica cause depẽdet a noticia effectus: sicut noticia sciẽtifica effect⁹ dependet a noticia cause. pz. qm̃ prius cognoscimus causaz per effectũ ꝙ effectum per causam. τ ita habetur principale inuestigandum. s. ꝙ noticia sciẽtifica effectus naturalis exigit priorem noticiã causarum τ principiorum: qualitercũqꝫ exponat̃ ppõ Arist. in pricipio assumpta. q̃re τc.

Primũ.

Contra predicta arguitur τ maxime contra quartam conclusionem: et primo sic. quia sequitur ꝙ cognitio alicuius depẽdet a seipsa. probatur. cognitio effectus dependet a cognitione cause τ econtra. per conclusionez. igitur aliqua cognitio dependet a seipsa. patet consequentia. qꝛ quicq̇d est causa cause est causa causati.

Secundũ

℃Scḋo sequit̃. ꝙ est possibilis circulatio in cognitionibus: qḋ est contra phũm in primo posteriorum. τ probatur consequentia: nam cognitio effectus est causa cognitionis cause τ econtra. igitur cognitio terminatur vbi incipit. τ per consequens est circulatio.

Tertiũ.

℃Tertio sequitur ꝙ magis notum cognoscitur per minus notum. quod ẽ contra Aristo. 1. posteriorum: τ probat̃ cõsequentia. qꝛ effectus cognoscitur per causaz. vt est concessum: sed effectus sunt nobis notiores causis. primo physicorũ igitur τc.

T. c. 3.

Quartũ.

℃Quarto sequit̃ ꝙ statiz habita cognitiõe causaꝝ habet̃ cognitio effect⁹. pz ↄsequentia p Arist. pmo posterioꝝ. di. ꝙ cognitio minoris nõ est prior cognitiõe ↄclusionis: sed demõstrãs simul inducit notitiã cõclusionis τ minoris ꝓpõnis: sꝫ ↄñs est falsum: qꝛ aliquis potest cognoscere causas alicui⁹ effect⁹ absqꝫ hoc ꝙ cognoscat illum effectum.

Ad pmũm

Adprimũ negatur consequentia: sed bene sequitur ꝙ cognitio effectus dependet a cognitione effectus vel causa a cognitione cause: sed non est eadem.

In processu naturali sunt tres cognitiones.

vnde in processu naturali sunt tres cognitiones. Prima est effectus sine discursu. τ dicitur quia. Secunda cause per notitiam eiusdem effectus. τ iterum vocatur quia. Tertia vero effectus per causam: τ dicitur propter quid modo notitia ꝑpter quid effectus non est notitia: qꝛ effectus. iõ notitia effectus nõ depẽdet a seipsa sed ab alio.

Ad scḋm. 1. Poste.

℃Ad secũdũ dicit̃. ꝙ nõ est impossibilis circulatio in cognitionibus in diuersis generibus cognitionũ: sꝫ Arist. intelligit in eodem genere cognitionũ. vñ iam dictũ est. prĩa cognitio effectus est cognitio quia. τ secunda eiusdẽ effect⁹ est cognitio ꝑpter quid. modo cognitio ꝑpter quid τ quia non sunt eiusdem generis notitie.

Ad tertiũ.

℃Ad tertiũ negat̃ ↄsequentia. τ ad ꝓbationẽ: dico ꝙ effectus est notior cã. τ ecõtra. m̃ aliter τ aliter. effectus. n. ẽ notior cã noticia qꝛ. et causa ẽ notior effectu notitia ꝑpter quid. τ ideo ↄtinue ꝓcedit̃ a magis noto ad min⁹ notũ.

Ad quartũ 1. Poste.

℃Ad quartũ negat̃ ↄña. Et ad phm̃ dico ꝙ in ꝓcessu demõstratiuo syllogistico statiz habita noticia ꝓmissaꝝ habet̃ noticia ↄclusionis: qm̃ partes ↄclusionis sunt extremitates ꝓmissaꝝ: sed verum est: qꝛ nõ habet̃ illa noticia distincte τ ↄiũctim: sed cõfuse τ diuisim: τ ista est intẽtio Arist.

1. Poste.

in ꝓcessu aũt naturali nõ syllogistico nõ opꝫ cognit̃ꝫ causis cognoscere effectuz: qꝛ noticia effectus non reperitur formalr̃ ↄiunctim vel diuisim in⁹ notitia causaꝝ: nec ↄtra hũc modum dicendi loquutus est vnqꝫ phs. Quare τc.

℃Capitulum secundum.

Ipsam igitur τ alij quidam sed nõ sufficiẽter vtrũqꝫ tetigere. Primũ eñi ex non ente simpliciter aliquid fieri atqꝫ oriri fatentur: ea sane ratione qua Parmenidem recte dicere arbitrantur. Deinde si est vna numero: τ vna solum potẽtia ipsis esse videtur. Hoc autem plurimum sane differt. Nos enim materiã priuationẽqꝫ diuersa dicim⁹ esse: atqꝫ materiã quidem: non ens esse per accidẽs priuationem vero per se censemus. Et illam quidẽ proprie atqꝫ quodãmodo substãtiã: priuationẽ vo substãtiaz nullo mõ asserimus. At illi id qḋ nõ est magnũ pũũqꝫ simr̃ inq̇ũt esse: aut vtrũqꝫ simul aut vtrũqꝫ seorsum. Quare modus hic trinitatis diuersus ab illo penitus est: hucusqꝫ namqꝫ progressi sunt vt aliquam naturaz oportere subijci dicant: hanc tamẽ vnaz faciunt. Nam τ si quidã dualitatez facit magnum τ pũuz ipsam appellans: nihilominus tamen idez facit: alterã enim despexit. Etenĩz materies quidem permanens: vna cum forma causa est eorum que fiunt perinde ac mater. At contrarietatis altera pars: necesse omnino persepe ei videbitur: qui mente ipsi⁹ maleficium intuet̃. Nam cum sit quoddam diuinum τ bonum ac appetibile alterum ipsi contrarium esse dicimus: alterum suapte natura affectat atqꝫ appetit ipsum. Illis autem euenit vt contrarium interitum appetat suũ: τ tñ fieri nequit: vt aut forma seipsam appetat: quippe cũ nõ indigeat sui aut contrarium: cuz cõtraria mutuo seipsa corrũpãt. Sꝫ hoc est materia: ꝓinde appetens illud: atqꝫ si femina matrẽ τ turpe appetat pulchrum. Uerum nõ est per se sed per accidẽs turpe. nec per se femina sed per se accidens. At vero tum corrumpitur atqꝫ gignitur: tum neqꝫ fit neqꝫ corrumpitur. Nam vt est q̃dem id in quo per se corrumpitur. Id enim quod corrumpitur in hoc est ipsa inquam priuatio. At suapte potentia: non per se. Sed nec accidat nec oriatur necesse esse. Nam si gignitur: subijciatur aliquid primum oportet: ex quo hoc pacto nascet̃: vt isit in ipa: hoc aũt ẽ

ipsiꝰ natura. Quare fit vt ātea sit ꝙ̄ sit orta. Etenim materiam id dico: quod primuȝ est vniuscuiusqȝ subiectū e quo quippiam eo fit pacto: vt non per accidens insit. Si corrumpitur: ad hoc vltimum sane ꝓficisceť. Quare erit corrupta anteꝙ̄ sit corrupta. De pricipio ꝟo formali: vtrū vnum sit an plura: ⁊ quodnam sit aut que sint prime philosophie diligenter exquisiteqȝ officium est determinare ac ꝑtractare. Quare hec cōtemplatio illo in tempore reserueť. De naturalibꝰ vero formis q̄ oriunť ac accidunt: in hisce que posteris ostendentur dicemus ac pertractabimus. Hoc igiť pacto sint hec a nobis determinata principia inquaȝ esse: ⁊ quenam: ⁊ quot numero sint. Rursus auteȝ alio principio sumpto dicamus.

Capitulum decimum.

Contra Anaxagoram ⁊ ceteros ponētes principiorum ⁊ causarum multitudinē infinitā. arguit Philosophus. j. Physi. di. ꝙ tūc nō cōtingeret aliquē effectū perfecte cognoscere: eo ꝙ nō perfecte cognoscitur causatū: nisi cognoscantur oēs cause illius: sed impossibile est infinita cognoscere: q2 infinitū scḋm ꝙ infinitū est ignotū: adeo quomodo contineat illud veritatē: scȝ ꝙ cognitio alicuius est per oēs suas causas intendo ostendere. Pro quo notandū primo ꝙ entiū quedā habēt ꝓprie quatuor genera causarū: vt cōposita naturalia que habēt intrinsece materiā et formā: extrinsece ꝟo efficientē ⁊ finē. quedā ꝟo ꝓprie loquēdo solū tria vt forme substātiales sensitiue que habēt causam effectiuā ex qua nouiter ꝓducuntur ⁊ causam finalē: q2 nō fiunt a casu nec a fortuna ⁊ formalem: q2 subijciunť sensationibus ⁊ passionibꝰ sensitiuis que sunt forme accidētales realiter inherētes. quedā aūt habent solū duo genera causarū: scȝ efficiens ⁊ finē: vt forme accidētales que ꝓducuntur: et habēt finē ad quem ordināťur: non em̄ ꝓprie habēt materiā: q2 non componunť et illa: nec subijciunť illi: ꝙ autem nō habeāt formā est manifestū. Quedā aūt solū vnū genus cause scȝ finale vt itelligētie celestes: dato ſm Phm ꝙ sint improducte ⁊ ꝙ nō intelligant nisi per suā essentiā. si em̄ habēt causam cōseruatiuā illa nō est ꝓprie causa efficiēs. Quedā ꝟo sunt que nō habēt aliquā causam: vt persone diuine cū sint oīno independētes. Secūdo notandū ꝙ notitiarū quedam est complexa ⁊ quedā incōplexa. quedā perfecta ⁊ quedā imperfecta. Notitia cōplexa est illa qua aliquid cōplexe verbaliter cognosciť: vt notitia qua cognoscitur triangulū habere tres angulos. Notitia autem incōplexa est illa qua aliquid incomplexe cognoscitur: vt notitia qua cognosciť triāgulus vel hō. Notitia perfecta est illa qua aliquid apprehēditur distincte ⁊ sine formidine: vt notitia necessarioꝝ ⁊ cōtingentiū ꝓcedens ex sciētia vel ex credulitate sine hesitatione vt notitia qua apprehēdo deū esse vel te esse hoiem. Comparādo tn̄ notitias inuicē. vna vocatur perfecta: altera imperfecta: ita ꝙ notitia contingentiū nō relata ad aliā notitiā diciť perfecta: comparata tn̄ ad notitiā necessarioꝝ diciť imꝑfecta: ⁊ ita nō est simpliciter imperfecta: sed solū respectiue. Sȝ notitia simpliciter imꝑfecta est illa qua aliquid apprehendiť cōfuse: aut cū formidine: vt opinio qua aliquid apprehēditur cū formidine etiā si fuerit verum vel necessariū. His intellectis sit hec prima cōclusio. De aliquo pōt esse notitia sciētifica ⁊ demonstratiua: de quo nō pōt esse cognitio per aliquā causam eius. ptȝ: qm̄ de primo simplr̄ potest haberi notitia sciētifica ⁊ demōstratiua a priori ⁊ a posteriori ⁊ non per aliquā causam eius. igitur ⁊c. minor ptȝ: quia nō habet causaȝ. ⁊ maior ꝓbatur sic arguēdo. omne ens immēsum est primū simpliciter: sed deus est ens immēsum. igitur est primū simplr̄ hec em̄ demōstratio est a priori: qm̄ prius naturaliter est ens immēsum ꝙ̄ primū simplr̄: sicut per prius est ens ꝙ̄ primū. Item a posteriori sic: omne depēdens habet causam p̄mā sed omnis effectꝰ est dependēs. igitur omnis effectus habet causam primā. Ista demonstratio est a posteriori: q2 cōcludiť causa per effectū. Ex ista cōclusione seqtur ꝙ aliquod est ens causaliter dependēs de quo potest haberi notitia sciētifica ⁊ demōstratiua: ⁊ nō per aliquā causaꝝ suarū. ptȝ secūda pars de qualibet intelligētia separata: cū nō habeat plures causas. Et prima declarať sic arguēdo. Omne eternum ⁊ indiuisibile est separatū a materia: sed quelibet intelligentia abstracta est hmōi. igitur q̄libet talis est separata a materia. Scḋa cōclusio. De aliquo habente plures cās hr̄ perfecta notitia sciētifica ⁊ demonstratiua: ⁊ nō per aliquā illarū causarū. ꝓbatur: nam triāgulus hȝ causam efficiētē ⁊ finalē de quo hȝ geometra notitiā perfectā sciētificā ⁊ demōstratiuā: et tn̄ nō hȝ illā notitiā per aliquā illarū causarum ꝓbatur: q2 nō demōstrat nisi per causam formalē: vt colligiť a Cōmē. in prohemio philosophie. Ex ista cōclusione seqtur. de aliquo habēte oia genera causarū potest aliqs artifex habere perfectā notitiā sciētificam ⁊ demōstratiuā quā non pōt habere per oēs istas causas. ptȝ. nam de hoie habēte oia illa genera causarū hȝ metaphisicꝰ perfectā notitiā ⁊ demonstratiuā ⁊ nō per oēs suas causas: q2 ſm Cōmē. Metaphisi. nō demōstrat nisi per tria genera causarum scȝ formalis / efficiētis / ⁊ finalis. Tertia conclusio. De aliquo effectu pōt haberi notitia perfecta: tam cōplexa ꝙ̄ incōplexa sine notitia alicuius sue cause: ptȝ: quia de aliquo effectu pōt haberi notitia: q2 est sine formidine ad oppositū. ⁊ hec tam cōplexa ꝙ̄ incomplexa. ex quo per prius cognoscimus effectus ꝙ̄ causas. vt dictum est. Quarta conclusio. Noticia sciētifica effectꝰ naturalis ꝑ ꝓcessum naturalē exigit notitiā ꝑ singula genera suarū causarū. Ista cōclusio pȝ ex altero caplo: qm̄ nō cognoscitur aliqs effectus naturalis ꝑ ꝓcessum naturalē quin ꝯcurrat cognitio cāe efficiētis finalis materialis: ⁊ formalis. Concedo igiť ꝙ cognitio ꝑfecta sciētifica effectus ꝑ naturalē ꝓcessum exigit notitiam oīm suaꝝ cāꝝ. nō intelligēdo distributionē pro singulis geneꝝ. q2 tūc oporteret infinita cognoscere. eo ꝙ infinite cause concurrēt ad ꝓductionē effectus naturalis. s. causa cause: ⁊ sic in infinitū dato ꝙ mūdus fuerit eternus: sed ꝓ generibus singuloꝝ. s. pro efficiente ⁊ fine materia ⁊ forma: ⁊ hec fuit itētio Ari. nec voluit phs ꝙ oīs noticia sciētifica ⁊ ꝑfecta alicuiꝰ effectꝰ necessario hēať ꝑ oia gn̄a causarū: sȝ voluit ꝙ artifex considerās oia gn̄a causaruȝ possit suū effectū demōstrare per quamlibet illarum.

Contra predicta arguitur. ⁊ primo: ꝙ de primo simpliciter nō possit esse notitia demōstratiua a priori: quoniā oīs demōstratio a priori est demōstratio ꝓpter quid: ⁊ oīs demōstratio propter quid est per cām. Sed primū simplr̄ non hȝ cāȝ. vt dictum est. igiť ⁊c. antecedens pro duabus primis partibꝰ colligitur a pho primo posterioꝝ. ⁊ ita videť prima ꝯclusio īplicare cōtradictionē. Scḋo arguiť: ꝙ geometra nō demōstrat ꝑ cām formalē: q2 ipse non cōsiderat nisi magnitudinem: sȝ nulla magnitudo hȝ cām formaleȝ. igitur ⁊c. Maior colligiť a pho primo posteriorum. minor est cōcessa cum ducebatur nulluȝ

Quedā entium habēt q̄tuor genera causaruȝ.

Primum

Scḋm.

Quid sit notitia cōplexa

Quid sit notitia incomplexa.

Quid notitia ꝑfecta et iꝑfecta.

Pria ꝯclō.

Cormē. ꝓ. Cōm. aris ꝓ. physi. pmo.

Scḋa ꝯclō.

Tertia cōclusio.

Quarta cōclusio.

ꝓo. phi. ꝓ.

Primum

Secundū

accidēs hr̄e cām formalē. ⁊ ex hoc apparet falsitas secūde ↄclusionis. ¶ Tertio ꝓbatur: ꝙ metaphisicus potest demōstrare ꝑ cāz materialē. pmo. qꝛ metaphisicus cōsiderat de cā materiali: qꝛ ↄsiderat oīa entia mūdi. scdo qꝛ demōstrat ꝑ diffinitionē et quamlibet partem eius sed vna pars diffinitionis est materia. s. genus. vt videtur dicere Porphirius in vniuersalibus. ¶ Quarto ꝓbatur ꝙ aliqs effectus non pōt cognosci ꝑ oīa gn̄a causarū pmo. qꝛ accidētia naturalia sunt hmōi cū nō habeant omnia genera causarū: secundo. qꝛ nulla diffinitio potest exprimere oīa gn̄a causaꝝ: sꝫ solū gen⁹ ⁊ differētiam que nō dicunt nisi materiam ⁊ formam.

Tertium · Quartum

Ad primū

Ad primum dicitur ꝙ demonstratio qꝛ. et ꝓpter quid dupl'r sumit': sꝫ large ⁊ stricte. Primo stricte pro demonstratione precedente a causa sup effectū vel ecōtra: ⁊ sic de primo simpliciter non habetur demonstratio ꝓpter qd: sed solum quia: ex quo sequitur ꝙ demonstratio ista facta non fuit quia nec propter quid stricte sumēdo. secundo modo demonstratio quia. et propter quid. sumitur large ꝑ demonstratione precedente a priori ad suum posterius ⁊ econtra: ita ꝙ illa que est a priori dicatur propter quid. Ista autem que est a posteriori nomietur qꝛ. ⁊ isto modo loquēdo: dico ꝙ demōstratio facta de primo ente ē ꝓpter quid: non tamen per causam. Et ad pbm rn̄det' ꝙ ipse sumit demonstrationem propter quid stricte. ¶ Ad sꝫ negatur cōsequentia. ꝙ licet geometra non demonstret triāgulū hr̄e tres angulos equales duob⁹ rectis ꝑ suā cām formalem: quia nullam habet: tamen demōstrat per causam formalem. scilicet per augulum extrinsecum ¶ Ad tertium dicitur: ꝙ licet metaphisicus consideret quidditatem prime materie: non tamen demonstrat per materiam. qꝛ nō ↄsiderat materiam vt ē pncipium subiectiuum forme: ⁊ pncipium motus et qetis. Et cum dicitur ꝙ demonstrat partes diffinitiōis concedo nego tamen ꝙ aliqua illarum sit materia: licet habeat se loco materie: ⁊ hec est intētio Porphi. ¶ Ad quartum dico. ꝙ lꝫ albedo vel aliud accidens non habeat quattuor genera causarum: tamen pōt demonstrari per omnia quattuor gn̄a: qꝛ in processu naturali percipitur albedinem nō per se existere: sed esse in alio ⁊ sic cognoscitur materia. Item negat' ꝙ nulla diffinitio posset exprimere omnia quattuor genera causarum: quia homo potest sic diffiniri: homo est animal rationale productū ab homine ⁊ sole ⁊ ad felicitatē ordinatum: vbi ly animal exprimit cāz materialem: ⁊ ly rationale formalem: ⁊ ly productum ab homine ⁊ sole. cām efficiētem particularem ⁊ vl'em: ⁊ ly ordinatum ad felicitatē. cām finalē: vel sic. homo est cōpositū ex materia ⁊ forma productū ab animali rationali ⁊ ad felicitatem ordinatum.

ꝑo poste. · Ad secūdū · Ad tertiū · Ad quartū

Aristo. de naturali auscultatione Liber secūdus. Capi'm primum

Oꝝ q̄ sūt q̄dā sunt natura q̄dam ob alias cās. Natura q̄dē sunt animalia ꝑtesq; ipsoꝝ et plantę: ⁊ simplicia corpa. Ut terra ignis aer ⁊ aq̄. Hec eniꝫ ⁊ huiuscemodi res natura dicim⁹ esse. Omnia aūt q̄ dicta sunt ab hisce q̄ non natura cōstāt differre videntur. Nā ea q̄dē q̄ natura constant: principiū in seipsis vniuersa motus statusve. Partiꝫ eius qui loco accommodatur: partim accretionis decretionisve. partim alterationis habere vidētur. At lectica vestis: ⁊ quicq̄d sit aliō similis gn̄is: quo quidem huiusmodi noībus appellant': atq; ab arte sunt: hoc nullū principiuꝫ mutationis insitum habent. Quo vero ipis accidit: vt sint lapidea: vl' terrea vl' ex his mixta: motus quietisue pricipium habent. Que cum ita sint: patet naturam principium esse quoddam et cām: vt id moueatur atq; quiescat: in q̄ primo per se. ⁊ nō ꝑ accidēs inest. Dico aūt nō ꝑ accidens: quia sibiipsi quispiam medicus sanitatis causa fieri potest. Attamen non quo sanatur: eo medicinā habet: sed accidit vt idem sit medicus: subiēsq; sanationem. Quapropter et separantur nonnunq̄. Similiter sese habet et vnumquodq; ceterorum que per artem efficiuntur.

Nihil enim ipsorum effectionis in se principium habet. Sed quedam ī aliis atq; extrinsecus habent. Ut domus: ⁊ vnumquodq; eorum que manu conficiuntur. Quedam in seipsis quideꝫ id habent: non tamen per se quecūq; cause per accidēs sibi fieri possunt. Id igit' est natura qd̄ dictū est. Naturā aūt hn̄t q̄cūq; tale pncipiū hn̄t: atq; hec oīa substātie sūt: subiectū eīn qddā ⁊ ī subiecto est semꝑ natura. Scdm̄ vo naturā sunt ⁊ hec ipsa: ēt ea q̄ hisce ꝑ se cōpetūt. Ut igni ferri sursum. Hoc eniꝫ natura quidem non est: neq; habet naturā: sed cōpetit ⁊ est natura atq; scdm̄ naturā. Dictum est igitur quid ē natura ⁊ quid id qd̄ natura atq; sm̄ naturā est. Eniti autem naturam esse ostendere: ridiculum est. Patet enim tales esse rerum cōplures. Ostendere vero ea que manifesta sunt per ea que non sunt manifesta: hominis est profecto qui nequit id qd̄ est per se notum et id quod non est per se notum discernere. Atq; id fieri posse non est obscuruꝫ. Ratiocinabitur eīn de coloribus quispiā ortus cec⁹. Quare necesse est tales homines de nomini

bus loqui: nihil autem intelligere.

¶ Capitulum secundum.

Natura autem substantiaque eorum que sunt natura: id quibusdam esse videtur quod primum cuilibet inest: informe per se. Veluti lectice quidem natura lignum: statue autem es: cuius hoc signum Antiphon esse dicebat. Nam si quispiam lecticam obruerit humo: vimque putredo acceperit: vt germen emittat: non lectica: sed lignum idem emerget atque pullulabit. Propterea dispositio quidem que lege atque arte conficitur: per accidens est. Substantia vero est illa: que et continue dispositiones hasce suscipiens permanet. Quod si cuilibet etiam istorum ad aliud quippiam hoc idem accidit: vt eri quidem: auroque ad aquam: ossibus autem atque lignis ad terram: ceterisque similiter: patet illa naturam ipsorum atque substantiam esse. Quapropter quidam terram quidam aquam: quidam horum aliqua quidam hec omnia eorum que sunt naturam esse dixerunt. Quod enim quisque tale esse putauit siue vnum siue plura: id totque vniuersam substantiam esse dicit. Cetera vero cuncta affectus horum habitus ac dispositiones. Et horum quidem quoduis perpetuum esse. Non enim ex se se mutationem ipsis competere: cetera autem infinities fieri atque corrumpi. Uno igitur modo natura sic dicitur prima cuique subiecta materies eorum: que motus in se mutationisque principium habent. Alio vero modo ipsa forma et species que rationi accommodatur. Nam vt ars dicitur quod secundum artem extructum est: atque artificiosum: sic et natura dicitur quod secundum naturam: et naturale. Atque neque illud habere quicquam secundum artem: vt artem esse dicimus si lectica potentia tantum est: nondum autem habet formam lectice: neque in hisce que constant natura. Quod enim est potentia caro vel os: id nondum habet suam naturam: antequam accipiat formam que ad rationem accomodatur: quam assignantes: quid est os dicimus: aut caro: neque constat natura. Quare alio modo natura forma species est corporum: que in se ipsis motus principium habent que quidem non est separabilis nisi ratione dumtaxat. Id autem quod ex his est compositum natura quidem non est: sed est et constat natura vt homo: atque natura magis est quam materies. Unumquodque enim tum magis dicitur: cum est actu quam cum potentia. Preterea ex homine nascitur homo: sed non e lectica lectica. Quapropter et inquiunt non figuram esse naturam: sed lignum: quia fiet si pullulabit non lectica: sed lignum. Quod si ita est et ipsa forma est profecto natura: fit enim ex homine homo. Insuper ea natura que vt generatio dicitur via est ad naturam. Non enim vt medicatio non ad medicinam: sed ad sanitatem dicitur via: medicationem enim a medicina non ad medicinam esse necesse est: sic ad naturam sese habet natura. Sed id quod nascitur: ex quodam ad quoddam vt nascitur proficiscitur. Ad quod igitur proficiscendo nascitur. Nempe non ad id ex quo fit profectio. Forma igitur est natura: forma autem atque natura dupliciter dicitur: ipsa namque priuatio forma quodammodo est. Si vero sit priuatio: et contrarium aliquod circa simplicem generationem necne: posterius considerare oportet.

¶ Tractatus secundi Capitulum .j.

habens partes: cuius nulle partes sunt: ideo cōcedo ꝙ motus infinite partes sunt: quarū vna aliā includit. ⁊ eiusdem motus infinite partes non sunt: quarū quelibet est preterita vel futura. Item cum dicitur illud quod fit non est. intelligitur de eo quod fit per

Ad tertium positionem. ¶ Ad tertiū negatur ꝯsequētia: sed bene sequitur ꝙ pro quolibet instanti hore future erit motus: quia illa significat ꝙ in quolibet instanti hore future erit: ita ꝙ aliquis motus est: ⁊ ideo negatur ꝙ omne quod est: est in instāti presenti ꝫ omne quod est sit pro instanti presenti: quia pro hoc instanti verum est ꝙ omne ens est. ⁊ ſm istū sensum aliquādo conceditur ꝙ in instāti est motus: ꝫ motus nō sit in instanti: tamen ſm probationem verborum ista propositio

Ad quartum est falsa. ¶ Ad quartum dicitur / motis nobis mouentur omnia que in nobis sunt prout ly in dicit circunstantiam partis in toto: sic intelligit Philosophus ⁊ non prout dicit circunstantiā forme in subiecto: modo patet ꝙ motus est in mobili subiectiue ⁊ non prout est pars eius. ¶ Deinde ad aliud nego antecedens: quia etiam vt alias ostendā pater distinguitur realiter a paternitate: ⁊ tamen deus nō potest corrumpere omnē patrem aliqua paternitate manēte: ꝫ forte omne posterius potest deus destruere sine priori nō tamen ecōtra. modo sic est ꝙ paternitas est posterior indiuiduo patris ⁊ motus mobili: quare ⁊c.

¶ Capitulum tertium.

Uel cū ita sint: patet motiuum in ipso mobili: esse. Id inquaꝫ quod mutatur. Est eniꝫ act⁹ hui⁹ ab ipso motiuo. Motiui quoqꝫ actus nō ali⁹ quisꝗ̄ est: amborum namqꝫ actum esse oportet. Est enim hoc quidem motiuū quo potest: hoc auteꝫ mouens quo agit At ipsius mobilis est actiuum. Quare perinde amborum vnus est actus atqꝫ vnius ad duo: ⁊ duorum ad vnum idem est interuallum. et vt accliue atqꝫ decliue. Hec enim vnuꝫ quidem sunt. At ratio nō est vna. Similiter res sese habet ⁊ in hiscē quorum alterum mouet: alterum mouetur. Existit autem hoc loco dubitatio disserēdi facultati accommodata. Necesse est enim ipsum aut in priuatione. aut in potentia fortasse actuꝫ aliquem esse ipsius actiui: ⁊ etiam ipsi⁹ passiui. Est enim actio quidem illius: passio vero huius: et opus finisve illi⁹ factum. huius affect⁹. Si igitur ambo sint mot⁹ sintqꝫ diuersi: in ꝛquoruꝫ sunt aut enim in patiente ⁊ eo quod mouet̄ sunt ambo: aut actio quidem est in agēte. passio vero in patiente. Quod si hāc etiam actionem oporteat appellare. nomine solo conuenient. At vero si hocē motus profecto in eo quod mouet erit. Eadem enim est ⁊ in eo quod mouet. et in eo quod mouetur ratio. Quare aut omne mouēs mouebit̄. aut aliquid motū habēs haud mouebit̄. Quod si ambo actio īquā et passio in eo sunt: quod mouet̄ ac patitur. et hec duo doctio disciplinave sunt in ipo discēte. Primū quideꝫ actus in vnoquoqꝫ cuiusqꝫ non erit. Deinde absurdū est: duobus quippiam motibus simul moueri. erunt eniꝫ alterationes q̄dam vnius due: atqꝫ ad vnā formā. At fieri nequit. At vn⁹ ne actus erit. At rōnis fines egreditur diuersoꝝ specie duoꝝ: vnuꝫ actū eundēqꝫ esse. Et si idem doctio disciplinave. Et actio atqꝫ passio: docere etiam ⁊ discere idem erit ⁊ agere atqꝫ pati. quare necessario discet omnia qui docet. et patietur qui agit. An neqꝫ alicui⁹ actum in alio esse absurdū est. est enim doctio docentis actus in aliquo tamen est ⁊ non incisus: ꝫ est huiusce i hoc. Neqꝫ quicꝗ̄ prohibet vnum duoꝝ eundeꝫ esse: nō vt idem habeat esse: ꝫ vt est id quod est potentia: ad id quod est actu. Neqꝫ necesse est docentem discere: et si pati atqꝫ agere idem est: non vt ea tamen que rationis eiusdem sunt: vt vestimentum ac tunica: sed via qua ex thebis athene: et ex athenis thebe petuntur. vt et antea diximus. Non enim eadem iis omnia competunt: que aliquo mō sunt eadeꝫ. Sed hisce dūtaxat quorum est eadē ratio. At neqꝫ si doctio et disciplina sint idem. idem erit ⁊ docere ac discere: quēadmoduꝫ neqꝫ si interuallum sit eorum que distant vnum idemqꝫ est ab hoc ad illud atqꝫ ad hoc ab illo distare. Omnino autem neqꝫ doctio ꝓprie ideꝫ est qđ disciplina. neqꝫ actio idem qđ passio: sed motus cui hec insunt. Nam huius in hoc ⁊ huius esse actum ab hoc: diuersum est ratione. Quid igit̄ est motus ⁊ vniuersaliter: ⁊ ꝑ partes etiā diximus. Nō eīm est obscurū quonā pacto queqꝫ spēs ipsius diffinietur. Alteratio enim actus est alterabilis: vt est alterabile. Enimuero notius hoc pacto etiā diffinietur: si potentia actiui atqꝫ passiui vt tale est actus esse dicat̄: ⁊ simpliciter ⁊ ꝑ singulos: vt edificatio: vel medicatio. Modo eodem et de ceterorum motuū vnoquoqꝫ dicetur.

¶ Capitulum.xviij.

T.c.19. t.20. Primū

Actio quadrupliciter sumitur.

Ut appareat differentia inter motum et actionē quam implicite asserit Phs.iij. physi. ¶ Notandū primo q actio quadrupliciter sumit. Primo pro omi actu. et sic loqtur Phs.xij. Meta.di.q deus est actus pur9 seu actio pura. Scdo pro omi opatione absoluta inmanente: vt intellectio z volitio: z sic loqtur Phs.vj. Ethicoz di.prudētia est ratio recta agibiliū. Tertio pro opatione absoluta trāseūte vt domificatio et sanatio. z sic ,ppue dicit factio: vt testat Phs.vj.Ethi. di. ars est recta ratio factibiliū. Quarto pro respectu agētis quo refert ad passum: z sic loqtur Phs in pdicamētis: cū ponit actionem esse pdicamētū distinctū ab alijs.

Secūdū. Passio quadrupliciter sumitur.

¶ Scdo notandū q passio quadruplr sumit pro omni dispōne qualitatiua: z sic sumit cū dicitur pulchritudinē z turpitudinē esse passiones corporis: z sciētias z virtutes esse passiōes aie. ¶ Scdo pro motib9 z appetitib9 z actibus vitalib9 aie: vt visio/auditio/dolor/z tristitia spūalis: de qb9 loqt Phs in predicamentis di.q tertia spēs qualitatis est passio vel passibilis qualitas. ¶ Tertio pro motib9 seu dispositionib9 corporalib9 tēdētib9 in corruptionē: et sic dicimus infirmitatē esse passionē z ifirmū pati. ¶ Quarto pro operatione agentis recepta in passo absoluta vel respectiua. absoluta: vt calefactio vel frigefactio. respectiua vo vt respect9 fm quē passum refertur ad agens de qua passione loqtur Phs in pdicamētis cū asserit passionē esse vnū de decē pdicamētis: z auctor sex principioz di.passionē esse illationem ac effectū

Pa 9clo.

actiōis di. q passio est effect9 illatioq actiōis. ¶ His pmissis sit hec pma 9clusio. Nō ois mot9 est actio: nec ois actio est mot9. prima pars ptz: q mot9 celi nō est actio celi fm Auer.iij. physico.di.q omne agens est mouēs z nō ecōtra. Scda pars ptz etiā de actiōe inmanēte que nō est mot9 cū illa sit indiuisibilis z permanens: mot9 aūt est diuisibilis z successiu9.

Conclusio.

¶ Ex ista 9clusione seqtur q nec ois mot9 est passio: nec ois passio est mot9. prima pars ptz de motu celi qui non est passio cū per illū nō patiatur celū. et secūda est euidens de qualibet dispositione indiuisibiliter pducta seu qualitate permanēte que nō dicit motus.

2a 9clo.

¶ Secunda 9clusio. Possibile est esse actionem sine passione: sed nō ecōtra. pma pars ptz: quia possibile est q deus creet vnam entitatē simplicē sine subiecto: quo posito entitas illa esset actio: z tamen nō esset passio: quia nihil per illā pateret. secūda pars est euidens: quia impossibile est q aliqd patiatur z trāsmutetur nisi ab aliquo: z per 9sequens aliquid agit: igit actio est.

3a 9clo.

¶ Tertia cōclusio. Sicut aliquod actiuū est passiuum: ita aliqua actio est passio. pma pars ptz: eo q idem est agēs z patiēs tam respectu eiusdē: ponēdo rationē q respectu diuersoz. aer enim patitur ab igne z agit in aquā. scda pars est nota de actiōe trāseūte absoluta. ipse eñ est actio scz calefactio: q pducit ab agēte. z eadē est passio absoluta. q recipit in passo

4a 9clusio

¶ Quarta cōclusio. Sicut aliqd actiuū nō est passiuū z ecōtra. ita aliqua actio nō est passio: et ecōtra pma pars ptz q de9 est actiu9: z nullo modo est passiuus cū sit actus purissim9 sine potētialitate admixta: scdm cōmē. z phm.xij. metha. Et ecōtra materia prima est passiua z nō actiua cū sit passibilitatis infinite z nullius actiuitatis fm cōmētatorē primo physi. scda pars cōclusiōis est manifesta de actione respectiua z passiōe respectiua facit tib9 duo predicamēta: pdicamēta eñ sunt impmixta: z illa negatiua est necessaria z imediata in qua negat vnū generalissimū ab alio primo posterioꝝ. igitur nulla actio est passio: z econtra loquendo de actione z passione dicentibus respectum.

Correla.

¶ Ex predictis sequitur q aliqua actio est in patiente z non in agente. z aliq est in agēte. z non in patiente pma pars patet. de actione absoluta trāseū. e. domificatio enim z calefactio sunt in materia patientis z non agentis. secunda pars est nota de actione respectiua que est in eo quod denominat sed denominat agens z nō passum.

Primū

Contra predicta arguitur z primo q actio z passio respectiue sumpta nō sunt diuerse entitates. primo q tunc nullum agens naturale posset producere aliquē effectum quin produceret tres effectus vel plures. consequēs est dissonū: z probatur cōsequentia. q calefaciens in producēdo caliditatem pduceret illā z motū distinctū ab illa q est calefactio: z actionem respectiuā in agēte: z passionē respectiuaz in passo.

Scdm. T.c.28.

¶ Secūdo arguit auctoritate Aristo.iij.physi. dicens q actio z passio vnus motus z qd idē est actus actiui z mobilis sicut z sensus z sensibilia: z q nihil prohibet idem esse actū agentis z patientis: sicut idem est tunica z vestis. vnde ibi videt dicere cōmentator q actio z passio sunt idem fm rez z differunt ratione: sicut tunica z vestis.

Tertiū.

¶ Tertio arguitur. q actio nullo modo est in agente: q dato opposito sequitur q omne agens patit consequens est contra phūm tertia physi. z pbat cōsequētia: q omne agens in agendo nouiter recipit respectum actionis qui est vera forma inherens illi. igitur in recipiēdo illum patitur sicut passum patitur: q recipit nouam formam.

Quartū T.c.9.

¶ Quarto sequitur q. agēs naturale non posset agere in materiā nisi ifinitas tales actiones reciperet. consequēs est falsum. z pbatur cōsequētia qm actio est respectus quo agēs refertur ad passum scdm vltimam conclusionem: sed nullum agens potest agere in materiam nisi referatur ad infinita passa: q ad infinitas partes eiusdē passi. igitur zc.

Ad primū

Ad primum dicitur q id est necessarium q ad minus quatuor tales entitates concurrant ad productionem alicuius rei absolute. vnde in productione luminis vbi videtur hoc minus concurrere concedo q est ibi actio z passio: mutatio z lumen.

Ad scdm. T.c.20.

¶ Ad secundum dicitur q Aristo. determinans de actione z passione.iij.physi. primo loquitur de illis fm aliorum opinionē: vbi dicit z concedit predictas ppositiones. Scdo aūt determinat de illis fm opinionē ppriam di. omnino autem dicere est neq doctio cum doctrina: neq actio cū passione: idē ppre est potest tamen dici q vbi Aris. posuit illas ppositiones loquit de actione z passione vt sunt entia absoluta: z sic non est inconueniens actionem eē passionem z econtra vt dictum est vbi aūt posuit q actio non est passio proprie loquēdo de illis vt faciunt predicamenta distincta.

Ad tertiū T.c.10.

¶ Ad tertium negat consequentia. q nō quelibet noua receptio est noua trāsmutatio. sicut enim relatio potest euenire alicui sine mutatione illius iuxta doctrinam phi.v.physic. ita actio aduenit agēti sine mutatiōe eius: sicut eniz similitudo aduenit nouiter alicui p solam mutationem factam in alio: ita actio aduenit nouiter agenti per mutationē solā factam in passo. z q nihil patitur sine mutatione ideo agens recipiens actionē respectiuā nō patitur per illam sicut nec mutat.

Ad quartū

¶ Ad quartū dicitur q illud non est inconueniens sicut de relationibus infinitis que possunt alicui euenire ex vna sola mutatione: tamen illud non sequitur: q nō consurgit nouitas actionis z distinctio ex distinctione passorum simpliciter: sed ex distinctione passoruz totalium. Modo q ad nullam comparationem concurrunt infinita passa totalia igitur nec infiniti respectus fm quos agens refert ad passum. de hac materia dicam alias diffusius.

¶ Tractatus secundi.

¶ Capitulum primum.

Cum aūt sciētia naturalis circa magnitudines motū tēpusq versetur: quoꝝ vnū quodq finitū aut infinitū esse necesse est. Et si non oē qdōis necesse est, aut infinitū esse: aut si

nitum vt affectum ac punctum. Talium enim fortasse nullum necesse est in horum altero collocari. Ad naturalem sane philosophum de infinito si sit nec ne. et si sit quidnam sit, contemplationem de ipso propriam esse: hoc signo patet. Omnes enim qui digne talem philosophiam tetigisse putantur: de infinito sermonem fecerunt: ac omnes ipsum vt principium quoddam eorum que sunt posuerunt. Alii quidem per se: vt substantiam. non vt rei cuiusdam accidens: vt pithagorici atque plato: verum pythagorici quidem in sensibilibus ipsum ponunt. Non enim separabilem numerum faciunt. et id quod est extra celum infinitum esse dicebant. Plato autem extra quidem celum neque corpus esse neque ideas putabat: propterea quod neque sunt ipse. Infinitum vero et in sensibilibus et in illis esse censebat. Et illi quidem per ipsum infinitum esse dicebant. Hoc enim comprehensum atque finitum ab impari prebet hisce que sunt infinitionem. Signumque huius id esse quod in numeris accidit cum enim nomen circa vnum seorsumque ponunt. nunc alia semper fit species nunc vna. At plato duo infinita facit: magnum inquam ac paruum. Naturales autem omnes aliam quandam semper naturam eorum que elementa dicuntur ipsi infinito supponunt. vt aquam vel aerem. vel id quod inter hec medium collocatur. preterea qui elementa finita fecerunt. Nullus enim ipsorum infinitum facit: qui vero elementa faciunt infinita vt Anaxagoras atque Democritus. hi infinitum ipsum tactu continuum esse dicunt. Ille quidem ex hisce que sunt similium partium. hic autem ex indiuiduis illis corpusculis que figuris differunt: suntque generandarum semina rerum. Atque ille quidem quamuis congeriei partem congestam esse perinde atque totam dicebat: quia videbat quodvis ex quouis oriri. Hinc enim et omnes res olim simul fuisse dixisse videtur: vt hanc carnem et hoc os: et quodvis simili modo. Igitur et vniuersa et simul ergo. non solum enim in vnoquoque principium est segregationis. sed in ipso etiam vniuerso. Nam cum omne quod fit ex tali corpore fiat: omnium que sit generatio non simul tamen: atque aliquod principium generationis esse oportet. et id sit vnum quod ille mentem appellat: mensque a principio quodam operetur cum intellexit. Necesse est olim omnia simul fuisse mouerique olim cepisse. Democritus autem non aliud ex alio primorum illorum corporum fieri dicit. Ipsum tamen commune corpus omnium est principium: magnitudine partium differens atque figura. Patet igitur ex hisce que diximus: infiniti contemplationem ad naturales philosophos pertinere. Principium autem omnes ipsum ponunt cum ratione. possibile est enim aut ipsum in ratione rerum esse frustra: aut aliam vllam ipsi preter principii vim inesse. Omne enim quod est: aut est principium. aut ex principio. At principium infiniti non est: esset enim ipsius finis. Preterea ingenitum ipsum esse corruptionemque vacare censent quippe cum sit principium quoddam. Nam et quod nascitur id habeat finem necesse est: et omnis corruptionis est finis. Quapropter vt diximus huiusce non est principium. Sed hoc principium ceterorum esse videtur. Et continere etiam ipsum omnia gubernareque dicunt: vt ii qui preter infinitum nullas alias causas faciunt. vt mentem aut concordiam et. hoc esse ipsum diuinum. Est enim immortale: nec vnquam perire potest: vt Anaximander et naturalium plurimi dicunt.

Capitulum secundum.

Esse autem infinitum in ratione rerum ex hisce quinque maxime aliquis credet. Ex tempore enim hoc infinitum ex magnitudinum diuisione. vtuntur enim et mathematici infinito. Ex eo preterea: quia hoc pacto dumtaxat generatio et corruptio nunquam deficiet: si infinitum sit id ex quo per ablationem id quod nascitur fit. Insuper ex eo: quia finitum ad aliquod semper finitur. Quare necesse est nullum esse finem. si aliud ad aliud semper finiri necesse est. Maxime vero propriissimeque et eo quod vnum hoc communem efficit dubitationem: nam quia mens non deficit in cogitando: et numerus

et mathematice magnitudines: ⁊ id qđ est extra celū infinitū esse videt̃. Qđ si illud sit infinitū. ⁊ corp⁹ infinitū esse videtur: infinitiq; mundi. Cur enim magis hac parte vacui: q̄ hac moles est collocāda. Quare si aliqua sit in parte. et vbiq; necesse est esse: et insuper si sit vacuuz infinitusq; locus: ⁊ infinitū corp⁹ esse necesse est. In perpetuis enim non differunt posse ac esse. Habet autē dubitationez ipsa contemplatio infiniti. Nam si ponatur esse. impossibilia multa sequuntur. ⁊ etiam si non esse ponatur. Preterea vtronam sit modo. Utrū vt substātia. an vt accidens. alicui nature per se. aut neutro modo: sed nihilominus sit infinitum: ⁊ multitudine infinita. Maxime aūt ad naturalē philosophuz ptinet: si magnitudo sensibilis infinita sit in ratione rerum considerare. Atq; primū determinandū est quot modis dicitur infinitū. Uno itaq; modo dicitur infinitū quod īpossibile est ptransire. ex eo quia non est aptum vt p ipsuz transitio fiat: perinde atq; vox inuisibilis dici solet. Alio modo id dicitur infinitum: quod habet sine fine trāsactionez: aut quod vix. aut quod aptū est quidem habere: non habet tamē trāsactionem vel finem. Preterea infinitum omne aut in appositione: aut in diuisione: aut in vtrisq; consistit. Separabile igitur a sensibilibus infinitum esse non potest: quod quidem ipsum sit infinitum. Nam si infinitum ipsum neq; magnitudo sit: neq; multitudo: sed substantia et non accidens indiuisibile erit profecto. Diuisibile enim aut magnitudinē aut multitudinem esse cōstat. Si vero indiuisibile sit: infinitum non erit: nisi perinde atq; vox est inuisibilis. At neq; illi qui dicunt infinitum esse ipsum hoc pacto ponunt: neq; nos querimus si sit identidem ipsum: sed vt habet sine fine transactionem. Quod si infinitum per accidens sit: nō hoc elementum erit eorum que sunt. quo est infinitum: quemadmodum nec ipsum inuisibile locutionis est elementum. ⁊ tamen vox est inuisibilis. Preterea quonam pacto quippiam ipsum infinituz esse potest: si neq; numerus neq; magnitudo per se esse potest. quorum per se effectus quidam ipsum est infinituz. Minus enim ipsum per se q̄ magnitudinē aut numerum esse necesse est. Perspicuum etiam est infinitum sic esse nō posse. vt actu sit. ⁊ vt substantia principiū ve. nam infinitum erit quicquid ipsius accipias: si habeat partes. Est eniz idē esse infiniti ac infinitum vt patet: si infinitum substantia sit ⁊ non in subiecto Quare fit vt ipsum aut indiuisibile sit aut in infinita sit diuisibile. At fieri nequit: vt idem multa sit infinita. At vero vt pars aeris aer est. sic ⁊ infinitum ⁊ pars queuis infiniti si substantia quedam: ⁊ principium sit vti dicunt. Uacat igitur partibus atq; indiuisibile est. at esse non potest id tale quod actu est infinitum. Necesse est enim ipsum quantum quid esse. Per accidens igitur infinitum ipsuz esse videtur. Quod si ita sit: dictum iam ē antea: nō posse ipsum principium dici. Sed illud cui accidit vt aerem aut par. Quare absurde dicunt profecto qui tale illud esse cēsent vt pytagorici dicunt. Nam substantiā faciunt ipsum: ⁊ simul etiam partiuntur. Utrum hec quidem forsitan inquisitio vniuersalis est magis. Si possit inquā infinitum ⁊ in mathematicis ⁊ in intelligibilibus: ⁊ in hisce que nullā habēt magnitudinez esse. Nos autem si sit in sensibilibus de quibus doctrinam facimus infinitum corpus incremento necne consideremus ac perscrutemur.

Capitulum tertium.

SI igitur differendi modo cōsiderabimus ex hisce videbitur infinitum non esse: nam si ratio corporis est superficie terminatum esse: non erit infinitum vllum aut intelligibile: aut sensibile corpus. At vero neq; numerus ita vt separatus ac infinitus. Numer⁹ enim omnis: aut id quod numerum habet: numerabile est. Si igitur fieri potest vt ipsum numerabile numeretur: et infinitum quispiam poterit pertransire. Sed si magis naturaliter contemplabimur: ex hisce que deinceps dicentur: nullum infi-

nitum corpus in ratione rerum esse videbitur. nec enim compositum esse potest: nec simplex. Compositum igitur corpus nullum est infinitum: si elementa multitudine sint finita. necesse est enī ⁊ plura esse: ⁊ equalitatem inter contraria semper esse: ⁊ vnum ipsorum infinitum non esse. nam si ignis quidem sit finitus. aer autem infinit⁹. quāꝙ vnius corporis vis inferior est alterius vi. atqꝫ pars ignis equalem aeris partez vi superat modo excessus aliquem subeat numerum. Tamen infinituz corpus superabit vt patet. atqꝫ finitum sane corrumpet. Nec vnūquodqꝫ infinituz esse potest. Nam corpus quidem est quod omni ex parte dimensionem habet. Infinitum autem quod sine fine est extensum dimensione. Quibus fit vt infinitum corpus per omnem sit dimensionē in infinitum extēsum. At vero neqꝫ potest infinitum corpus vnum ac simplex esse aut simpliciter. aut vt quidam inquiunt id quod est preter elementa: ex quo hec generant. Sunt enim qui hoc faciunt infinitū: sed non aerē aut aquā ne ab infinito cetera corrumpanť. Habent enim inter se contrarietatez. quippe cum aer frigidus: aqua humida. et ignis calidus sit. Quorum si vnum esset infinitum. cetera iam fuissent corrupta. Nunc autem aliud infinitum inquiunt esse: ex quo hec fiunt. At impossibile est non solum infinitum hoc esse (de hoc enim commune quid est dicendum de omni similiter ⁊ aere et aqua et quouis alio simplici) sed etiam tale corpus sensibile: preterea corpora que elementa vocantur. Omnia nāqꝫ in id dissoluuntur ex quo fiunt ⁊ cōstant. Quare preter aerem: ignem terram: ⁊ aquaz. corpus hic aliud esset. At nulluz esse vitur. Neqꝫ igitur ignis. neqꝫ aliud quicꝙ elementorum infinitum esse potest. Omnino enim et absqꝫ hoc esse iuquaz ipsorum aliud infinituz impossibile est ipsum vniuersum: aut esse. aut fieri vnū quid ipsorum si sit etiam infinitum. perinde vt heraclitus asserebat. Omnia dicens tandem fieri ignem. Eadem et ad illud vnū accōmodabitur rō. quod preter elementa naturales philosophi faciunt: omne enim ad contrarium ex cōtrario. vt ad frigidum ex calido solet mutari. Atqꝫ ex his etiaz de quouis cōsiderare oportet: si possit nec ne infinitum esse sensibile corpus. Ex his autem patebit infinitum sensibile corpus in ratione rerum esse omnino non posse

Omne nanqꝫ sensibile corpus aptum est alicubi esse. atqꝫ locus est quidaz cuiusqꝫ. et idem est totius ac partis: vt totius terre. vniusqꝫ glebe. et ignis item atqꝫ scintille. Quare si infinitum partium sit similiuz immobile erit. aut semper feretur. At id fieri nequit. cur eniz deorsum magisꝙ sursum. aut ad quemuis locum mouebitur. dico autem si sit gleba quorum hec mouebitur. aut vbi manebit. Corporis enim eiusdē forme locus est infinitus. occupabit ne igitur totum locum. Atqui fieri potest. Que naz igitur ipsius quies. aut vbinā erit. et quis preterea motus. an vbiqꝫ manebit. non ergo motu ciebitur. An omnez ad locuz mouebitur. non ergo quiescet inquam ac stabit. Sin vero sit dissimilium partium. dissimilia etiam erunt et ipsa loca. Atqꝫ primo quidem ipsius vniuersi corpus non erit vnum nisi tactu. Deinde partes aut sunt infinite specie: aut finite. At finite nequeunt esse. Erunt enim alie quidem infinite. alie vero non infinite. Si vniuersum est infinitum. ignis inꝙ vt aqua. Tale autem corruptio est contrarijs ipsis. vt et antea diximus. et ob hoc nemo naturalium infinitum ipsum vnunqꝫ ignem aut terram fecit. sed aut aerez: aut aquā aut id quod inter ipsa medium collocarunt. quoniam illorū quidem locus manifeste erat determinat⁹ atqꝫ distinct⁹. Hec autem vtroqꝫ in loco in supero inquam ac infero esse possunt. At neqꝫ etiam infiuite: naz si sint infinite ac simplices. et loca erunt infinita profecto ⁊ infinita etiam elementa. Quod si hoc esse nequeat: sintqꝫ ipsa loca finita. ⁊ totum ipsum finitum esse necesse est. fieri nanqꝫ non potest vt non equa sint loc⁹ ⁊ corpus. neqꝫ eniz locus maior esse potest ꝙ ipsum corpus. neqꝫ corpus mai⁹ ꝙ ipse locus: nam aut vacuum aliquid erit. ⁊ corpus insuper infinituz nō erit.

Aut corpus quippiaʒ erit quod uuſq̃ aptum eſt eſſe. Anaxagoras autem abſurde de infiniti quiete dicit. Firmare enim infinitum ſeipſum dicit. Idq̃ ex eo fieri: quia eſt in ſeipſo. Nihil enim aliud ipſum continet. Quaſi vbi quippiam ſit: ibi eſſe aptuʒ conſiſtere. hoc autem verum non eſt. Eſſe enim alicubi vt quippiam poteſt. non vbi aptum eſt eſſe. Quamuis igitur ꝙ maxime totum non moueatur: id eſt quod in ſeipſo firmatur. & in ſeipſo eſt: immobile neceſſe eſt eſſe. dicat tamen ipſe oportet: cur nõ eſt aptum moueri. Nõ enim ſat eſt hoc dixiſſe pacto ac euaſiſſe. fieri enĩ poteſt vt non moueatur: & quoduis aliud corpus. Sed nihil prohibet aptuʒ eſſe moueri. Et terra nãq̃ non fertur. nec ſi infinita etiã eſſet ex eo tamen: q: a medio coercetur. non enim quia nõ eſt aliud ad quod fertur. in medio ipſo quieſcet: ſed quia nõ hoc modo eſt apta ferri. Et tñ liceret dicere ſeipſam terram firmare. Quod ſi neq̃ terra ſi infinita eſſet. hoc eſſet cauſa ſed grauitatem habere graue autẽ in medio ſuapte natura q̃eſcere ſolet. Similiter & infinitum in ſeipſo quieſcit ob aliquam aliã cauſam. Et non ex eo: q: eſt infinitũ et ſeipſum firmat. Et inſuper patet & quamuis ipſius partem eodẽ modo quieſcere oportere. Nam vt infinituʒ in ſeipſo manet: ſeipſum firmans: ſic & omnis ipſiꝰ pars quancũq̃ acceperis in ſeipſa manebit. Loca nanq̃ totius ac partis: ſpeciei eẽ eiuſdem conſtat. Totius eniʒ terre glebeq̃ idem eſt locus q̇ eſt inferus. & etiã ignis totius atq̃ ſcintille qui eſt ſuperus. quare ſi infiniti ſit locus in ſeipſo eſſe: & partis idem erit profecto. Quelibet ergo in ſeipſa manet. Omnino autem patet fieri non poſſe: vt corpus infinitum in ratione rerum ponatur: & locus corporibꝰ tribuatur. Si corpꝰ omne ſenſibile aut graue ſit aut leue: & graue quidem ad mediuʒ ſuapte natura feratur: leue vero ſimiliter ſupera loca petat. Et infinitum enim hanc eandeʒ nature ſubeat legeʒ neceſſe eſt. At fieri nequit: vt aut totuʒ graue ſit. aut leue. aut dimidium leue dimidium graue. Quo nanq̃ modo diuides illud: aut quo pacto ipſius infiniti hec quidem pars ſupra. hec autem infra: vel vltima: vel media erit. Preterea omne corpus ſenſibile eſt in loco. Loci vero ſpecies ac differentie ſunt ſupra & infra: ante & retro dextrum atq̃ ſiniſtrum. Atq̃ hec nõ ſolũ noſtra ex parte ſunt poſitione: ſed in ipſo etiaʒ toto diſticta ſunt: atq̃ hec eſſe in infinito nõ poſſunt. Atq̃ ſimpliciter ſi locus infinitus eſſe nõ poſſit: ſit q̃ omne corpus in loco: & in ratione pfecto rerũ infinitũ corpus eſſe nõ põt. At võ qđ alicubi eſt in loco eſt: & quod in loco eſt: alicubi eſt. Ut igitur infinitum quantitatis rationem ſubire non poteſt: nam quantum fuerit quoddam vt bicubitum aut tricubitũ: hec enim ſignificat ipſum quantum: ſic et quod eſt in loco. id alicubi ſane eſt. At id aut ſupra aut infra: aut in aliqua alia ſex differentiarum eſſe ſignificat: quarũ vnaqueq̃ finis eſt quidam vt conſtat. Patet igitur ex hiſce que diximus infinitum corpꝰ in ratione rerũ actu nõ eſſe.

Capitulum.iiij.

At qui conſtat impoſſibiliuʒ euenire complura: ſi non ſit ſimplr infinitũ. Tpe eñ erit aliqđ principium atq̃ finis. Et magnitudĩes ñ erũt ĩ magnitudĩes diuiſibiles. Numerꝰ etiaʒ infinitus nõ erit: cum igitur his hoc pacto determinatis neutra pars aſſerenda eſſe videatur: arbitro profecto moderatore q̃ eſt opꝰ. Atq̃ pʒ ptim eẽ pti non eſſe. Dicitur itaq̃ quippiam eſſe. aut potentia aut actu. & infinitum additione. ac etiã diuiſione. Magnitudo autem actu quidem infinita non eſt vti diximus. diuiſione autem eſt: non eſt enim difficile lineas indiuiduas e medio tollere. Reſtat igitur infinitum in ratione rerum potentia eſſe. non oprotet autem infinitum in potentia ſic accipere: vt actu tãdem euadat. quemadmodum ſi poteſt hoc ſtatua eſſe: erit hoc ſtatua tandem. Sed cum multipliciter quippiam eſſe dicatur perinde eſt infinituʒ. vt dies eſt atq̃ ludus: ex eo: q: ſit aliud atq̃ aliud ſemper: naʒ in his eſt eſſe potentia atq̃ actu. Eſt eniʒ olimpicus ludus: & quia fieri poteſt: & quia ſit. Patet autem in

finitum in tempore diuerso modo et in hominibus: et in diuisione magnitudinum esse omnino namq; hoc modo est infinitum: vt semper aliud aliudq; sumatur et id quod accipitur sit quidem finitum. At aliud atq; aliud semper. Quare non oportet infinituz perinde accipere: atq; hoc aliquid vt hominem aut domuz. Sed vt dies dicitur atq; ludus: quorum esse non vt substantia quedam est ortum: sed in generatione semper corruptio neq; consistit. finituz quidem: at aliud atq; aliud semper. Verū in imaginibus quidem hoc accidit permanente eo qđ sumptum est. in hominibus autem atq; tempore accidentibus ita vt non deficiant. Atqui infinitū qđ in additione: et qđ in diuisione cōsistit idem quodammodo est: fit enim in magnitudine finita per additionem e contrario. Nam vt cū diuiditur cernitur in infinitum abitio: sic cum additio fit ad magnitudinem ipsam determinataz videbitur. Etenim si quispiam in magnitudie finita: definita magnitudie sumpta: eadem aliam accipiat ratione: non eandem totius magnitudinem sumens non pertransibit vnq̄ magnitudinem ullam finitam. Sin vero hoc pacto rationem augeat: vt semper magnitudinem eandem accipiat: pertansibit sane propterea quod oē finitum quouis cō sumit definito. Alio igitur modo non est infinitum in rebus: sed hoc pacto potentia inquam atq; diuisione. Et actu etiam est perinde atq; diem ac ludum dicimus esse. Et potentia sic est vt materies: et non per seipsum finitum. Et additione igtur hoc pacto est potētia infinitum: quod quidem aliquo modo dicimus idē esse quod id quod diuisione cousistit. Semper em̄ est aliquid ipsius extra sumendum. non tamē definitam omnem exuperat magnitudinem: vt in diuisione definitam exuperat omnem & semper minor euadit. Ut autem omnem additionem exuperet: neq; potentia esse potest. si quidez non sit per accidens actu infinitum: vt naturales id corpus infinitum esse dicūt. Quod extra mundū collocauere: cui9 substantia aer est: aut aliquid tale: sed si infinitum actu sensibile corpus hoc pacto in ratione rerum esse non potest. patet neq; per additionez posse sic esse potentia infinitum: nisi vt dictum est diuisioni contrario modo. Nam & plato infinita duo propterea facit. q̄ in accretione exuperare videtur: at in diuisione in infinitū abire. At quanq̄ duo facit. Non tamen vtitur. In numeris enim neq; processio per diuisionem est infinita (vnitas enim minimuz est) neq; accretio vsq; nanq; ad denarium incrementa numeri facit. Fit autem vt infinitum sit contrario modo atq; alij dicunt: nō enim id est infinitum: cuius nihil ē extra: sz id cui9 aliquid semper est extra. cuius hoc indicium est: nam et anulorum eos qui pala carent: infinitos homines dicunt: quia semper aliquid est extra sumendum per similitudinem tamen quandam & non proprie. Oportet enim et hoc esse: & nunq̄ idem insuper sumi. In circulo vero non ita fit: sed semper quod deinceps sumitur est solum aliud. Infinitum igitur id est cuius semper aliquid extra ratiōe quātitatis accipi potest. cuius vero nihil est extra. id est perfectum ac totuz. Hoc enim pacto totum consueuimus diffinire. totum dicentes id esse cuius nil prorsus abest. Ut hominem totum aut cistellam atq; vt quodq;. Sic et id quod proprie totum est veluti totum ipsum. cuius nihil est extra. Cuius vero aliquid abest. id quicquid abest vniuersum non est. Totum autem & perfectū: aut idem penitus sunt: aut naturam finitiuam habent. Perfectum vero nihil est prorsus: quod non habeat finez. Quocirca putandum est melius Parmenidē: Melisso dixisse. Hic enim ipsum infinitum totū appellat. Parmenides autem totum dicit esse finitum: a medio eque distans. Fieri em̄ nō potest vt infinitum cum toto ac vniuerso perinde atq; cum lino linum nectatur. Nam hinc & hanc preclarā de infinito conditionē accipiunt: oīa in quā ipsum continere: & vniuersum in seipso complecti: habet em̄ similitudinē quādam ad totum. infinitū enim materia ꝑfectiōis magnitudinis est: & id qđ est po-

tentia totū nō actu. Est autem diuisibile ad diminutionem et ad additionem contrariaꝫ. totū qꝫ atqꝫ finitū nō per se sed per aliud. ⁊ non continet: sed vt infinitum est continetur. Quapropter et ignotū est ea ratione qua est infinituꝫ. materia namqꝫ formaꝫ nō habet. Quare patet partis magis infinitum ꝙ totius rationem subire. Materia namqꝫ pars est totius: perinde ac es ē enee statue pars. Naꝫ si in reb⁹ sensibilib⁹ continet: ⁊ in intelligibilibus etiam ipsuꝫ magnum ⁊ paruum continere res intelligibiles oportebat. At absurduꝫ est ꝑfecto ac impossibile: id quod est ignotū atqꝫ indefinitum: continere ac definire

¶ Capitulum quintum.

At qui cū ratiōe etiaꝫ fit: vt id quidē quod in additiōe cōsistit: nō videatur esse sic infinitū: vt omnē exuperet magnitudinē. Id vero qđ ī diuisiōe ꝯsistit infinitū eē istiusmodi videatur. Infinituꝫ em̄ intus ꝑinde atqꝫ materia cōtinetur: forma autē cōtinet. Cum ratione etiam accidit in numero quideꝫ. Uersus minus minimū esse finēqꝫ: versus aūt plus omnē semꝑ multitudinem exuperare. In magnitudine vero cōtrarium. Uersus quidem min⁹ oēm magnitudineꝫ exuperare. Uersus autem maius nō esse magnitudinem infinitam. Hec enim ita ꝓpterea fiunt: ꝙ ipsum vnū quicqđ tandem id sit indiuisibile est: homo namqꝫ vnus est homo non multi. Numerus autē est vna plura quantave quedā. Quare ad indiuisibile stetur necesse ē. duo em̄ ac tria denominatiua nomīa sunt: ⁊ ceteroꝝ q̇sqꝫ numerorum simili modo. Uersus autē plus fit vt semꝑ intelligatur. Diuisiones em̄ magnitudinis duas in ꝑtes eq̄les: sunt infinite. Quare potentia q̇dē est. actu nō est. Sed semꝑ id quod accipitur multitudinem omnē exuperat definitā. Sed non est separabilis: is numerus diuisionis nec infinitio ꝑmanet Sed fit ⁊ quemadmodum tempus. ⁊ ipse numerus tēporis. In magnitudinibus autem contrarium est. Nam diuiditur quidem in infinita continuū ipm̄ Uersus autem maius non est infinitū.

Quātū em̄ cōtingit potētia esse: tātū ⁊ actu esse contingit. Quare cū infinitū nullum sit sensibile corpus non cōtingit definite magnitudinis omnis exuperationē eē. Alioquin snieu celo aliquid erit. Ipsum aūt infinitū nō ē ideꝫ in motu magnitudine atqꝫ tempore: vt vna quedam natura. Sed posteri⁹ dicitur ob prius: veluti motus quidē dicit̄ īfinitus: quia prius ita dicit̄ magnitudo super qua fit motus: ⁊ que alteratur aut accrescit. Tempus auteꝫ ꝓpter motum. Atqꝫ nunc quidē vtimur hisce: posterius autem ⁊ quidnam sit horuꝫ vnū quodqꝫ: ⁊ cur omnis magnitudo diuisibilis sit in magnitudines dicere enitemur. Atqui neqꝫ mathematicoꝝ contēplationem ea ratio aufert: que infinitū hoc pacto e medio tollit: vt ad incremētum abeat actu sine transitione. Neqꝫ enim nunc ipso indigent infinito: neqꝫ vtūtur: sed tantā solum lineā postulant: quantā volunt finitā: atqꝫ quantāuis aliam magnitudinem eadem diuidere ratione qua diuisa est magnitudo maxima licet. Quare ad ostendendum quidem illo pacto nihil referret ꝓ sus esse autem ipsum in his est magnitudinibus: que in rerum sunt ratione. Cum vero cause in quattuor sint distincte patet infinitum vt materiam causaꝫ esse: et esse quidem ipsius priuationem esse: ꝑ se autem subiectum continuuꝫ ipsum atqꝫ sensibile esse. Ceteri etiā oēs ipso infinito vt materia vti vidētur. Quapropter et absurdum est sane: ipsum id esse quod continet: ⁊ nō id quod cōtinetur asserere.

¶ Capitulum sextum.

At enim restat eas soluere rōnes: quibus infinituꝫ non solum potentia: sed vt definitū etiā esse videtur. Partim em̄ non sunt necessarie: partim veras quasdam obiectiones alias habent. Non enim vt generatio non deficiat corpus esse sensibile infinitum actu necesse est. Potest enim alterius corruptio generatio alterius esse: si infinitum est vniuersum. Preterea tangere atqꝫ finitum esse: diuersa sunt. Nam illud quidem ad aliquid est: omne enim quod

tangit: aliquid tangit. atq accidit alicui finitorum. Finitū autē nō est ad aliquid: neq fit vt quoduis sine vllo discrimine quoduis tāgat. Atqui perabsurdū est itellectiōe credere. Nō em̄ i re est ipse excessus atq defectus: sed in ipsa intellectione. Nā pōt quispiā vnūquēq nostrū maiorē ꝙ̄ ē intelligere. augēs ipm̄ i infinitū. At nō ideo quispiā nostrum extra ciuitatē est: aut tantam magnitudinem quam habemus exuperat: quia quispiā sic intelligit sed q2 est. hoc autem accidit. Tempus autē ꝛ modus sunt infinita: ꝛ intellectio eo non ꝑmanēte quod sumitur. Magnitudo vero neq diuisione neq incremēto ītelligibili est infinita. Sed de infinito quonam pacto est: et non est: et quid etiam est: satis iam diximus.

Explicit liber tertius.

Capitulum. xix.

phi.a. i.vsq 50. ptinsi.

Generaliter ōis mot⁹ ꝛ mutatio seu actio ꝛ passio est in loco. iō ad pleniorē noticiā illorum est de loco dicendū. Ubi notanduz ꝑmo. ꝙ duplex est locus scilicet ꝓprius ꝛ communis. Locus proprius est ille. qui ꝯtinet aliquid ꝛ nihil aliud separatū ab illo. ꝛ sic vas dicit locus ꝓprius aque in eo cōtente. Et notāter dicit nihil aliud separatū ab illo: q2 impossibile est locū aliquē continere aliqd locatum quin cōtineat aliquid aliud: quia si continet totum cōtinet partem ei⁹ sed quelibet pars dr aliud a toto. nō tamē separatur a toto. Locus aūt cōis est ille: qui continet plura inter se separata: et sic dom⁹ dr locus communis. ꝛ celum. domus enim continet plures homines. ꝛ celū oīa elemēta. Scdo notādū. ꝙ duplex est locus. siue sit cōmunis siue sit ꝓprius. s. materialis ꝛ formalis. Loc⁹ materialis est corpus ꝯtinēs locatū: ꝛ sic loquit phs quarto physi. cū dicit celum esse locū elemētoꝝ ꝛ elementa se inuicē locare. Locus aūt formalis est vltia supficies corporis continētis locatū. ꝛ sic loquit phs ibidē cū dicit locū eē vltimū corporis cōtinētis locatū.

Secūdū. T.c.14.

T.c.14.

pria ꝯclo. T.c.17. 55.ꝛ.20. T.c.16.

His ꝓmissis pono quattuor conclusiones de intētione philosophi quarto physico. quaꝝ ꝓma ē ista Locus nō ē materia nec forma locati: nec spaciū separatum. Probatur. grauia ꝛ leuia non mouent ad suas formas nec ad suas materias: ꝛ mouent ad sua loca: igitur locus nō ē materia nec forma locati. Maior pz. q2 nihil mouetur ad illud qd habet. cū motus sit actus entis in potētia. Minor vero est nota: eo ꝙ sursum ꝛ deorsum dicuntur esse loca grauiū ꝛ leuiuz ad que mouētur ad experiētiā. Itē moto aliquo mobili nō oportet suū locū moueri: sz moto aliquo mobili necessario cū eo mouetur tā forma ꝙ̄ materia eius igitur locus nō est materia nec forma locati. Deinde arguitur ꝙ locus nō sit spaciū separatū inter latera corporis cōtenti: vt fingebāt antiqui: tūc esset tale spaciū lōgū latū ꝛ ꝓfundū coextēsum corpori locato: ꝛ sic duo corpa se inuicē penetrarēt. quod est īpossibile. Item tale spaciū esset eiusdem rōnis per totum ꝛ p ꝯñs grauia ꝛ leuia mouerētur ad qualibet ptē ei⁹ vel ad nullā. ꝯñs est incōueniēs pro qualibet parte: ꝛ pz ꝯña. q2 nō est rō q̄re plus moueretur ad vnā ptem ꝙ̄ ad aliā. Scdā ꝯclusio: locus est vltima supficies corporis cōtinētis locatū. ꝓbat: locus nō est materia nec forma nec aliquid locati: s̄m phm nec etiā spaciū sepatum: igitur oportet ꝙ sit corpus cōtinēs locatum: vel superficies vltima illius: si est corpus continens. q2 illud est locus materialis: igitur oportet ꝙ reducatur in locū formalem: sed nullus videtur eē locus formalis: nisi vltima supficies corporis cōtinentis locatum. igitur ꝛc. Tertia cōclusio. locus est superficies immediata locato: et ab eo diuisa. ꝓbatur. nam locus est vltima superficies corporis cōtinētis locatū: inter quā ꝛ locatū nihil mediat. q2 tūc daretur vacuū: igitur locus est supficies immediata locato. Quod autē sit diuisa pz. q2 est accidens corporis cōtinentis: ꝛ nō corporis cōtenti: q2 tūc moueretur necessario ad motū cōtēti: qd nō cōpetit loco. Quarta conclusio. licet locus sit mobilis per accidēs: tm̄ est immobilis per se. Prima pars patet. eo ꝙ moto corpore continente, mouetur quelibet superficies eius. sed aliqua superficies eius est locus. igitur ꝛc. Secūda pars declarat: eo ꝙ locus est superficies q̄ nō potest esse p se: sed quod non potest esse per se: non pōt esse per se in loco. Itē qualitercūq sumat locus accidit sibi in eo ꝙ locus moueri sicut accidit albo edificare: igitur sumendo locū sub rōne loci ipē est immobilis: sicut albū vt sic nō potest edificare. sed solū ꝓut coniungitur edificatori. Ex predictis sequitur veritas diffinitiōis loci. quā ponit Aris. iiij. phy. di. Locus ē terminus vltimus corpis cōtinētis locatū immobilis primū: p terminū vltimū intelligit vltimā supficiem: p immobilis dat intelligere ꝙ locus vt sic nō pōt moueri vel ꝙ non potest per se moueri. Per ꝓmum intelligit imediatā superficiem tangentem locatū vt explicetur sic. Locus est vltima supficies corporis continentis locatum immobilis per se ꝛ immediata tangens locatum. T.c.28. 40.ꝛ 42.

tertia ꝯclo. T.c.42. et.40.

4ª ꝯclo.

Contra fundamentū omniū istoꝝ arguit. ꝓbādo locū non esse superficiē. Primo q2 locus ꝛ superficies sunt species quātitatis opposite. p Ari. in ꝑdicamentis. igit nō possunt de se inuicē verificari. Scdo corpora naturalia mouent naturalr ad sua loca ꝓpter cōuenientiā quā hñt cū suis locis ratione preseruationis sed corpus naturale nō habz maiorem conuenientiā cū vna supficie ꝙ̄ cū alia. igit ꝛc. maior est phi. iiij. phi. ꝛ minor est clara: q2 oēs supficies sunt eiusdem rationis. Tertio loca naturalia corporum simpliciū distinguūtur specie: sz supficies non distingui specie ab alia igitur ꝛc. maior est phi. iiij. phy. ꝛ Cōmē. sup ꝑmo celi. minor autē est philosophi in ꝑdicamētis. Quarto. Locus est ꝑncipiū gñationis: sed nulla supficies ē ꝑncipiū gñationis. igitur ꝛc. maior est Porphyrij i ꝑdicabilib⁹ di. ꝙ locus ꝛ pater ꝑncipia sunt generationis. minor vero est Cōmē. i hoc q̄rto. quātitas nō ē de ꝟtutib⁹ actiuī ꝛ passiuis. Primū. Secūdū. Tertium. Quartū.

Ad primum dicit ꝙ superficies ꝛ loc⁹ nō sunt distincte species q̄ntitatis. Et ad probationem rñdetur ꝙ Aristo. tūc locut⁹ est s̄m opinionem famosā antiquoꝝ dicētiū locum esse spaciū separatū: cum autē venit ad quartū phi. volēs loqui secundū ꝓpriā opi. dixit locum esse superficiē: ita ꝙ locus formalr sumpt⁹ et supficies nō differūt nisi penes inferius ꝛ superi⁹: q2 oīs locus ē supficies. ꝛ nō ecōtra. Ad scdm nego ꝙ corpus naturale habeat maiorem cōueniētiā cum vna superficie ꝙ̄ cū alia: quia ignis hz maiorem conuenientiā cū supficie cōcaua iuue ꝙ̄ cū superficie conuexa vel cōcaua aeris vel aque: ꝛ cū dr ꝙ oēs supficies sunt eiusdem speciei: cōcedo: ex quo nō sequitur ꝙ̄n habeat maiorē cōuenientiā cū vna superficie ꝙ̄ cū alia: q2 hoc nō est rōne superficiei vel quantitatis: sz rōne virtutis ꝓseruatiue: seu qualitatis cōuenientis reperte in superficie illa. Ad tertium dicitur: ꝙ locus duplr sumitur primo pro superficie solū vt habeat respectū ad locatum. Secundo pro tali superficie et virtute conseruatiua locati. Primo modo loca non distinguuntur Ad primū i ꝑdicamētis.

Ad secūdū.

Ad tertiū.

specie: sed secundo modo ꝛ sic locus non est superficies. sed aggregatum per accidens ex superficie ꝛ tali qualitate que est virtus conseruatiua locati recte sicut aggregatum ex albedine ꝛ subiecto non dicitur subiectum. Modo philosophus non intendit hic diffinire locum qui est aggregatum per accidēs: sed solum locum qui est simplex superficies dicēs respectū
Ad q̄rtum ad locatum. ¶ Ad quartum dicitur consimiliter ꝙ locus est principium generationis ꝛ ꝙ ille non est superficies: sed aggregatū per accidens: et ita sequitur ꝙ locus est superficies ꝛ locus non est superficies. ꝓma propositio est vera pro loco simpliciter: ꝛ secunda est vera pro loco aggregato: cuius nō dedit philosophus diffinitionem: quia non diffinitur proprie nisi simplicia.

Aristotelis de naturali auscultatione. Liber quartus. ¶ Capitulum .i.

Et autē de infinito sic de loco necesse est philosophū naturalē si sit nec ne: et si sit quonam sit modo: quidq; etiam sit cognoscere. Nam omnes ea que sunt alicubi esse existimant: quia id quod non est nusq̄ est. Ubi nanq; hippocentaurus est aut chimera. communis quoq; maxime atq; proprijssimus motus quē lationem appellamus: loco sane accōmodatur. Complures autem dubitationes emergunt: quidnam sit ipse locus. Non enim idē ex omnibus q̄ ipsi competunt: contemplāti videtur. Preterea nihil ab alijs: aut dubitatū de ipso aut inuentum habemus. Esse autem locum ex translatione patere videtur: vbi nāq; nūc est aqua: hic rursus est aer hinc egressa illa tanq̄ ex vase. Nōnunq̄ etiam eundem hunc locum aliud corpus quippiam occupat: hoc autem ab his omnibus que insunt atq; mutātur diuersum esse videtur. In quo nāq; nūc est aer: in hoc prius fuerat aqua. Quare patet locum et receptaculum ipsum aliud quid esse ab vtrisq; ad quod ꝛ ex quo sunt mutata. Preterea corporum naturalium atq; simplicium: vt ignis terre ac talium lationes non solum aliquid esse locum: sed eti ā habere quādā potētiā idicāt. Fertur em̄ vnūquodq; suū ad locū: aliud sursū: aliō deorsum nisi prohibētur. Hec aūt loci sunt partes ꝛ species: supra inquā ac infra: cetereq; q̄tuor differētie. Suntq; hec dextrū inquā atq; sinistrum: et supra ac infra: non solum nostra ex parte: ad nos enī non semper est idem: sed fit vt vertimur positiōe. Quocirca sepe idem dextrū ē atq; sinistrum: ꝛ supra ac infra: et ante et retro: sed etiam ex ipsa natura: vbi distinctū est seorsum vtrūq;. Non enim quoduis est ipsum supra sed id quo fertur ignis ac leue. Similiter ꝛ infra non est quoduis: sed id quo ea que pondus habent: ꝛ terrea pergunt. Quibus patet hec non solum positione: sed vi quoq; differre. Indicāt id ipm ꝛ mathematica. Nam ꝛ si nō sunt in loco: nostra tamen positione: dextra leuaq; habent nihil horum habentia natura: vt solū positio ipsorum intelligatur. Preterea q̄ vacuum esse dicunt locum afferunt esse. Uacuum enim locus erit sane corpore carens. Locum igitur aliquid esse preter corpora ipsa: ꝛ omne corpus sensibile esse in loco per hec quispiam sane putabit. Recte etiam hesiodus videbitur dicere. faciēs ante omnia Chaos. Dicit enim ante chaos: post hoc facta est latissima tellus ꝓpterea q̄ꝺ p̄mo receptaculū hisce q̄ sūt fuisse oportebat. q2 putabat vt multa cuncta alicubi esse atq; in loco. Qꝺ si ita sit: admirabilis quedā ipsius loci vis erit: ꝛ omnibus prior. Quod enī ita se habet: vt sine ipso quidem cetera nequeant esse. ipsum autem sine ceteris sit: id primum omnium esse necesse est. Locus enim nō perit: ꝛ si ea que in ipso sunt corrumpantur. Uerū si sit locus existit continuo dubitatione quidnam sit vtrū moles corporis quedam: an alia quedam natura. Est enim genus ipsius primo querendum. Igitur habet quidem dimensiones tres longitudinem: latitudinem: ac etiā altitudinem: quibus omne diffinitur nimirum corpus. At locum īpossibile est esse corpus. Erunt enim in eodē corpora duo. Preterea si corporis sit locus ac receptaculum: patet ꝛ superficiei ꝛ reliquorum finitum esse. Eādem enim cōmendabi-

tur ratio. Nam vbi prius erant superficies aq̄: superficies rursus aeris erūt. At nulla ē dīa pūcti ac loci pūcti. Quare si locus est diuersus ab hoc neq̄ a ceterorum vllo diuersus est: nec quicquā est ipse preter vnūquodq̄ istorum. Quid enim tandem locum esse ponem⁹. Neq̄ enim elementum: neq̄ ex elementis. aut corporeis: aut icorporeis esse potest. talem habēs naturam. Nam magnitudinem quidem habet nullum est aūt corpus. At corporum quidem sensibilium elementa corpora sunt. Ex itelligibilibus autem elementis: nulla fit magnitudo. Preterea cuiusnam rei causam locum esse quispiam ponet. Nulla enim ipsi cāsam quatuor cōpetit. Neq̄ enim vt materia rerum est causa: quippe cum nihil ex ipso cōstet. neq̄ vt forma ratio ne: neq̄ vt finis: neq̄ res vllas mouet. Preterea et ipse si sit vnum quid eorū que sunt alicubi erit. zenonis nāq̄ dubitatio rationem aliquam querit. nam si omne quod est: est in loco: patet et locū etiam esse loci. Atq̄ hoc in infinitū abibit. Insuper si vt est omne corpus in loco sic est et omni in loco corpus. quonam pacto dicemus de his q̄ accrescunt. Nā si loc⁹ cuiusq̄ neq̄ minor est: neq̄ maior: necesse est vna cum ipsis incrementa locum suscipere. Ex his igitur non solū quidnam sit locus: sed si sit etiam dubitare necesse est.

Capitulum secundum.

Rursus autem dicamus vacuum hoc pacto separatũ non esse vt quidam ĩquiũt esse. Nam si natura cuique simplicium corporum aliqua latio competat: vt igni quidem sursum: terre vero deorsum atque ad medium patet vacuum causam lationis non esse. Cuius igitur motus causa vacuum erit. Eius enim esse videtur quo loco accõmodatur at huius causa nõ est. Preterea si est aliquid vt locus corpore carens: cum est vacuum: quonã fertur corpus quod in illo positũ fuerit. Non enĩ aduersum mouebitur. Eadem et ad eos accõmodatur ratio qui locum separatum quid esse ponunt: in quem id fertur quod motu cietur. Quo nanque modo feretur id qđ ibi positum fuerit: aut manebit. Et de differentijs hisce: supra inquam ac infra de vacuo non iniuria eadem accõmodabitur. Qui nãque vacuũ esse dicunt locum ipsum inquiunt esse. At quonam pacto corpus aut in loco aut in vacuo erit. Nõ enĩ fit id quod ratio flagitat: cum totum quippiam corpus vt in separato permanenteve loco positũ fuerit: pars enim si non seorsum ponatˀ non in loco est sed in toto. Preterea si neque locus est. neque vacuum erit. Accidit autem hisce qui dicunt vacuum esse vt necessarium si motus erit. contrarium potius: si quispiam diligenter cõsideret: non posse inquam quicq̃ moueri si vacuum est. Nam vt quidam terram ob similitudinem quiescere censuere: sic et in vacuo quoduis quiescere corpˀ necesse est. Non est enim quonam magis aut minus mouebitur. Quonam vacuũ est hoc differentiarum est expers. Atq̃ patet omnem motum: aut vt fieri aut natura. Et si sit violentus: et eum necessario qui natura competit esse. Quippe cum violentus quidem sit preter naturam. Qui vero est preter naturam posterior sit eo qui est secundum naturam. Quare si hisce motus nõ sit: qui corporum naturalium cuique suapte natura cõpetit: neque ceterorum profecto motum quisq̃ erit. At quonam pacto motus is erit: qui natura competit rebus: cum ratione vacui ac infiniti nulla prorsus sit differentia. Nam quo infinitum est: eo nihil infra: nihil supra: nihil denique medium est. Quo vero vacuum est: eo nihil interest inter superum: et inferumque. Nam vt nihil nulla est differentia: sic et eius quod haud est: nulla differentia assignari potest. Vacuum vero non ens quid priuatioque esse videtur. At ẽ ea latio que natura competit: differentiam subit. Quare erunt ea que differentia sunt natura. Aut igitur non est natura latio vsq̃ aut si est: vacuum in ratione rerum profecto non est. Preterea nunc quidẽ mouentur ea que iaciuntur: eo q̃ pepulit nõ tãgẽte: aut ob antiparistasim: vt q̇dã inquiunt: aut q2 pulsus aer motu pellit celeriore: q̃ sit ea latio pulsi qua locũ ad ꝓpriũ fertur. At in vacuo nihil horũ esse potest. Neque fit vt quie-

q̄ feratur: nisi id quod vehitur. Preterea nemo dicere potest cur motuz alicubi stabit: cur enim hic q̄ hic poti⁹ stabit. Quare aut quiescet: aut in infinituz feratur necesse est: si non potentius quippiam impedierit. Insup nunc quidem in vacuo ex eo corpora ferri videntur quia cedit. At in vacuo talis conditio similiter sese habet omni ex parte: quare omnem ad partem ferentur.

Capitulum quartum.

At qui perspicuuz id quod dicitur ex hisce que deinceps dicemus erit. Videmus enim idem pond⁹ corpusve celeri⁹ duas ob causas ferri. Aut quia id differt per quod movetur: vt si per terram: vel aquā: vel aerez moveatur. Aut quia id quod differt: si sint cadē cetera: ob ponderis aut levitatis excessum. Atq₃ id quidez per quod fertur causa est: propterea quod impedit: maxime quidem si econtra feratur. Minus autem si maneat: ⁊ magis id quod nō est facile divisibile quale est id quod magis est crassum. Pondus igitur A per B: quidem medium: in tempore C. feratur per D vero subtilius quidē illo: longitudine vero equale: in tempore E. impedientis corporis ratiōe. Sit em̄ B quidem aqua. D autem aer. Quanto igitur aer aqua subtilior: tanto celerius A. pōdus per D. q̄ per medium B. fercturvt patet. Habeat igitur eandem rationem ad celeritatez celeritas: qua distat aer ab aqua. Quare si ī duplo sit aer aqua subtilior duplo in tempore B. medium pertrāsibit ad id tempus in quo per mediū D. feretur: ⁊ C. tēpus duplum erit temporis E. atq₃ quo subtili⁹ est minusq₃ impedit: atq₃ facilius scinditur id per qd̄ fit transitio: eo pōdus A. celerius semper feretur. At vacuum nullam ratione habet: qua a corpore exceditur: queadmodum neq₃ ipsum nihil: ad numeruz. Nam si quatuor vno quidem: tria pluribus vero duo: ⁊ pluribus etiam: quaz duo vnum excedunt: nullā profecto rationem vlterius habet: qua nihilum ipsum excedunt. Id em̄ quod excedit: in excessum ipsum: et in id qd̄ excedit̄ necesse est dividatur. Quare ipsa quatuor erunt id quo excedunt. Et nihil. Idcirco neq₃ linea punctum excedit: si nō cōponat̄ ex punctis. Similiter et vacuum nullam ad plenum rationem habere pōt: quare neq₃ etiam motus.

Aqua Tps Aer tps

Sed si p subtilissimum tanto motu in tēpore pōdus A fertur per vacuum si movebitur. omnia profecto rationē exuperabit. Sit enim F: vacuuz longitudine equali B: ⁊ D plenis. Pondus igitur A: si transierit. Atq₃ aliqui quidem in tēpore quod sit G: minore vero vero quā est tempus E: fuerit motum hanc profecto rationem et vacuum habebit ad plenum quaz ad tempus: temp⁹ habebit:

Plenū tps Vacuū tps:

Sed tanto in tpe quātū est E: pleni D partem aliquam transierit pondus A Sintq₃ illa D k. Trāsierit autez A: pōdus medium ipsuz F. si ea etiam ratione differat subtilitate ab aere: q̄ E: tēpus: ad G: tempus habet. Nam si corpus F tanto subtilius ipso D. quanto tempus E: tempus excedit G: econtra profecto pondus A: transierit illō celeritate tāto in tempore quantū est tēpus G.

Plenū tps vacuū tps

si per illud feratur. Si igitur nullum in F fuerit corpus: celerius adhuc per illud sane mouebit᷑. At in G tempore motũ iã erat. Quare põdus A equali in tempore plenũ ⁊ vacuũ pertrãsibit. At hoc fieri neq̃t. Si igit᷑ tp̃s aliquod erit: ĩ quo per vacuũ quoduis corpus mouebitur: hoc eueniet impossibile: vt ex hisce que dixim⁹ patuit. In tp̃e em̃ equali quippiã plenũ atqꝫ vacuũ pertransibit. Erit enim sic aliquod corp⁹ ad corpus: vt ad tẽpus est tẽpus. Ut in summa aũt dicã manifesta est huiusce causa accidentis. Nam motus q̃dem oĩs ad motũ est ratio. Est em̃ in tp̃e: ⁊ oĩs temporis item ad tẽpus: modo sint ambo finita. Sed vacui ad plenũ nulla prorsus esseratio potest. Hec igit᷑ eueniunt ob corꝝ differentiã per que corpa motu cient᷑. Eorꝝ aũt que ferunt᷑ excessu eueniunt hec. Cernim⁹ em̃ ea corporꝝ que pl⁹ aut grauitatis aut leuitatis habẽt momẽti: modo eadẽ ipsius insit figura: celeri⁹ per equale spaciũ ferri: eaqꝫ ratione quã iter sese habet. Quare ⁊ per vacuũ ita ferẽtur. At fieri ꝑfecto neq̃t. Quã em̃ ob causam celeri⁹ mouebunt᷑ in plenis enim id necessario fit maius enim celeri⁹ vi sua mediũ diuidit. Nã id qd̃ fert᷑: aut est iactum: figura diuidit aut momẽto quod habet. Equalis igitur celeratis oĩa erũt. At fieri nequit. Patet igitur ex hisce que dixim⁹: si vacuum sit: ɔ̃rium illis accidere ꝓpter qd̃ vacuũ esse ꝓbãt: qui ipsum asserũt esse. Hic nãqꝫ si motus is erit: qui loco accõmodat᷑: vacuũ separatũ per se esse putant. Hoc aũt perinde est atqꝫ si separatũ quid locũ asserũt esse. Quod q̃dẽ esse nõ posse prius est demonstratũ. At vero si per se quoqꝫ ipsum cõsiderabimus vanũ: id quod vacuũ dicitur atqꝫ inane vere videbit᷑. Nã vt si ĩ aqua quispiam cubũ posuerit: tantũ aque cedet quãt⁹ est ipse cubus* sic ⁊ in aere fiet: sed sensu nõ patet. Et semper om̃e corpus quod ferri potest: ad id ad qd̃ aptũ est ferri nisi densetur: aut ad infera si sit terra: aut ad superna si sit ignis: aut ad vtraqꝫ feratur cadendo necesse est: siue cubus: siue qd̃uis aliud in ipso corpus ponat᷑. Quod ferri põt ad id quod est aptũ feri: nisi denset᷑. At hoc quidem in vacuo fieri neq̃t: quippe cum non sit corpus. Cubum aũt equale vacui spacium penetrasse videbit᷑: ꝑinde atqꝫ si aqua ligneo cubo nõ cederet: neqꝫ aer: sed ip̃m oĩa penetrent. Atqui cubus etiã tantam magnitudinem hꝫ: quanta est ea vacui que occupat᷑ ab ip̃o. Que ⁊ si calida est aut frigida: ⁊ grauis: aut leuis: nõ minus tñ ob hoc rõne ab vniuersis affectibus est diuersa: etiã si nõ ab illis sit separabils. Dico aũt ip̃am lignei cubi molem. Quare etiam si ab illis oĩbus fuerit separata: ⁊ neqꝫ grauis fuerit: neqꝫ leuis: eq̃le sibi spacium occupabit: ĩ eademqꝫ loci vacui ꝟe pte sibi equali erit: vt patet. Quonã igit᷑ cubi moles ab eq̃li vacuo differet atqꝫ loco. Et si due tales simul fuerĩt moles cur ⁊ quoquot volueris in eodem non erũt. Unũ igitur hoc absurdũ ac ĩpossibile sequitur. Preterea patet id cubũ ip̃m habere cum trãsfetur: quod et vniuersa cetera corpora hñt. Quare si nihil a loco differat: cur corporib⁹ facere locum opꝫ preter vniuscuiusqꝫ molẽ: si moles sit affectuum expers. Nihil em̃ confert: si tale circa ipsam aliud spaciũ sit equale. Ex his igit᷑ patet in rõne rerum vacuum separatum non esse.

d	e	f	g
Tp̃s		Tp̃s	

*Additio Cubus est corp⁹ equã longitudini latitudinem ⁊ profunditatez retinẽs: talia sũt que tesserarum figurã habent.

Capitulum quintum.

Sed sunt qui putãt ꝑ rarum ac densuꝫ patere vacuũ esse. Nam si non rarum densuꝫ: neqꝫ fieri potest vt corpora coeãt atqꝫ premãtur. Qd̃ si id non fit: aut motus omnino non erit: aut vniuersum fluctuabit: vt inquit Xuthus. Aut in aerem equaleꝫ atqꝫ aquã fieri mutationeꝫ semper oportet. Hoc inquaꝫ pacto: vt si ex aqua poculi vni⁹ oriatur aer: tanta simul aqua ex equali aere generetur: aut necesse est vacuum esse: alio nãqꝫ modo fieri nequit: vt corpora constringantur: ac dilatentur. Si igitur id inquiunt esse rarum quod habet multa vacua separata: patet: si va-

cuum separatū esse nō possit:sicut neqꝫ locus spacium habens: neqꝫ rarum in ratione rerum sic esse. Si vero nō separabile:sed tñ in esse qđ vacuum dicūt minus quidē est hoc impossibile. Accidit aūt primo quidez nō omnis motus causam vacuū esse:sꝫ eius dūtaxat:quo supera loca petunt. Rarū em̄ leue est. Quapropter ⁊ ignē rarū inquiūt esse. Deinde nō esse vacuū mot⁹ sic causam: vt in ipo qđ moueat. Sed vt vtres mouent id sursum:qđ adiūctuz est ipsis ex eo:qꝛ sursum ipi feruntur:sic ⁊ vacuum sursum mouere. At quonā pacto latio vacui pōt vel locus esse. Vacui nanqꝫ vacuuz id erit ad qđ feretur. Preterea quam causam assignabunt qua graue deorsuz fertur. Et insuper patet si quāto rarius quippiam magisqꝫ vacuū est tāto celerius sursum feretur: quod vacuū sit omnino:sursum id vel celerrime ferri. At forsitan ⁊ hoc moueri nō pōt vt em̄ demōstratum est in vacuo cuncta mobilia:sic eadē rōne vacuū etiā demōstrabitur imobile esse. Celeritates em̄ comparari non possunt. At em̄ cuz vacuum quidem nō esse dicamus: cetera aūt vere sint dubitata:⁊ hec consideremus opz. Nā aut motus non erit si raritas densitasue nō erit: aut inundabit celum:aut aqua ex aere:et aer ex aqua semper orietur equalis. Patet em̄ pl⁹ aeris ex aqua semper oriri. Necesse est igitur si corpora nō premantur atqꝫ dēsentur:aut id quod heret efficiat tādez expulsum:vt vltimū turgeat atqꝫ tumescat. Aut alio in loco equalis aqua ex aere fiat vt tota moles equalis sit vniuersi:aut nihil penit⁹ moueatur. Semper em̄ cuz aliqđ mouetur id accidet:nisi verset̄. At non vniuersa versantur:sꝫ sunt et ea q̄ recto motu ciētur. Illi igit̄ ob hec ipa vacuū qđ dicerēt esse. Nos aūt ex hisce q̄ iā cōcessa sunt:dicim⁹ materiā esse cōtrariorū caliditatis inq̄ atqꝫ frigiditatis:⁊ ceterarum naturaliū cōtrarietatum:et ex ente potētia ens actu fieri. Atqꝫ nō esse q̄dem ipam materiā separabilē:rōne vero eē diuersaz. Et vnā numero coloris si forte fuerit:⁊ caliditatis atqꝫ frigiditatis. Et corporis itē materiam eādē magni ac parui:qđ q̄dē ex eo maxime patet. Nam si factus est aer ex aqua:eadez materia facta est aer:nulla re insup alia assumpta. Sed qđ erat potētia:id tādē factū est actu. Et rursus simili modo si orta est ex aere aqua. Eadē nanqꝫ materia nūc in magnā ex parua:nūc in paruā ex magna vertitur molem. Simili igitur modo or⁊ si aer ex maiore stringit̄ in minorē:⁊ ex minore rursus in maiorē extēditur molē: materia ipa q̄ est ambo potētia fit vicissiz vtrūqꝫ. Nam vt ex frigido calidū eadē: ⁊ ex calido frigidū fit:qꝛ potētia erat ambo. Sic ⁊ ex calido fit magis calidū: nulla prorsus ipsius parte tūc emergente calida que nō erat antea calida:cum calida minus erat. Quemadmodum neqꝫ circunferentia circuli in minoris ambitum est redacta:siue sit eadē siue sit alia pars ipsius nulla facta est curua:q̄ non erat antea curua:sed recta. Non enim ex eo quippiam min⁹ aut magis est tale:quia id itermittitur quo minus: aut magis dicitur tale. Neqꝫ fit vt flamme pars vlla sumatur:in qua caliditas albedoqꝫ nō sit. Quare ⁊ ipsa moles sensibilis non ideo extenditur: aut constringitur: quia materies aliquid insuper accipit:aut abijcit:sꝫ quia ipsa materies vtrunqꝫ subire potest. Quo fit vt idem sit rarum et densūm:et vtriusqꝫ materies vna. Atqui densum quidem est graue:rarum autem leue. Duo nanqꝫ comitantur vtrunqꝫ: graue enim et durum densa esse videntur: leue vero ac molle rara. Verum in plumbo ac ferro graue durūqꝫ discrepant. Ex his igitur (que dicta sunt patet) neqꝫ separatum: aut simpliciter: aut in raro: neqꝫ potentia vacuum esse: nisi quispiam voluerit omnino vacuum id appellare:quod est causa lationis. Hoc autem pacto grauis ipsius leuiqꝫ materies vt est talis: vacuum erit. Rarum enim ac densum hac quidem contrarietate lationis sunt effectiua. Ratione vero duri molisve causa sunt facilis: difficilisve passionis: et non lationis: sed poti⁹ alterationis. Sed de vacuo quidem quo pacto est:et quo pacto nō est in ratione rerum:hoc sit modo determinatum.

¶ Capitulum.xxiii.

Fundamentum principale ponētiū vacuum erat possibilitas cōdensationis et rarefactiōis: qđ plures negauerūt timentes astringi cōcedere vacuum esse possibile. Et id eo vt clarius pateat possibilitas cōdēsationis ꝛ rarefactionis. Est primo
primum. notandum: ꝙ densum est illud qđ habet multā materiā sub parua quātitate: vt lapis vel ferrū. Rarū vero est illud qđ hꝫ modicā materiam sub magna q̄titate: vt
Correla. aer et ignis. ¶ Ex quibus sequitur primo ꝙ densius alio dicitur qđ sub equali extensione vel minori habet plus vel equaliter de materia. vt vnus pugillus terre dicitur dēsior q̄ vnus pugillus aque: q: sub equali extensione hꝫ plus de materia. Siṁr vnus pugillus terre dicitur dēsior q̄ aggregatū ex.x. pugillis aque: q: sub minori extēsione hꝫ de materia. Et rarius alio dr̄ eē illud quod sub equali vel maiori extēsione hꝫ minus vel equaliter de materia. vt vnus pugillus aeris dicit rarior vno pugillo aque: q: sub eq̄li extēsione habꝫ minus de mā. Item aggregatū ex.x. pugillis aeris ē
Correla. rarius vno pugillo aque: q: sub maiori extēsione habꝫ equaliter de materia. ¶ Scđo sequitur ꝙ illud est dēsius q̄ prius fuit qđ hꝫ tm̄ de materia sub minori extēsione: etiam id est rarius qđ hꝫ tm̄ de materia sub maiori extensione: vel dicat ꝙ illud est dēsius q̄ prius cuius
Ex.t.c. 84. partes propinquius iacent sine aliq̄ subtractiōe: ꝛ illud est rarius q̄ prius cuius ptes remotius iacēt sine aliqua additione. vnde Aris.iiii.phy. Cōdensatio est partiū restrictio sine alicuius partis deperditione.
secundū. Rarefactio est partium dilatatio sine alicuius ptis acquisitione. ¶ Secundo notandū ꝙ rarefactio ꝛ cōdensatio aliqñ fiunt ꝑ solum motum localem. naꝫ cū aliqs mouetur localiter partes aeris anteriores cōdensanṫ ꝛ posteriores rarefiūt simiṫr tū vesica plena aere cōprimitur aer cōdensatur de relicta rarefit: et hoc ē per solū motū localem. Aliquando autē ꝑ motum alterationis: vnde vas semiplenū aqua applica eum igni totaliter eadeꝫ aqua repletur. quod fit per alteratiōeꝫ factā a calido: ꝛ postea ṗ moueaṫ ab igne reducitur ad priorem q̄titatem. ꝛ hoc est ꝑ actionem factā a frigido. Aliquando aūt fit ꝑ ḡnatione ꝛ corruptionē simpl'r vt quādo ex aqua generatur aer: tunc fit rarefactio cū ḡnatione aeris et corruptione aq̄. si
Correla. autem fiet ecōtra fit cōdensatio cum corruptione aeris et generatione aque. Ex isto notabili sequitur ꝙ nunq̄ fit rarefactio ꝛ cōdensatio per generationem vel corruptioneꝫ qn̄ fiat per alterationeꝫ ꝛ non econtra: ꝛ nunquam fit per alterationem quin fiat per
Prīa pclō. motum localē sed nō ecōtra: patet inductiue. ¶ His p̄missis sit hec prima ꝯclusio. Aliquod est corpus hñs dēsitatē ꝛ raritatem: quod nō pōt rarefieri nec pōt cōdensari: ptꝫ de celo. de quo dicit phūs.ii.celi. ꝙ stella est densior pars sui orbis. igitur ibi est raritas ꝛ dēsitas. nō tñ pōt rarefieri nec ꝯdensari. q: latera nō pos-
T.c.41. et.42. sunt magis vel minus distare. ¶ Scđa cōclo. oīa ele-
Secūda cōclusio. menta ꝛ oīa mixta possunt rarefieri ꝛ ꝯdensari. prīa pars pꝫ ex quolibet elemēto pōt aliud generari per philosophum.ii. de generatione. sed nō posset fieri sine condensatione ꝛ rarefactione eo ꝙ dū ex terra generatur aqua vel ex aqua aer tā terra q̄ aqua rarefit: si econtra ex aere ḡnatur aqua vel terra aer cōdēsatur: q: nō potest exire suā dispositionē naturalē aliqđ elemētorū. quin cōdēseṫ aut rarefiat. ¶ Scđa autē
T.c.24. pars est manifesta. nam si corpa nō porosa cuiusmodi sunt elemēta condēsantur ꝛ rarefiūt: a fortiori cor-
3ª pclō. pora porosa. scꝫ mixta: videmus eñ ꝑ experiētiā oleū ꝛ frumētū ꝯdēsari aut rarefieri. ¶ Tertia cōclo. omne cōdēsabile vel rarefactibile pōt condēsari vel rarefieri: nō tñ est possibile omne ꝯdensabile cōdēsari vel omne rarefactibile rarefieri. Prima ps est euidens: ꝛ scđa declaratur sic arguendo. omne condēsabile condensatur. igitur tota spera elementorum est minor q̄ prius fuit: tenet consequentia et consequens est impossibile: quia tunc esset dare vacuum: vel latera celi minus distare. igitur ꝛ añs est īpossibile. ¶ Item arguitur sic: omne rarefactibile rarefit: igiṫ totalis spera elementoruꝫ est maior. ꝯñs est īpossibile: q: tūc corpa se penetrarent vel latera celi plus distarent. igitur et
añs est īpossibile. ¶ Quarta cōclusio. tam rarefactio q̄ condensatio est motus ad vbi. ꝛ ad qualitateꝫ: sed non ad q̄titatem. patet ista conclusio. quia per modum condensationis vel rarefactionis acquiriṫ nouum vbi: sicut nouus locus ꝛ noua qualitas. scilicet raritas vel densitas: licet non acquiratur noua q̄titas scđm Cōmē.iiii.phi.dī. ꝙ in motu ꝯdēsatiōis vel rarefactiōis manet eadē q̄titas numero a principio vsq₃ ad finem: lꝫ eadē aliqñ sit maior. ꝛ aliqñ sit minor. 4ª pclu C.84.

Contra p̄dicta arguitur. et primo ꝙ rarefactio sit impossibilis. naꝫ si ex denso posset fieri rarum tunc motus localis fieret in instanti. consequens est falsum. et contra philosophum. vi. phy. et probatur consequentia. quia in termino rarefactionis rarefactum occupat plus de loco q̄ prius occupabat. igiṫ in illo instanti est in maiori loco q̄ prius fuit: sed occupatio maioris loci arguit simul recessuꝫ corporis circunstantis: et cum maior locus acquiriṫ in instanti. igitur recessus corporis circunstantis est in instāti: sed ille recessus est motus localis. igitur ꝛc. primum
¶ Secundo arguitur. ꝙ condensatio est impossibilis nam si ex raro posset fieri densum sequitur ex vno pugillo aeris possent fieri triginta pugilli ignis. consequens est contra philosophum secundo de generatione. et probatur consequentia. quia ex tribus pugillis aeris per condensationem potest fieri vnus pugillus aeris: sed ex tribus pugillis aeris triginta ignis per philosophum ibidem dicentem ꝙ ex quolibet pugillo aeris possent fieri decem ignis. ¶ Et consequēter sequitur ꝙ ex vno pugillo ignis potest fieri vnus pugillus vel duo aeris. ꝙ est contra philosophuꝫ di. ꝙ ex vno pugillo ignis non fit nisi decima pars vnius pugilli aeris. et probatur consequentia: quia ex decē pugillis potest fieri vnus aeris secundum philosophum: et ex viginti duo. sꝫ ex.x. vel.xx. potest fieri vnus per condensationem. igitur ꝛc. secundū T.c.3. T.c.37.
¶ Tertio arguitur. ꝙ impossibile est indifferenter aliquid condensari vel rarefieri: quia tunc partes. eius possunt esse propinquiores ꝛ remotiores. consequens est falsum: quia partes immediate non possunt esse propinquiores: imo sequeretur ꝙ aliquid moueret simul motibus cōtrarijs scilicet motu rarefactionis et condensationis ꝑ totum. patet dato ꝙ aliquid rarefiat secundum longitudinē ꝛ cōdenseṫ ſm latitudinē: mō in casu isto nō est aliqua pars que non simul rarefiat et condenseṫ. Tertium quartum.
¶ Quarto arguitur sic ꝙ rarefactio et condensatio sunt motus ad quantitatem et non ad qualitatē: q: rarefactio est motus ad maiorem locum: igitur ē motus ad maiorem quantitateꝫ. ꝛ sic est motus ad quātitatem. prima consequentia tꝫ per phūm.iiii.physi. ꝛ per commentatoreꝫ primo de ḡnatiōe dicēs ꝙ quātitas est per se occupatiua loci oībus alijs circunscriptis. scđa vero ꝯña tenet ab inferiori ad suū superius affirmatiue ꝛ sine impedimēto. ¶ Item arguiṫ ꝙ non ad qualitatē ꝑ phūm in p̄dicamētis di. ꝙ rarum ꝛ dēsuꝫ videnṫ significare quandam positionem partium: et ꝑ ꝯñs nō sunt q̄litates. igiṫ rarefactio ꝛ cōdensatio q̄ sunt motus ad illa non sunt motus ad qualitatem. T.c.84.

Ad primum concedo ꝙ in fine vel in termino rarefactionis rarefactū est in maiori loco q̄ prius fuit: ꝛ ꝙ occupat maiorem locum q̄ prius occupabat: et nego ꝙ occupatio maioris loci arguat simul recessum corporis circunstantis sed solum sufficit ꝙ immediate ante illud instans fuit recessus corporis circunstantis. vnde dico ꝙ iste locus est nunc prius acquisitus sed iam non acquiriṫ: sed imediate ante hoc acq̄rebaṫ: vꝫ i quolibet tēpore terminato ad hoc instās vltimū rarefactiōis. ꝛ ꝯñr cōcedo ꝙ iste locus prius acq̄rebaṫ q̄ fuit acq̄situs: ꝛ ita nō habetur ꝙ motus ille fuerit in instanti. Ad primum

scom. 37. ¶Ad secundum cõcedo ambas conclusiões iductas. ꝛ ad phũm dico ꝙ ipse vult ex vno pugillo aeris existẽte in naturali dispositiõe fieri solũ decez ignis. et ex vno pugillo ignis existẽte in sua naturali dispositione fieri solũ decimã partẽ pugilli aeris. Quod autem ex vno pugillo aeris passo ꝛ extra naturalem dispositionem fiant 20. vel. 30. ignis vel ecõuerso. vł fieri possint nõ est incõueniẽs. ¶Ad tertiũ dr cõcedẽdo
tertiuz ꝯñam ꝛ cõsequẽs ad ꝓbationẽ respõdet. ꝙ lz ptes immediate nõ possint esse ꝓpinquiores. tamẽ bene partes mediate. Deinde cũ dicit ꝙ tũc aliqd posset moueri simul motibus ꝯtrarijs: neget ꝯña. ꝛ dico ꝙ licz aliquid sic rarefiat ꝛ cõdẽsetur ꝭm diuersas dimẽsiones vt in ꝓposito. nõ tamen mouetur motibus cõtra
quartũ rijs. qꝛ cõtrarietas dz esse respectu eiusdẽ. ¶Ad quartũ neget cõsequẽtia. qñ infertur ꝙ rarefactio est motus ad maiorẽ quãtitatẽ: ꝛ ad philosophuz cõcedo ꝙ occupatio maioris loci est rõne maioris quãtitatis. ꝛ ꝙ illud rarefactũ habet maiorem quãtitatẽ ꝙ prius habebat: sed nõ aliã quãtitatẽ: qꝛ eadem est maior ꝙ prius fuit. qꝛ igitur motus ad quãtitatẽ maiorem vł minorẽ est ad nouã quantitatẽ. ideo rarefactio vł cõdensatio non est mot⁹ ad maiorẽ vel ad minorẽ quãtitatem: sed solum ad maiorem vel minorẽ extẽsionẽ quãtitatis: que quidẽ extensio nõ est quãtitas sz motus quãtitatis. ¶Deinde cũ arguit ꝙ raritas ꝛ dẽsitas nõ sunt qualitates. hoc neget ꝛ ad phm dr ꝙ loqꝫ
ꝓ̃dicãmento. 25. batur ꝭm opinionem famosam. ꝛ hoc põt apparere secundum commentatorẽ. septimo physi. di. ꝙ rarũ ꝛ densum sunt qualitates. quare ꝛc.

¶Tractatus tertij.
¶Capitulũ pmũ.

Post hec autem consequẽs est de tẽpore ptractare. Atqꝫ primo qdem dubitãdũ est de ipso: et per rationes exteras: si fit in ratione rerum nec ne. Deinde contemplandũ est: que nam sit ipsius tandem natura. Ex his itaqꝫ tempus non esse penitus: aut vix esse exigue quispiam suspicabitur. Nã aliud fuit tẽpus atqꝫ non est: aliud est futurũ ꝛ nõdum est. Ex hisce autẽ constat ꝛ infinitum ꝛ quod semp accipitur tempus. At hoc in ratione rerum esse quod ex hisce que nõ sunt constat: impossibile esse videtur. Preterea partibilis omnis rei si fit. necesse est cum est. aut omnes partes: aut nonnullas esse. At temporis quod quidem esse partibile constat: alie partes trãsacte. alie future sunt. nullaqꝫ penitus adest. Ipsuz autem nunc: partem nõ esse constat. ꝑs namqꝫ metitur: at ipsum nunc non metitur. Ex ptibus preterea cõstet oportet. At tempus ex ipsis nunc non videtur constare. Insuper ipsum nunc: quod preteritum distinguere futurũqꝫ videtur. vtrum vnum idem semper permaneat an aliud sit atqꝫ aliud non discerni facile potest. Nã si fit aliud atqꝫ aliud semper cumplures partes temporis nulle simul: nisi altera contineatur: ab altera perinde atqꝫ minus a maiore tempore contineatur. Atqꝫ id quod nunc quidẽ non est: anteavero fuit. necesse fit aliqñ esse corruptum. ipsa nũc profecto simul non erunt. Prius autem semper corruptum esse necesse est. In seipso igitur corruptum esse non potest: propterea quod tunc est. In alio vero nũc qui fieri potest: vt fit corruptum. Sit em hoc impossibile. ipsa nunc sibi herere: vt puncto punctum. Si igitur non in eo quod est deinceps corruptum est: sed in alio: in ipsis profecto nunc medijs simul erit: que quidem sunt infinita. At fieri nequit. At vero nec idem semper permanere. Nullius enz diuisibilis finiti finis est vnus: siue ad vnum. siue ad plura continuum sit. Ad ipsum nunc finis est. tẽpus qꝫ sumi finitum põt. Preterea cum simul esse tempore. ꝛ neqꝫ pri⁹ neqꝫ posterius nihil aliud sit. ꝙ in eodem nunc esse. si priora posteriorave in hoc nunc sunt. Ea ꝓfecto que ante centies cẽtenos annos sunt facta: simul cũ his erunt que hodierno die conficiuntur: et neqꝫ prius quicꝙ̃ alia neqꝫ posterius erit. De his igitur que insunt tempori tot sint dubitata. Caput. xxiiij. 4. physi. a. t. c. 88. vl vicqꝫ in fi. primum.

Motus nõ solum est in loco de q̃ hec dicta sunt. sz permaxime est in tempe rõne successionis repte in vtroqꝫ illorũ. Ideo ꝯsequenter post determinationẽ loci sequitur determiatio tẽpis. ¶Pro quo est pmo notandũ. Quod temp⁹ dupl̃r sumit pmo pro duratiõe successiua habẽte prius ꝛ posteri⁹. et sic loquitur phũs. iiij. phy. di. ꝙ tps est in celo. ꝛ etiam in terra ꝛ in mari. scdo ꝓ duratione hñte prius ꝛ posteri⁹ reducta ad certũ nũeruz. ꝛ sic sumit phũs ibidẽ di. temp⁹ est numerus motus secundum prius ꝛ posterius. vnde sicut virga potest dupl̃r sumi pro virga tante vel tãte qtitatis. secundo pro virga decem palmaruz. ita tẽpus pro duratione successiua habente prius et posterius. aut pro tali duratione reducta ad certum nũerum. ¶Secundo notandum iuxta doctrinam cõmẽtatoris. pmo mera. ꝙ numer⁹ sumit dupliciter. Primo simpl̃r et mathematice. vt dinarius ꝛ ternarius. ꝛ huiusmodi. ꝛ hic non multiplicatur ad multiplicationem numeratorum secundum commentatorẽ ibi. quia vt dicit philosophus ꝛ cõmentator. iiij. physico. idem est numerus. x. hominum et. x. equorũ. *Scdo applicatiue ad aliquod certum genus entis cõtinui vel discreti. Exemplum pmi vt numerus denarius x. hominum est numerus applicatus discrete. Exemplum secundi vlna est numerus panni. et pinta vini applicatione continua: eo ꝙ decem homines faciũt discretionem. vinum autem vel pannus continuationem. ¶Aduertendum secundum philosophum decimo. Metaphysi. ꝙ prima ratio mensure inuenitur in quantitate discreta ꝛ exinde transfertur ad quãtitatẽ ꝯtinuã. vñ qtitas ꝯtinua nõ mẽsurat nisi vt habet rationem qtitatis discrete. linea em absolute

T. c. 65. ꝛ. 130. c. 101. secundum T. c. 38. T. c. 110. Addi. *Unũ numerus sz hanc acceptionẽ est qdã forma idem ... bilis real... distita ... libet suam ... vnitatũ ... ad illi ... i qb⁹ sube... ctiue fũda... ꝛ nõ i ali... lar. vnita... tũ: qꝛ soli... la forma ... noiat illas vnitates ... ples ꝛ nõ ... liquã illa... vnitatum ... hoc aũtm ... nifesti⁹ de... clabit. x... capite ... taphysice. Notandũ T. cõ. 2.

accepta nō mēsurat: sed linea reducta ad q̄titatē di
screiā sc3 numero. 8. vel. 10. palmaꝝ: nec vlna mēsu-
rat nisi ſm ꝙ semel vel plures replicat in panno. mō
semel dicit principiū numeri: ⁊ plures. s. bis ter qua
ter dicit numeꝝ. Nūc aūt ad ppositū dico ꝙ cū phūs
iiij. physi. diffinit tps dicēdo. Tps est numerus mo-
T.c.101. tus ſm prius ⁊ posteri⁹ nō sumit numerū simpliciter
sed pro numero determinati generis. s. pro mensura
continua determinata ad mēsurandum certū genus
entiū. s. motū sicut enī pinta est mēsura cōtinua ⁊ de
terminata ad mēsurandū liquidū. vt vinū vel aqua3
ita tps est mēsura determiata ad motū. ¶ Et ex hoc
pt3 declaratio diffinitionis tpis que sic intelligitur.
Tps est mēsura numeralis motus ſm prius ⁊ poste
rius dr mēsura mot⁹ ſm prius ⁊ posterius ad denotā
T.c.101. dū ꝙ tps nō est mēsura reꝝ permanētiū: sed successi
uarum nō q̄dē ſm partes diuisas diuisiōe mobilis
q2 ille sunt simul sed ſm partes diuisas diuisione tē-
poris que nunq̄ possunt esse simul vt pars preterita
⁊ pars futura motus. ¶ His premissis pono q̄tuor cō
clusiones quas determinat phūs. iiij. physic. Prima
P^a 9clō. cōclusio. tps nō est aliq̄s mot⁹ nec aliqd mobile. pmā
T.c.95. ptē arguit simplr sic. null⁹ mot⁹ ē vbiq3: s3 tps ē vbiq3
igitur tps non est motus. tenet cōsequentia cū maio
ri: q2 motus qui est in oriēte nō est ille qui est in occi-
dente. minor vero est nota: q2 apud oēs est idē tps: si
T.c.96. cut eadē mēsura generalis mēsuratur motus. ¶ Se
cundo arguit sic. omnis motus est velox vel tardus.
sed nullum tps est velox vel tardū. igit nullū tps est
motus maior est nota: ⁊ minor declarat eo ꝙ tps non
diffinitur per tps. sed velox ⁊ tardum diffinitur per
tempus nam velox dicitur quod in modico tēpore
pertrāsit magnū spaciū. ⁊ tardū qd i modico tpe per
trāsit paruū spaciū. ¶ Scda aūt pars cōclusiōis pōt
T.c.94. pbari ex rōnibus prime. igitur non probat eā phūs:
sed dicit opinionē fuisse stultā: que asserit tps fuisse
2^a 9clō. primū mobile. ¶ Scda cōclusio. tps nō est sine motu
T.c.97. sed est aliquid motus. primā partē pbat: q2 tps non
pōt percipi sine motu. nā si modicū percipim⁹ de mo
tu ⁊ paꝝ d tpe. ⁊ si multū de motu multū de tpe: ⁊ pōit
exēplū de his qui dormierunt lōgo tpe in sardo apd
heroas. qui nō perceperunt tps mediū: sicut nec mo-
T.c.98. tum. ¶ Scda pars sic arguit. per eundē phūm quan
docūq3 duo simul necessario percipiūtur. aut sūt idē
aut vnū est aliquid alteri⁹: sed motus et tps nō sunt
idem ⁊ simul percipiunt. igitur ⁊c. totū antecedēs pa
tet. preter vltimā particula3 quā sic arguit. in motu
extra animā dū percipit aliquis motus extra statim
pcipitur duratio ⁊ tps: similiter in motu anime nul-
lo motu exteriori percepto percipit tps pp̄ter motū
3^a 9clō. imaginationis. ¶ Tertia cōclusio. sicut continuitas
tēporis ē ex cōtinuitate motus: ita prius et posteri⁹
in tpe sunt ex priori ⁊ posteriori in motu. primā par-
tem arguit sic. sicut se habet motus ad magnitudinē
ita tps ad motū: sed continuitas motus est ex conti-
nuitate magnitudinis. igit cōtinuitas tpis est ex cō
tinuitate motus tenet cōsequētia cū maiori. ⁊ minor
vero est euidēs. eo ꝙ deficiēte continuitate spacij et
magnitudinis supra quā est motus. deficeret 9tinui
tas motus. Scdam partē arguit ex priori sic. sicut se
habet motus ad magnitudinē. ita tempus ad
motum sed prius et posterius motus sunt ex priori
⁊ ex posteriori magnitudinis. igitur prius ⁊ poste-
rius tēporis sunt ex priori ⁊ posteriori mot⁹. ¶ Quar
T.c.100. o ta cōclusio. tps consequit motū ratione prioris ⁊ po-
sterioris in motu. istā cōclusionē arguit ratiōe illius
tēpus cōsequitur motū: quo cognito in motu cogno
scitur tempus: ⁊ quo non cognito non cognoscitur
tēpus. sed cognito priori ⁊ posteriori in motu cogno-
Correla. j scitur tēpus. ⁊ nō cognito aliquo istoꝝ nō cognoscit
T.c.101. tps. igitur ⁊c. antecedens patet de se. ¶ Ex his cōclu
sionibus infert phūs diffinitionē tpis di. tempus est
numer⁹ mot⁹ ſm prius ⁊ posterius. vnde arguit sic. p
tps iudicamus motū maiorē vel minorē. igit est mē-
sura illius. sed q2 per vnū nunc nō cognoscam⁹ temp⁹
nec per plura nisi sub ratione prioris et posterioris.
igitur est mensura illius ſm prius ⁊ posterius.

Contra istā diffinitione3 arguit ⁊ primo sic. Primu
Q2 sit male data: q2 nō verificatur de t.c.2.⁊.
quolibet cōtento sub diffinito, pt3 nam tps eternu3 T.c.35.
nō est numerus nec mēsura alicui⁹. ex quo omnis mē ph. 65.
sura est nota ⁊ notior mēsurato. 10. metha. sed tēpus me. 11.
eternū non est notum. q2 infinitū ſm ꝙ infinitū non Scdm.
est notum primo physi. ¶ Scdo arguit. ꝙ non sit nu T.c.102
merus: q2 si sic aut numer⁹ quo numeram⁹. aut nume Cō. 102.
rus numerat⁹. nō primū per Aristo. iiij. physi. nec ſm T.c.99.
per cōmentatorē ibidē dicentē ꝙ essentiale est tpi nu 108. ⁊. 10
merare ⁊ mēsurare motū. ¶ Item omnis talis nume Tertiū.
rus videtur esse q̄titas discreta ſm phūm in predi- 10. me. 3.
camentis: ⁊ ſm eundē ibidē. ⁊ in. iiij. phy. tps est quā Cō. 98.
titas cōtinua. igitur ⁊c. ¶ Tertio arguitur. ꝙ nō est T.c.97.
mensura motus. quia mensura est notior mensurato 101.
sed tempus non est notius motu: sed potius econtra Cō. 100.
ergo ⁊c. maior est nota. ⁊ minor probatur. nam mot⁹ ē
naturaliter prior tempore. cum sit subiectum ei⁹ per
commentatorem. iiij. physic. igitur motus est notior
apud naturam ⁊ probatur ꝙ est notior quo ad nos.
quia non percipimus tempus ſm physicum nisi per
cipiamus motum. ¶ Quarto arguitur. quia non ſm
prius ⁊ posterius. quia per prius aut posterius aut
intelligit partes motus. aut partes temporis aut in
diuisibilia illorum. non primum. quia prius ⁊ poste-
rius in motu sunt ipsum tempus ſm commentato-
rem. modo nihil diffinitur per seipsum. nec secundū
per eandem rationem. nec etiam tertium quia diffi
nitio datur causa innotescendi. modo patet indiuisi
bilia temporis esse minus nota ꝙ tempus ⁊ motus. Ad prima

Ad primum dicitur ꝙ hic non diffinitur T.c.102.
tempus vt conuertitur cum
illa oratione. duratio successiua ſm prius ⁊ posterius
s3 vt 9uertit cū illa orōne duratio successiua s3 pri⁹ ⁊
posteri⁹ reducta ad certum numerum. mō tps infini Ad scdm.
tum non reduci potest ad aliquem numerum. ¶ Ad
secundum dicitur ꝙ est numerus quo numeram⁹ sc3
motum. ⁊ numerus numeratus: quia per vnum tem
pus mensuratur aliud. ⁊ ad philosophum dico ꝙ lo-
quitur de numero simpliciter ⁊ metaphysico. ꝙ non
est talis numerus quo numeramus. quin tamen sit
numerus per replicationem quo numeramus nō ne
gat philosophus. Ad commētatorem autem dicitur
ꝙ illa stant simul. tempus est essentiale ⁊ per se men
sura motus ⁊ tamen mensuratur tempore. ¶ Ad con
firmationem respondetur. ꝙ numerus proprie sum-
ptus est quātitas discreta. improprie autem est quā
titas continua: quia mensura non reperitur in quan Ad tertiū.
titate cōtinua nisi ratione quātitatis discrete. ¶ Ad
tertium dicitur. ꝙ tempus quo ad nos est notius: li-
cet forte motus sit notior quo ad naturam. Et ad p-
bationem cu3 dicitur. nos cognoscimus tempus per
motum: respondetur ꝙ motus capit quantitatem a
spacio ⁊ a tempore. Inquantū capit q̄titatem a spa
cio sic est notior tempore. inquantum autem recipit
suam quantitatem durationis a tempore sic temp⁹ Ad quartū
est notius. ¶ Ad quartum dicitur ꝙ prius ⁊ posteri⁹
in diffinitione illa significāt principaliter prius ⁊ po
sterius temporis. ⁊ cum dicitur prius ⁊ posterius tē
poris sunt partes temporis cōcedo. ⁊ negatur ꝙ sint
ipsum tempus. quia totum non est sue partes: tamē
concesso illo non sequitur inconueniens: quia nō po
no tempus inquantum partes temporis in diffini-
tione sub illa denominatione: sed sub alia magis no
ta sc3 prioritatis ⁊ posterioritatis.

¶ Capitulum secundum.

S Ed quidnam sit tempus: ⁊
que sit ipsius natura simili
ter est obscurum: ⁊ ex ijs q̄
a maioribus nostris tradi
ta sunt: ⁊ ex ijs que nuper:

a nobis sunt dicta. Quidam enim vni⸗
uersi motum. quidam spherā ipsamtem
pus esse dixerūt. Quoꝝ neutrū veꝝ est
Etenim cōuersiōis pars: tp̄s est qōdā.
Cōuersio vero nō est. Pars eīm cōuer⸗
sionis est id qō sumptū est: nō cōuersio.
Preterea si pl'es essent celi mot' vniuſ
cuiusqꝫ similiter tempus esset. Quare
plura tēpora simul essent. Spherā aūt
vniuersi quidā adeo tp̄s eē putarūt: qꝛ
ꝛ in tpe ꝛ vniuersi sphera sūt cūcta. Sꝫ
hoc adeo stultū est: vt supuacaneū sit ea
īpossibilia: que sequunt̄ ꝯsiderare. Cū
vero motus quidā atqꝫ mutatio q̄dā: tē
pus esse maxime videat̄: id si sit ꝯsidere
mus opꝫ. Mutatio igit̄ motusve in ip
so est qō mutat̄ dumtaxat: aut vbi. i. qō
mouetur atqꝫ mutat̄. At tp̄s vbiqꝫ ē eq̄
ꝛ apud omnia. Preterea mutatio qui⸗
dem omnis celerior est atqꝫ tardior. At
tp̄s nō est. Tardū eīm ꝛ velox tpe est dif
finitū. Nā id quidē est velox qō in bre⸗
ui tēpore magnū. id aūt tardū qō in lō⸗
go paruū spaciū trāsit. At tp̄s nec vt q̄
tum q̄d est: nec vt quale tpe finit̄. Tem⸗
pus igitur nō esse motū: satis iā patuit
Atqꝫ nihil īpsentiaꝝ interfit: vtro noīe
motu an mutatiōe vtamur. At vero nō
sine mutatione tp̄s esse videtur. Nam
cum ipsi nihil mente mutamur: aut non
aīaduertimus nos esse mutatos: non vi
detur nobis tp̄s fuisse. Queādmoduꝫ
nec hisce: qō ferūt in sardo apō heroas
dormire cū fuerint experecti. Cōiūgunt
enim nunc ipsa: prius inquā: atqꝫ poste
rius: v nūqꝫ faciūt mediū ob sensus oc⸗
cupationem tp̄s excipiētes. Ut igitur
si nō aliud atqꝫ aliud: sed vnum idemqꝫ
nunc esset: tp̄s sane nō esset. Sic ꝛ cum
lateat aliud atqꝫ aliō esse mediū ipsum
nō esse tp̄s videt̄. Qō si tūc fit vt tp̄s eē
nō arbitremur: cū nullā diffinim' muta
tionē: sed in vno atqꝫ īdiuisibili anima
manere videt̄. Cū vero senserim' diffi⸗
nierimusqꝫ mutationem: tunc tp̄s fuisse
dicimus. Patet pfecto sine motu mu⸗
tationēve: tp̄s nō esse. Que cuꝫ ita sint
paret tp̄s nec motū esse: nec eē etiā abs⸗
qꝫ motu. Quoniam autem quidnaꝫ sit
tempus querimus. sumamus oportet
hinc ordientes quidnam ipsius sit mo⸗
tus. Nam simul motum tempusve sen⸗
timus. Etenim si tenebre sint: et nihil p
corpus afficiamur. motus autem insit
in anima. continuo sane quoddā etiam
simul fuisse tempus videtur. At cum tē
pus etiam quoddā videtur nobis fuiſ⸗
se: simul tunc ꝛ motus fuisse quidam vi
detur. Quibus efficitur: vt temp' aut
motus sit: aut aliquid motus. Cum igi
tur motus non sit: necesse est ipsum ali⸗
quid motus esse. Cum autem id quod
mouetur ex quodam in quoddaꝫ profi
ciscatur: magnitudoqꝫ omnis cōtinua
sit: motus profecto magnitudinem se⸗
quitur. Quia nanqꝫ magnitudo conti
nua est: ideo ꝛ motus continuus est. At
quia mot' continuus est ꝛ: tempus con
tinuum est. Quantus enim est motus:
tantum ꝛ tempus semper fuisse videtur
atq̄ prius et posterius in loco est primo
atqꝫ positione. Cum vero in magnitu⸗
ne sit: in motu quoqꝫ similitudine ra⸗
tionis prius esse posteriusve necesse est
At vero prius atqꝫ posterius in tempo
re etiam est: ex eo sane quia semper alte
rum ipsorum alterum sequitur. Prius
autē in motu posteriusve subiecto qui
dem est motus. Ipso autem esse diuer⸗
sum est: ꝛ non est motus. Atqui tem⸗
pus quoqꝫ cognoscimus: cum motum
definimus: priore posterioreve definiē
tes. Atqꝫ tunc fuisse dicimus tempus:
cum prius in motu posteriusve senseri⸗
mus: hoc ipso autem definimus: quod
aliud atqꝫ aliud ipsa: et aliud inter ip⸗
sa medium esse existimamus. Nam cuꝫ
extrema alia a medio intelligimus eſ⸗
se: et animus ipsa nunc duo dicit: alterū
prius: alterum posterius: tunc et hoc ip
sum tempus dicimus esse. Quod enim
ipso nunc deffinitur. id tēpus esse vide⸗
tur ꝛ supponit̄. Cū igit̄ ipm nūc vt vnū
sentim': vt nō aūt vt pri' in motu poste⸗
riusve: aut vt idē q̄dē prioris vero cuiuſ
dā posteriorisve tp̄s tūc nullū fuisse vi
det̄: qm̄ neqꝫ motus. Sed cū prius sen
timus atqꝫ posterius tunc ꝛ tempus di
cimus esse. Hoc eīm est tp̄s numer' mo⸗
tus per ipsum prius posteriusve. Non
ergo tēpus est mot': sed vt motus ipse
numeruꝫ habet. Id ita esse hoc indicat
signum: nam plus quidem ꝛ min' nume
ro: plurem vero minoremve motum tē⸗

pore solemus discernere. Tẽpus ergo numerus quidam est. Cuz vero duplex sit numerus. Nam τ id quod numeratur ac numerabile. Et id quo numeramus numerum dicimus id quod numeratur non id quo nnmeramus est tempus. Sunt autem id quod numeram⁹: et id quo numerat: non eadẽ sed diuersa.

Capitulum tertium.

Atq; vt mot⁹ alius est atq; alius: sic τ tempus. Tẽpus autem omne quod est simul est idem. Nam ipsum nũc idem est subiecto. Esse aũt ipsi⁹ diuersum est. Ipsumq; tẽpus metitur vt pri⁹ atq; posteri⁹ est. Atq; tum est idem: tum nõ est idẽ. Nam vt est idẽ i alio atq; alio differt. Atq; hoc pacto est ipsum nunc. Subiecto vero est idẽ. Etenim motus magnitudinẽ sequitur τ tempus motum: vt diximus: quo fit vt τ id quod fertur: quo motus τ prius in ipso posteriusve cognoscimus punctum sequaẽ. Hoc igitur subiectũ quidem est idem. Est enim aut punctũ: aut aliqd aliud tale. Ratione vero diuersum: perinde atq; sophiste: coriscum in lycio: coriscũ in foro sumũt esse diuersa. Et hoc igitur vt alibi est: atq; alibi est diuersum. At ipsum nunc seqtur id qd fertur: perinde atq; tẽpus sequitur motum. Ipso nãq; quod fertur pri⁹ inmotu posteriusve cognoscim⁹. Prius vero posteriusve vt numerabile est: ipsum profecto est nunc. Quare τ hoc ipsum subiectũ quidẽ est: idem est enim prius aut posteri⁹ quod est in motu. Ipso aũt esse diuersum est: pri⁹ nãq; posteriusve vt numerabile est: ipm est nũc. Est etiã hoc maxime nunc. Nam τ motio ob id quod mouet: τ latio ob id qd fertur est nota. Est enĩ hoc aliqd id qd ferẽ. Motus vero nõ est. Est igiẽ tum idez id qd nunc dicit̃ semp: tum nõ idẽ. Quippe cum τ id qd fertur tales subeat modos. Patet etiam: nunc ipsum nõ esse si tps nõ fit: τ tps nõ esse: si nõ fit ipsum nunc. Nam vt simul sunt id qd fertur τ latio sic τ numer⁹ eius qd fertur: τ numerus ipsius etiã lationis sunt simul. Est enĩ tẽpus qdem numerus lationis. Ipsuz aũt nũc eius qd ferẽ: perinde atq; vnitas nũeri. Est preterea tẽpus ipso nunc continuũ atq; diuisum. Hoc enĩ ad lationẽ: τ ad id qd ferẽ accõmodaẽ. Nã mot⁹ ac latio vna est: ipso sane qd ferẽ. Propterea qd vnum est τ nõ subiecto. Sic enĩ intercapedines esse possunt: sz ratione. Distinguit etiã hoc prius ẽ posterius: eq; motũ. Atq; hoc etiã accõmodatur quodã modo puncto. Etenĩ punctum τ cõtinet lõgitudinẽ τ distinguit. Nam hui⁹ principiũ est illi⁹ finis. Verum cũ hoc pacto quispiã ipsum sumit vt ipso tãq; duob⁹ vtaẽ: tunc steẽ necesse est: si punctũ idẽ principiũ erit ac finis. Ipsum aũt nũc: q2 id quod fertur mouet aliud est atq; aliud semp. Quare tps est numerus: nõ hoc sane qd nũc ipsum perinde atq; punctũ: idẽ principium sumiẽ atq; finis: ob id porro qd aut ea dixim⁹. Tunc enĩ erit vsus medij puncti tanq; duoz. Quare fiet vt steẽ. Sed hoc potius quod eam in hoc ipso nũc subesse rationẽ: q extrema linee in eadẽ. Atq; non vt partes. Patet enim. neq; nũc ipsum tẽporis esse partẽ: neq; diuisionẽ mot⁹ quẽadmodũ neq; puncta sunt linee partes: sed due linee semper. Ipsum igitur nunc vt est quidem finis: tẽpus nõ est sed accidit. Vt autẽ numerat: numerus est. Nam fines quidem illius sunt solũ cuius sunt fines. Numerus autẽ hoz equoz denarius inquam τ alibi etiam est. Patet igitur tempus numerũ esse mot⁹ p prius posteriusve: τ continuũ etiam esse: cum sit continui numerus vti diximus.

Capitulum quartum.

Umerus autem minimus absolutus quidã est dualitas inquã ipsa: quidã aũt partim ẽ ptis nõ ẽ. Veluti linee multitudine quidem minimus est. Due inq̃ linee aut vna. Magnitudine aũt esse nõ põt. Omnis nãq; linea diuiditur semp. Quare similiter τ temp⁹: minor q̃dem minimũ vnũ vel duo. Magnitudine võ nõ est. Perspicuũ etiã est: τ cur velox q̃dem ac tardũ nõ dicitur. Multũ autem τ paucũ τ longum ac breue dicitur. Quo nanq; continuum ẽ: hoc longũ τ breue. Quo vero numerus est: hoc multũ ac paucũ.

dicitur. Velox autem et tardum non est: quippe cum neq̃ numerus quo numeramus velox vllus sit itaq̃ tardus. Est etiam idem simul vbiq̃: non est autem tempus prius posteriusve. Quoniã ꝛ mutatio presens quidem est vna: facta vero: futuraq̃ alia. Tempus autem numerus est nõ quo numeramus: sed q̃ numerat̃. Atq̃ hoc sane aliud est prius ꝛ posteri⁹ semper. Naz ipsa nũc alia sunt vt patet. Est autem vnus idẽ q̃ numerus centum hominum centũq̃ equorum. At ea quorum est numerus equi ꝛ homines: sunt diuersa. Preterea vt motus idem ac vnius iterũ atq̃ iterũ esse potest: sic ꝛ tẽpus idem vnũq̃ esse potest: vel vt annus: ver: autũnus. Atqui non solũ tempore motũ: sed etiã tempus motu metimur ex eo sane: quia a sese vicissim definiũtur. Nam tẽpus quidem definit motum: quippe cum sit ipsius numerus: vti dixim⁹. Motus autem tempus: atq̃ multũ paucũve dicimus tẽpus motu metiẽtes ipsum: perinde atq̃ numerũ re numerabili numerabimus: vt vno equo numerum ipsum equorũ. Etenim numero quidem multitudinem equorum. Vno autem equo numerũ ipm rursus equorum cognoscimus. Similiter fit et in tpe atq̃ motu. Tempore nãq̃ motum: moto vero tempus metimur. Idq̃ accidit non sine ratione profecto. Sequitur enim magnitudinem motus ꝛ tempus motum: hoc sane quo quanta ꝛ continua atq̃ diuisibilia sunt. Quia nanq̃ magnitudo est talis: iõ mot⁹ is est affectus. Tps aũt ob motũ est tale: atq̃ metimur ꝛ magnitudinem motu ꝛ magnitudine motum. Nam si ambulatio multa sit: viã multã dicimus esse: et hãc rursus multã: si via sit multa. Similiter et tempus si motus ꝛ motum si tempus.

¶ Capitulum. xxv.

Tempus cum sit quoddã accidens sequens motum difficultatẽ inducit quẽ motum sequtur: aut in quo mobili subiectiue fundetur. ¶ Et ideo notãdũ primo q̃ tẽpus quadrupliciter sumit̃. Primo cõiter pro duratione habẽte prius ꝛ posterius: ꝛ sic est cõmune ad durationẽ omniũ motuũ: sꝫ ad durationẽ motus localis alterationis / augmẽtationis / diminutiõis. vnde si celum quiesceret simplr̃ adhuc aliqua augmentatio vel alteratio in his inferioribus esset velox vel tarda: ꝛ per ꝯ̃ns fieret in tẽpore: eo q̃ in diffinitione tarditatis vel velocitatis ponit̃ tẽpus ✱. Scd̃o proprie pro duratione mot⁹ localis tñ: eo q̃ de ratione tẽporis est mẽsurare motũ. modo duratio mot⁹ localis magis mẽsurat motũ q̃ alia duratio: eo q̃ mot⁹ localis est notior ꝛ manifestior ꝛ magis percipitur a sensu nostro: sm̃ cõmẽtatorẽ. iiij. phẏsi. ¶ Tertio magis ꝑprie pro duratiõe mot⁹ circularis tñ circa medium mũdi: q: durationes alioꝝ motuũ nõ sunt eedẽ apud oẽs habitatores terre: et q: motus localis circularis est primus oim motuũ: vt demõstrat Aristo. viij. phẏsi. ¶ Quarto ꝑprijssime pro duratione mot⁹ primi mobilis tñ: q: mot⁹ primi mobilis est primus simplr̃ ꝛ velocissim⁹: ꝛ maxime regularis: igit̃ duratio illi⁹ est ꝑprijssime tẽpus. ptꝫ ꝯ̃ña: quia ille sunt cõditiões mẽsure. ¶ Ex his haberet̃ ꝯsequẽter q̃ motũ tẽpus seqtur: ꝛ in quolibet mobili est: q̃̃ est in eodẽ ꝯsequẽter in quo est su⁹ mot⁹. ¶ Scd̃o notãdũ q̃ habere prius ꝛ posterius sm̃ situ cõpetit magnitudini ꝛ spacio: sm̃ aũt duratiõẽ successiuã cõpetit per accidens ipsi motui ꝛ ipsi tẽpori essentialr̃ pmo ꝛ per se: dicim⁹ eñ vnũ motũ fuisse priorẽ alio: q: fuit in priori tẽpore. ꝛ vnũ tẽpus fuisse prius alio: q: fuit in priori motu. vnde per cõem animi ꝯceptionẽ hoc potest videri: eo q̃ ois ꝯcipiẽs pri⁹ ꝛ posteri⁹ sm̃ durationẽ cõcipit tps: ꝛ ois cõcipiẽs tps cõcipit pri⁹ ꝛ posterius sm̃ duratione ꝛc. ¶ His visis pono quatuor ꝯclusiones quas ponit phs. iiij. phẏsi. Prima ꝯclusio. lꝫ tps sit minimũ sm̃ multitudinẽ: nõ tñ sm̃ magnitudinẽ. prima pars ptꝫ: eo q̃ quicq̃d est vnũ: est minimũ sm̃ multitudinẽ: q: vnũ est principiũ numeri: sed tps est vnũ cũ sit vnũ tps: igitur ꝛc. ¶ Scd̃a pars declarat̃. nam illud qd̃ est diuisibile in infinitũ: nõ est minimũ sm̃ magnitudinẽ: sed om̃e tps est diuisibile in ifinitũ cũ sit cõtinuũ: igit̃ ꝛc. ¶ Scd̃a ꝯclusio. non solũ tps est mẽsura mot⁹: sed etiã ecõuerso. ꝓbatur: q: sicut mot⁹ seqtur magnitudinẽ: ita tps motũ: sed mot⁹ mẽsurat magnitudinẽ ꝛ ecõtra: q: dicim⁹ motũ esse magnũ: q: est super magnũ spaciũ sm̃ lõgitudinẽ: ꝛ etiã spaciũ fuisse longũ ꝓpter longitudinẽ mot⁹: igit̃ ꝛc. ¶ Item hoc declarat̃ in numeris ꝛ numeratis que inuicẽ mẽsurant. sciẽs eñ cõputare ab vno ad decẽ. potest scire q̃ hic sunt decẽ equi ꝛ nesciẽs cõputare: sciens tñ hic esse multitudinẽ equoꝝ põt venire in notitiã numeri denarij per illos equos vt pmo ꝯsiderãdo vnũ de per se: deinde duos simul: ꝛ sic vsq̃ ad decẽ. ¶ Tertia ꝯclusio. tps est mensura quietis ꝛ alioꝝ trãsmutabiliũ a motu. prima pars arguit̃ per hoc q̃ quies dicit̃ esse in tpe sicut mot⁹: igit̃ tps est mẽsura qetis sicut motus. ¶ Deinde quies cognoscat̃ per motũ cũ sit priuatio eius: igit̃ quicq̃d est mẽsura mot⁹ etiã est mẽsura quietis: sꝫ tps est mẽsura mot⁹: ergo est mẽsura qetis. scd̃am partẽ declarat phs supponẽdo q̃ aliq̃d dr̃ esse duplr̃ in tpe. Aut q: est cum tpe: aut q: est in eo sicut in numero. scd̃o supponendo q̃ esse in nũero est quadrupliciter. Aut sicut pars: aut sicut passio: aut sicut aliqd̃ intrinsecũ scꝫ gen⁹ vel differẽtia. Aut sicut numeratũ in numerãte: tunc sic trãsmutabilia sunt in tẽpore: ꝛ nõ q: sunt cũ tpe: q: eadẽ ratione quodlibet esset in quolibet: igit̃ q: sunt in numero: sꝫ nõ: q: sunt partes nũeri: nec passiones nec genera vel differẽtie illi⁹: igit̃ oia trãsmutabilia sunt in tpe sicut in nũero: ꝛ sicut numeratũ in numerãte ꝛ mẽsurãte. ¶ Quarta cõclusio. lꝫ tps depẽdeat ab aia quo ad suũ formale: nõ tñ quo ad suũ materiale. prima ptꝫ: quia si impossibile est animã esse: impossibile est numerãtẽ vel numerabile esse. et si impossibile est numerantẽ vel numerabile esse: impossibile est numerũ esse: ꝛ si impossibile est numerũ esse: impossibile est tẽp⁹ esse: q: tempus est essentialiter numer⁹: igit̃ a primo ad vltimũ si impossibile est animã esse: impossibile est tps esse: ꝛ per ꝯ̃ns tempus depẽdet formaliter ab anima. scd̃m autẽ est notũ ex hoc: quia seclusa anima adhuc esset motus: ꝛ ꝯsequẽter tempus: quia tps est passio motus. Istas conclusiones cum suis ꝓbationibus ponit phs: vbi allegatum est supra.

Additio. ✱ Tẽpus est celũ regularit̃ motum: ita q̃ nõ est entitas successiua distincta a re permanente vel a reb⁹ ꝑmanẽtib⁹. ꝓbat̃ hoc auctoritate sacre scripture Geñ. j. dicẽtis. Fiãt luminaria i firmamẽto celi: ꝛ diuidant diẽ ac noctem: ꝛ sint in signa ꝛ tpa: ꝛ dies ꝛ annos: vt luceant in firmamẽto celi: ꝛ illuminent terrã: ex q̃ auctoritate clare ptꝫ: quo modo sacra scriptura appellat luminaria celi: q̃ sũt partes celi signat tpa: ergo celũ / regulariter motum est tempus.

Aliq̃d dicitur esse duplicitẽr in tempore. Esse in numero est q̃drupliciter.

Tps quadruplr̃ sumitur.

primum.

primum. **Contra** predicta argr. pmo. Quia tempus non est mensura motus qz tunc esset mensura omnia motus. pz ꝯña. qz non videtur maior rō de vno ꝙ̃ de alio. sed ꝯñs est falsum. Primo qz non ē mēsura motꝰ localis eterni. eo ꝙ infinitum ꝓm ꝙ infinitū non mensurar sicut nec cognoscir. ¶ Scđo quia non est mensura augmētationis. diminutiōis. et alterationis qz secundū philosophū. x. metaphy. mēsura ⁊ mēsuratū debent esse vnigenea. modo tp̄s ⁊ illi motꝰ non sunt vnigenea. quia non sunt eiusdez rōnis. ¶ Itē videtur ꝙ potiꝰ tp̄s deberet mensurari motu ꝙ̃ econtra. qz ꝓm phm ⁊ cōmentatorem prius ⁊ posteriꝰ in tēpore sunt a priori ⁊ posteriori in motu igir essentialius cōpetit motui prius et posterius ꝙ̃ tēpori. ⁊ ꝯsequēter rō mēsure oim successiuoꝝ. ¶ Scđo

secundū. arguit. ꝙ motus nō sit mēsura tp̄is. qz alr sequitur ꝙ idē est notius ⁊ ignotius respectu eiusdē. ꝯñs ē ipossibile ⁊ cōseqñtia ꝓbat. nam motꝰ est mēsura tp̄is. igit

Tertium. est notior tp̄e. Itē motus mēsurat tp̄e. igr ē ignotior tp̄e. ¶ Tertio argr. ꝙ tp̄s nō sit mēsura q̄etis: ⁊ alioꝝ trāsmutabiliū a motu. qz tp̄s nō est mensura nisi successiuoꝝ. vt ptz ex diffinitiōe eius. sed quies nō ē ens successiuum. nec trāsmutabilia alia a tp̄e sunt succes

quartum. siua. imo ꝑmanētia. vt hō ⁊ asinus. ¶ Quarto arguitur ꝙ tp̄s nullo modo dependet ab aīa. qz motꝰ nullo modo dependet ab aīa. igit nec passio eiꝰ. ptz ꝯña. qz passio seq̄tur subiectū. sed tēpus ē passio motus ꝓm cōmentatorem dicēs ꝙ tēpus accidit motui. igir ⁊c.

Ad pmum **Ad primum** negetur ꝯña. sz solū sequit ꝙ tp̄s est mensura ois motus mensurabilis ⁊ cognoscibilis. Ideo cōcedo ꝙ est mensura motus augmētationis. diminutiōis. ⁊ alterationis. cū dr mensura et mensuratum debent esse vnigenea. dr ꝙ nō debet intelligi de vnigeneitate rōnis specifice: quia tunc ꝓbaretur a priori tp̄a nō eē mēsurā alicuiꝰ motꝰ sz intelligit de vnigeneitate essentialis ordinis eo mō quo subiectum ⁊ passio sunt vnigenea ad prius ⁊ suū posterius. Primo mō tēpus et motus q̄ est suū subiectū sunt vnigenea. Scđo modo tempus ⁊ motus sibi impertinēs cuius nō est passio. Deinde cū dicitur ꝙ magis motꝰ deberet esse mensura tēporis ꝙ̃ ecōtra: qz magis in eo reperitur prius ⁊ posterius. hoc negatur. loquendo de priori ꝓm duratio nē successiuā. et ad phūm dico ꝙ ipse vult prius ⁊ posterius tp̄is esse a priori ⁊ posteriori motꝰ materialiter. et hoc est verum. tm̄ prius ⁊ posteriꝰ i motu. vt nō

Ad scđm. possunt esse simul sunt a priori ⁊ posteriori tp̄is formaliter. ¶ Ad scđm concedo ꝙ idē est notiꝰ et ignotius respectu eiusdem. sed nō ꝓm idem. qz motus vt recipit quātitatē a spacio: sic est notior tēpore. vt autē recipit a tempore. sic est ignotior tempore. ¶ Ad tertiū dicitur ꝙ tempus est mēsura quietis ꝑ accidēs rōne

Ad tertiū. motus. ⁊ hoc vt quies est ꝓuatio motus. si aūt quies est res positiua. s. appetitus satiatus mobilis sic pōt dupl'r cōsiderari. vno mō in esse rei permanentis habēs oēs partes sil'. ⁊ sic nō mēsuratur tp̄e. sed nūc vel instanti. ¶ Alio modo vt habuit duratiōnē successiuā ꝑ respectū ad ip̄z tp̄s. ⁊ sic mēsurar tempore. Cōsilr dicir de transmutatiōibus aliqs a motu ꝙ rōne permanentie mēsurantur nūc vel instanti sed ratiōe durariōis successiue mēsurant tp̄e. tp̄s igitur pmo ⁊ ꝑ se mensurat motum. ꝑ se aūt ⁊ nō pmo duratiōes alioꝝ a motu: ꝑ respectū tū ad motū. per accñs aūt ꝓuationes ⁊ negatiōes. ¶ Ad quartū dr ꝙ tp̄s ꝓut ē pas

Ad q̄rtū. sio motus nō depēdet ab aīa: imo vt sic multiplicar ad multiplicationē motuū. ⁊ habz ptes simul nō se inuicem includentes: sed vt mensura dependet ab aīa: eo ꝙ nulla anima existente nō esset mēsura. Dato ꝙ. a. cōuerteretur cū illo termino lapis visus. certū est ꝙ a. in casu isto haberet materiale: ꝙ esset lapis: ⁊ formale: qđ esset visibilitas in actu: quo ad suū materiale nō depēderet ab aīa: quia lapis posset eē sine aīa. quo autem ad suū formale bene dependeret ab aīa: quia impossibile esset lapidem visum esse: nulla aīa existente in actu. ¶ Ita in proposito materiale temporis est duratio successiua: et formale est mensurabilitas in actu: licet ergo tempus posset esse sine anima quo ad suū materiale nō tñ quo ad suū formale: qz statim: deficiēte anima deficeret mēsurabilitas in actu: ⁊ ideo inquit ꝯmentator ꝙ tp̄s in potētia nō dependet ab aīa: sed bene in actu: qz qui tollit animā tollit ⁊ tp̄s. quare ⁊c.

Ca. v.

Cum autez tēpus mensura sit motus: ipsiusq̄ moueri: mensuret autē motum: definiēdo motum aliquē qui metietur totum: vt longitudinem aliquā: que totam longitudinē metietur. Patet ⁊ motū in tēpore esse sane. ipm inq̄ ⁊ eē ipsiꝰ tēpore mensurari. Ni simul et motū. et esse motus metitur: ⁊ hoc est ip̄m in tp̄e esse. mensurari ipsiꝰ esse. Et cetera etiā in tēpore esse. hoc esse plane. ipsoꝝ inq̄ eē a tp̄e mensurari. In tempore eñi esse duo significat. Unū tūc esse. cuz tēpus est. Alterū eo mō quo dicimus aliquo numero esse: hoc autem aut partē numeri vel affectum ⁊ oīno q̄d numeri significat esse. aut ipsius numeruz esse. Atq̄z cū tempus sit numerus. nunc quidē ipsum ⁊ prius ⁊ istiusmodi cetera sic in tēpore sunt. vt vnitas est in numero ⁊ par atq̄z ipar. Hec eniz aliq̄d numeri. Illa temporis aliquid sunt. Res autem in tempore sunt: vt in numero. Qđ si ita sit: res a tempore vt a numero continētur quemadmoduz ⁊ a loco ea que sunt in loco. Patet autem ⁊ in tempore esse non hoc esse. Tunc inquam esse cum tēpus est: quemadmodum nec in motu. aut in loco esse hoc est. tunc esse cuz motus. aut cum locus est. Si enim in aliquo esse sic erit. Omnes profecto res i quouis erunt: ⁊ celum in milio erit. Nā cum milium est: et celum etiam est. Uerum hoc quidem accidit: illud autez sequatur necesse est: vt tempus sit cuz aliquid est in tempore. ⁊ motus sit: cum aliquid est in motu. Cum igitur in tempore esse: sit in ipso esse. tanq̄ in numero. maius quid tempus omni eo quod i tēpore est sumetur. Quapropter omnia que sunt in tempore a tēpore contineātur necesse est: quemadmoduz ⁊ cetera que i aliquo sunt. vt a loco ea que sunt in loco. Et patiantur etiaz aliquid a tēpore quemadmodum et dicere cōsueuimus: nunc tempus consumere: nunc tēpore cuncta senescere: nunc ob tempus.

itidem obliuisci. sed non didicisse nec adoleuisse: nec pulchrum etiam euasisse Corruptionis enim per se magis est cā tempus. Est eñ numerus mot⁹. Mot⁹ autem id quod inest extrudit. Que cuꝫ ita sint. Patet ea que sunt semper. hoc ipso sane quod semper sunt. in tempore non esse. Non eniꝫ a tempore cōtinent̄ nec ipsorum esse a tempore mensurant̄. Signum huius est. ipsa nihil a tpe pati: propterea ꝙ in tempore nō sunt. At vero cum tempus mensura sit motus: erit et quietis mensura per accidens Est enim in tempore quies omnis: non enim vt omne quod est in motu: sic ⁊ id quod est in tempore moueatur necesse est. Tempus nanqꝫ non motus est: sed numerus motus: in numero autem motus ⁊ id esse potest quod quiescit. Non eniꝫ omne quod immobile est quiescit: sed quod caret motu: atqꝫ vt moueatur est aptum: vt ⁊ antea diximus. Esse autem quippiam in numero: id est vt diximus esse numerum ipsius quendā ⁊ mēsurari ipsius esse: eo sane numero ī quo dicitur esse. Quare si est ī tempore a tēpore mensurabitur. Metietur autē tēpus: et id quod mouetur: et id quod q̇escit. Illud vt mouetur: hoc vt quiescit. Nam alterius ipsorum motum. Alterius quietē quanta quidē sit metietur. Quare id quod mouetur non a tempore mensurabile simpliciter erit: vt quātum est quoddam: sed vt motus eius est quantus: quibus efficitur: vt ea nō sint in tēpore. que neqꝫ mouetur neqꝫ quiescunt. Esse enim in tempore. est tempore mensurari. Tempus autē motus q̇etis ve mensura. Patet igitur: neqꝫ oīa que non sunt in tempore esse. Ea enim non sunt in tempore: que non possunt aliter se habere. Vt diametrum esse cō mensurabilem coste. Omnino eniꝫ si tēpus mensura est motus quidem per se: ceterorum vero per accidens. Patet quorum esse mentitur: eorum omnium esse in q̇ete: vel in motu cōsistere. Que igitur sub corruptionem generationē qꝫ cadunt: atqꝫ omnino nunc sunt: nunc nō sunt ea in tēpore esse necesse est. Est enim maius quid tempus quod esse ipsorum excederet: ⁊ id tempus quod est illius equa mensura. Cum autem ea q̄ non sunt: partim contineantur: partim non contineantur a tempore. Eorum q̄ tempus continet quedam olim erāt: vt Homerus: quedam erunt: vt aliquid futurorum: que quidem altera ex parte continet tempus. Quod si sint que ad vtramqꝫ partem continet tempus: illa modum vtrunqꝫ subeunt. Erant enim ac erunt. Ea vero que neutra ex parte continet tempus: neqꝫ erant: neqꝫ sunt: neqꝫ erunt. Sunt autem ea: quoruꝫ opposita semper sunt. Veluti diametruꝫ incommēsurabileꝫ esse coste: semper est Atqꝫ hoc non erit in tempore: neqꝫ igitur illud erit diametrum in quaꝫ incommensurabilem esse coste.

Quapropter semper non est: quod contrarium est ei quod semper est. Quoruꝫ vero contrarium non semper est: ea et esse: et non cē possunt: atqꝫ ipsorum est et generatio ⁊ corruptio.

Capitulum sextum.

IPsum autem nunc continuatio temporis est: vt antea diximus. Preteritum enim et accidens tempus coniungit: atqꝫ vltimum omnino temporis est. Est enim huius quidem principium illius autem finis Verum hoc non vt in puncto manente patet. diuidit etiam potentia tempus atqꝫ vt tale est: diuersuꝫ est semper. Vt autem coniungit. semper est idem: vt in mathematicis lineis fieri solet: non eñ idem semper vnumqꝫ punctum est cogitatione. Cuꝫ enim diuidimus: aliud est atqꝫ aliud punctum. At quo linea est vna: hoc idem est penitus punctū. Sic et ipsum nunc: partim tēporis est diuisio potentia: vti diximus. partim finis est vtrorūqꝫ ac vnio. Est aūt idē ⁊ ꝑ idē diuisio atqꝫ vnio. At esse non idem est: Ipsum igitur nūc: hoc vno dicit̄ modo Alio vero modo tempus huic propinquum. Dicimus enim nunc accedet: q̄

hodie veniet. At res que acte sunt alijs
non nunc fuisse dicimus: neqꝫ eluuio-
nem quanqꝫ tempus continuũ est vsqꝫ
ad illã. Sed quia nõ sunt prope: ideo
non illo modo dicuntur. Ipsum autẽ
olim tempus est ad prius atqꝫ posteri⁹
nunc definitũ: vt olim cepta est Troia:
ꝛ olim eluuio erat. Oportet enim fini-
tum ad ipsum nunc esse: erit ergo atqꝫ
tempus quoddã ab hoc ad illud vtrũ-
qꝫ terminatum. Quod si nullum est tẽ-
pus quod non sit olim: omne sane tem-
pus erit finitum. Deficiet ne igitur tã-
dem. At id fieri nequit: si semper est mo
tus. Aliud ne igitur: atqꝫ aliud erit. an
idem sepe redibit. an vt motus: ita sese
habet et tempus: vt patet: nam si vnus
idemqꝫ sit: ꝛ tempus idem ac vnũ erit.
Sin vero non sit nec illud vnum idem
qꝫ redibit. Cum autem ipsum nunc: fi-
nis sit atqꝫ principium temporis non
tamen eiusdem sed transacti quidem fi-
nis principium autem consequentis.
Ut circulus in eodem quodammodo
curuum et concauum habet: sic et tem-
pus in principio est semper ac fine. Et
propterea semper aliud aliudqꝫ vide-
tur: non enim ipsum nunc principium
est ꝛ finis eiusdem. Simul enim et per
idem opposita numero essent: nõ ergo
tempus deficiet: quippe cum ipsum sit
in principio semper. Ipsum autem iam
pars futuri preteritiue temporis est in
diuiduo nũc instãti propinqua. Quã-
do ambulabis aut ambulauisti? Iam
ambulabo inqt. aut iam ambulaui: q:
tẽp⁹ in quo ambulabit vel ambulabit
est prope nunc ipsum instans: ꝛ nõ lon
ge distat. Illum autem non dicimus iã
captum fuisse: quia longe ab instanti
nunc distat. Ipsum aũt nuper ea pars
est preteriti temporis: que instãti nunc
est propinqua: quando venisti? nuper
inquiet: si tempus instanti nunc sit pro
pinquum. Quondam autem pars est
eiusdem temporis longe ab eodem nũc
distans. Subito autem dicimus: cum
quippiã in tempore insensibili ob bre-
uitatem dimotum est. Mutatio autem
oĩs natura est dimotiua atqꝫ in tempo
re oĩa fiunt ꝛ corrumpũtur. Quapro-
pter sunt qui sapientissimũ ipsum esse
dicebant. At pithagoricus Paro ru-
dissimum esse dixit: quia in ipso etiam
obliuiscũtur: rectius dicẽs. Patet igi
tur corruptionis magis esse per se cau
sam tempus qꝫ generatiõis: vt ꝛ antea
diximus: mutatio nanqꝫ per se quidem
est dimotiua. Generationis autẽ ꝛ vt
quippiam sit causa per accidẽs est. Id
indicatur ex eo satis: quia nihil qui-
dem fit nisi ipsuꝫ moueatur aliquo mo
do: atqꝫ quippiam agat. Corrumpitur
autem aliqd: etiã si nõ moueatur: atqꝫ
hãc corruptionẽ a tempore fieri maxi-
me debere consueuim⁹: verum neqꝫ hãc
temp⁹ facit: sed hãc quoqꝫ mutationẽ
accidit in tpe fieri. Esse igit tps. et qd
nam sit: quotqꝫ modis nũc ipm dicat: ꝛ
qd sit olim: q:id iam quid nuper: quid
quondam: qd subito: satis p ea q dicta
sunt explicauimus. His autẽ hoc per
acto determinatis: patet omnem muta
tionem necessario in tempore esse: ꝛ oẽ quod
mouetur in tempore moueri. Celerius
enĩ ꝛ tardius in oĩ sane mutatione est:
nã in cũctis ita videtur. Dico aũt id ce
lerius moueri: qd pri⁹ ad id quod per-
git venit: modo sit id spacium vnifor-
misqꝫ motus. Uelut in ratiõe: si ambo
super circumferentia aut super recta li-
nea moueãtur: ꝛ in ceteris simili modo.
At ipsuꝫ prius in tempore est. Prius
enim: atqꝫ posterius ratione distantie
ad ipsum nũc dicimus: ipsum vero nũc
terminus est trãsacti atqꝫ futuri. Qua
re cum ipsum nunc in tempore sit: ꝛ pri⁹
ipsum posteriusve in tempore erit. In
quo nanqꝫ nunc ipsum est: in hoc et di-
stantiam ipsius nũc esse necesse est: mo
do autem contrario prius ipsuꝫ in pre-
terito atqꝫ futuro tempore dicitur: naꝫ
in preterito quidem id dicimus prius:
quod lõgius ab ipso nunc distat: id ve
ro posterius qd eidem propinqui⁹ est
In futuro autem id quidem prius: qd
est propinquius illi: id vero posterius:
quod ab eodem longius distat. Qua-
re cũ ipm quidem pus in tpe sit: omneꝫ
aũt motũ comitetur ipm pri⁹: vt patet:
perspicuũ est omnem mutationem om-
nemqꝫ motum in tempore esse.

Capitulum septimum.

Dignum autem est considera-tione: ⁊ quonam modo sese habet ad animam tempus ⁊ cur in omnibus tempus esse videtur: et in terra: et in mari: atq; in celo. An quia tempus cum mensura sit motus affectus est quidam ipsius: vel habitus. Hec autem mobilia cũcta sunt. In loco nanq; sunt vniuersa. Tempus vero ac motus simul potẽtia sunt atq; actu. Dubitauerit autem quispiam: si anima sublata tẽpus esse possit nec ne. Nam si numeratum esse nõ possit: neq; quicq̃ numerabile esse potest. Quare patet neq; numerum esse posse. Est enĩ numerus aut id quod numeratur: aut numerabile ipsum. Quod si nihil aliud aptum est numerare q̃ anima. ⁊ anime mens impossibile est si anima nõ sit: tẽpus esse: nisi id quod subiecto est tempus: si fieri potest: vt sit sine anima motus. Ipsum enim prius atq; posterius est in motu: tempus autem est hec vt numerabilia sunt. Dubitauerit etiã quispiam qualisnam motus tempus est numerus. an qualisuis. Generatur enim in tẽpore ac augetur: et alteratur itidẽ in tẽpore: atq; corrumpitur. Quo igitur motus est: hoc motus cuiusq; tempus numerus est. Quapropter tẽpus: absolute motus cõtinui: sed non cuiusdam numerus est. At vero fieri potest: vt nunc ⁊ aliud moueatur: quorũ vtriusq; motus temp9 numerus erit. Aliud ne igit̃ atq; aliud erit. Et equalia duo tẽpora simul erũt: an vnũ tempus motus metiatur vtrosq;. Omne nanq; tempus vnum similiter est ⁊ simul: specie vero sunt eadem: ⁊ q̃ non sunt simul. Nã vt si sint hi quidẽ canes: illi aũt equi atq; vtriq; sint septem: idem est numerus vtrorũq;: sic et eorum motuum q̃ simul incipiunt simulq; desinunt: idẽ est numero temp9 ⁊ si celerior alter forsitan est: tardior alter: ⁊ alter latio. alter ẽ alteratio. Quã q̃ enim mot9 hisce differũt differẽtijs: idẽ est tamẽ temp9 alterationis lationisve equale: si simul fiant: quippe cũ ⁊ numer9 sit idẽ canũ equorũ ve quẽ diximus. Et propterea motus quidem diuersi: seorsumq; fiunt: tẽpus aũt idẽ est vbiq;: quoniam ⁊ numerus eorũ q̃ sunt: equalia simul: q̃ vnus ⁊ idem vbiq; est. At qui cũ latio quedam sit motus ⁊ huius species sit cõuersio: vnũquodq; aũt vno quodã sibi numeret̃ propinquo vnitates quidẽ vnitate: equi autem equo. Tempus etiam hoc pacto tempore perfecto quodã mensurabit̃ definito. Atq; motu quidẽ tẽp9. Mot9 aũt tpe mẽsurat̃: sicuti diximus Hoc autẽ ideo ẽ q: quantitas mot9 ac tẽporis: ab eo motu qui definit9 est tpe mẽsuratur: si igitur ipm primũ propinquorum oĩm est mẽsura: vniformis sane cõuersio mensura potissimum erit: quoniam huiusce numerus notissimus ẽ: vt patet. Atq; alteratio quidem vniformis non est: nec accretio: nec generatio: latio ẽ. Quapropter ⁊ motus ipsi9 sphere tẽpus esse videtur: quia ceteri mot9 hoc motu mensurantur: ⁊ etiam ipsum tempus. Propter hoc et id accidit: quod cõsuetum est dici. Res enim humanas et ceterarum eas que naturalem motũ et ortum ac obitum subeũt: circulum esse dicunt. Idq; propterea: quod he vniuerse tempore dijudicantur: fineq; subeunt: ac principium: perinde atq; si reditione quadam hoc fiat. Etenim temp9 ipsum circulus quidam esse videtur. Hoc autem ideo rursus videtur: quia talis lationis est ipm mẽsura: ⁊ a tali latione ipsum etiam mensuratur. Quare dicere rerum eas que fiunt circulum esse: est dicere tpis circulũ quẽdam esse. hoc aũt ideo dicitur: q: temp9 mẽsurat̃ ipsa cõuersione. Id enim quod mẽsuratur: nil aliud esse videt̃: preter id quod metitur: q̃ totũ plures mẽsure. Dicit̃ etiã recte: nũerũ quidem eũdem esse ouiũ atq; canum si est equalis quaternitatem autem nõ eãdem esse: neq; quattuor eadẽ esse. Quẽadmodum neq; triãguli sunt ijdem: ij quorũ alter ex equalibus: alter inequalibus omnib9 laterib9 constat: q̃q̃ eadem est vterq; figura: quoniam ambo trianguli sunt. Eadem enim aliqua eo dicuntur: cuius non differũt differentia: non eo cuius differentia differunt. Veluti trianguli dicti: differentia trianguli: differunt non figure. Igitur trianguli quidem sunt diuersi: figure autem diuerse non sunt: sed in can-

dem vnamve

dem vnamve eadunt diuisionē: figura nãq; talis quidē est circulus: talis aūt est triangulus ⁊ hisce talis quidem est equalium laterū: talis autem inequalium. Sunt igitur eadem hi figura. Trium enim vterq; est angulorum: at non sunt triangulus idem: ⁊ numerus igitur dictus pari rōne idez est sane. Non enim numerus ipsorū differentia numeri differt: q̄ternitas autē non eadem est. Ea nãq; de quibus dicitur differunt: hec enim canes sunt: illa oues. Sed de tēpore quidem ipso: ⁊ de hisce que circa ipsum quidem sunt: ad hanc autem cōsiderationē accommodantur satis iam diximus.



¶ Explicit liber quartus.

¶ Incipit Quintus.

Aristotelis de naturali auscultatione. Liber quintus.

¶ Caput primum.

O:um autez qui mutãtur aliud per accidens mutatur: veluti cū ambulare musicum dicim⁹: q: id ambulat cui accidit musicū esse. Aliud ex eo: quia si huius aliq̇d mutatur: simpliciter dicitur mutari: vt ea que per partes mutari dicuntur. Corpus enim sanatur: quia oculus aut pectus sanatur. Hec vero partes totius corporis sunt. At est aliquid quod neq; per accidens mouetur: neq; ex eo: quia aliquid ipsius mouetur: sed quia ipsum primo mouetur atq; hoc est id quod per se mobile est. Est autē aliud in alio motu vt alterabile: ⁊ alterabilis sanabile: aut calefactibile. Similis est et in eo quod mouet diuisio. Aliud enim per accidens mouet. Aliud parte qua ipsius aliq̇d mouet. Aliud per se primo: vt medicus quidem sanat: manus autem percutit. Cum autem sit quippiam quod primo mouet: ⁊ quippiam quod mouetur: ⁊ tempus in quo: et preter hec id ex quo: ⁊ id ad quod. Omnis nanq; motus ex quopiam in quippiā est. Aliud est enī id quod primo mouet: ⁊ id in quod: atq; ex eo quo mouetur. Veluti lignum ⁊ calidū atq; frigidum: quorū aliud est quod: aliud ad quod: aliud ex quo mouetur. patet motum in ligno esse: et non in forma. Neq; enim forma neq; locus: neq; etiā ipsum tantū mouet aut mouetur. Sed est id quod mouet: ⁊ id quod mouetur: et id ad quod mouetur. Mutatio nãq; magis ab eo ad qḋ est: q̄ ab eo ex quo est nūcupatur. Quapropter corruptio mutatio est ad id quod non est: ⁊ si id quod corrumpitur ex ente mutatur: et generatio ad ens est mutatio: ⁊ si id qḋ generatur ex non ente mutatur: q̇d igitur est mot⁹ prius est dictū. Forme autem: ⁊ affectus: ⁊ locus ad que mouētur ea que subeunt motū immobilia sunt. Veluti scientia ⁊ caliditas. Dubitauerit tamen quispiā: si affectus sunt mot⁹. Albedo autez est affectus: ad motum enim erit mutatio. At fortasse non albedo est motus: sed dealbatio. Est autem ⁊ in illis id quod est per accidens: ⁊ id quod est per partem atq; per aliud ⁊ id etiam quod primo: et nō per aliud est. Id enim quod dealbat̄: ad id quidem quod intelligitur mutatur per accidens. Colori enim accidit vt intelligatur: ad colorem autem: quia album pars est coloris ⁊ in europā: q: athene pars sunt europe: ad colorē autez albū per se. Patet igitur quomodo per se quippiā mouetur: ⁊ per accidēs: ac per aliud: et quomodo idē primū est in mouente: et in subeunte motū: ⁊ motū non in forma: sed in eo qḋ mouet̄: in ipsoq; mobili actu. Mutatio igitur ea que est per accidēs omittatur: est enī in omnibus ⁊ semper ac omnium. Ea vero que non per accidens est: non in omnibus est: sed in cōtrarijs ⁊ in medijs ⁊ in contradictione: cuius fides est ex inductione. Fit autē e medio mutatio: vtitur enim ipso vt contrario ad vtrunq;. Est enim mediū quodāmodo ipsa extrema. Quapropter ⁊ hoc ad illa: ⁊ ad

hoc illa contraria quodāmodo dicuntur: ceu media fidium grauis ad vltimaꝫ dicitur ⁊ acuta ad primā. Fuscum etiam album ad nigrum dicitur: et nigrum ad album.

¶ Caput secundum.

CUm autez omnis mutatio e quopiam sit ad quippiā: vt ipsum quoqꝫ nomē significat: quorum aliud prius aliud posterius est. Id quod mutatur: mutari quatuor modis potest. Aut cū e subiecto ad subiectū: aut e non subiecto ad non subiectum: aut e non subiecto ad subiectum: aut e subiecto ad nō subiectū mutatur. Dico autem id subiectum quod affirmatiōe significatur. Quare ex dictis tres mutationes esse necesse est: eā que e subiecto ē ad subiectū: et eā q̄ e subiecto ad nō subiectū: et eam que e nō subiecto est ad subiectū. Ea nanqꝫ que est e non subiecto ad nō subiectum: nō est mutatio: quia per oppositionem non est: neqꝫ enim contraria: neqꝫ contradictoria est. Ea igitur mutatio que per contradictionē e non subiecto est ad subiectuꝫ generatio est: alia simplex q̄ est simpliciter: alia quedam que est cuiusdam. Velut ea quidē que e non albo ad album huius est generatio. Ea vero que est ex eo quod nō est simpliciter ad substantiam: generatio simpliciter est: ꝙ quidem simpliciter fieri et non aliquid fieri dicimus. Ea vero que ad nō subiectū est ex subiecto corruptio est simpliciter quidem: ea que est e substātia ad ipsum nō esse. Quedam autem ea que est ad negationem oppositam: vt in generatione est dictum. Si igitur id quod nō est multis dicitur modis: ⁊ neqꝫ id moueri potest: quod in compositione diuisioneqꝫ cōsistit: neqꝫ id quod est potētia: quod quidem ei opponitur: quod est simpliciter: nam id quidē quod est non albū: aut non bonum: moueri per accidens potest. Esse eniꝫ id homo potest: quod est non album. Id autem quod nō hoc simpliciter est: nullo pacto moueri potest. Fieri enim non potest: vt id quod nō est moueatur. Impossibile est profecto generationē esse motum: id enim quod haud est generatur. Nam et si ꝙ maxime per accidens generatꝰ: vere tamen de eo quod simpliciter generatur id dici potest: ipsum inq̄ id esse quod haud est. Simili sane modo fieri etiaꝫ nequit: vt ipsum idē quiescat. Hec igitur difficilia accidunt huic moueri inq̄ id quod non est: et si omne quod mouetur in loco sit: id autem quod non est in loco non sit: erit enim alicubi: id profecto quod haud est non mouetur. Neqꝫ ergo corruptio motus est motui: nanqꝫ motus cōtrariꝰ est: aut quies. At corruptio contrariū est generationi. Cum autem omnis motus sit quedam mutatio: tres vero sint mutationes: quas diximus. Quarum due que in contradictione consistunt: generatio inq̄ atqꝫ corruptio: motus non sint vt ostendimus: motum eam esse solum mutationē necesse est: qua e subiecto ad subiectuꝫ acceditur. Subiecta vero aut contraria sunt aut media. Eteniꝫ priuatio ponatur contrarium. Atqꝫ nudum: ⁊ albū ac nigrum affirmatione significantur.

¶ Caput tertium.

SI igitur predicamēta diuisa sint: ⁊ aliud sit substātia: aliud quātitas: aliud q̄litas: aliud vbi: aliud ad aliquid: aliud actio: aliud passio: tres esse motus necesse est: quantitatis: qualitatis: ⁊ loci. In substātia vero motus non est: propterea ꝙ nihil substantie contrariū est. At neqꝫ in hisce que sunt ad aliquid: altero enim subeunte mutationem: alterum mutationem nō subiens vere dici potest: quare motus ipsorum per accidens est. Neqꝫ item agentis est motus ac patientis: neqꝫ mouentis ac eius qđ mouetur: quia motus non est motus: neqꝫ generationis est generatio: neqꝫ omnino mutationis mutatio. Motus enim dupliciter motus esse potest: aut vt subiecti vt homo mouetur: quia ex albo in nigrum mutatur. Et motus ne igitur hoc modo aut calefit: aut mutat locum: aut accrescit: aut decrescit. At hoc fieri nequit. Mutatio nāqꝫ non subit rationeꝫ subiecti. Aut hoc ipso: quod aliquod aliud subiectum ex vna mutatione ad aliam mutationis

speciem perinde vt homo ex egritudine ad sanitatem mutatur. At neqꝫ hoc esse potest nisi per accidens: hic enim motus ex alia forma in aliam est mutatio: ꝛ generatio ꝛ corruptio modo eodem hoc excepto his quidem ad sic opposita esse motū autē nō similr. Simul igitur in morbū e sanitate mutat̃: et ex hac ipsa mutatiōe ad aliā. Patꝫ igitur cum egrotauerit: ad q̃uis fore mutatū. Quiescere nāqꝫ pōt. Et insuper nō ad quāuis semper: ꝛ illā ex aliquo nimirū in aliqd̄ aliud erit. Quare et opposita sanatio erit: nō ergo mot⁹ est mot⁹: nisi per accidēs. Velut si e recordatiōe ī oblīuionē mutat̃: q꞉ cui illud inest id interdum in scientiā: interdū in sanitatē mutatur. Preterea si mutationis est mutatio: gn̄ationis generatioqꝫ: in infinitum erit abitio: necesse est autē ꝛ priorē esse: si posterior erit veluti si generatio simplex aliquādo fiebat ꝛ ipsum fiens fiebat. Quare nōdū erat fiēs simpliciter sed aliqd̄ fiens: atqꝫ iam fiēs ꝛ hoc rursus aliqū fiebat. Quare nondum erat tunc fiens cū aūt infinitoꝝ primū q̇cq̄ nō sit: primū ipsum nō erit. Quare neqꝫ id erit qd̄ heret. Impossibile est igit̃ gn̄ari quicq̄ moueri aut mutari. Preterea eiusdem est cōtrarius mot⁹. ꝛ q̇es insuper: ꝛ gn̄atio atqꝫ corruptio. Quare ipsum fiens tunc corrumpitur cuꝫ fit fiens: neqꝫ enim statim fiēs neqꝫ posterius: fit eīn opꝫ id qd̄ corrūpitur. Preterea ꝛ ei quod generatur: ꝛ ei qd̄ mutatur materiaꝫ subesse opꝫ. Erit igitur vt alterabile corp⁹ est aut aīa: sic aliq̇d id quod fit motus vel generatio. Et aliq̇d rursus ad quod mouentur: opꝫ eniꝫ huius ex hoc ad hoc motum aliq̇d esse: nō motū vel generationē. Et insuper quo pacto erit. Nō eīn generatio perceptionis erit perceptio. Quare neqꝫ generatiōis erit gn̄atio: neqꝫ quedā cuiusdaꝫ. Preterea si tres mutatiōis spēs sunt: subiectā naturā harum aliquā esse: ꝛ ea īquā mouētur necesse est. Veluti lationē alterari aut fieri necesse est: oīno aūt cū oē qd̄ mouet̃ trifariā moueat̃: aut q꞉ per accidēs mouet̃: aut q꞉ pars aliq̄ mouetur: aut q꞉ per se mouetur: ꝑ accidēs dūtaxat mutari mutatio pōt. Veluti si

is qui sanatur currit vel discit. At eaꝫ que est per accidens iādudum omisim⁹ Cum autem neqꝫ in substantia: neqꝫ in relatiōe neqꝫ in actiōe passiōe ve fit motus restat in q̄litate quātitate ac vbi tātummodo motū esse. In vnoquoqꝫ nāqꝫ istoꝝ cōtrarietas est. Is igitur mot⁹ qui in qualitate est: alteratio fit hoc eīn cōe nomen positū est: atqꝫ qualitatē nō eam dico: que in substantia est. Est eīn ꝛ differētia qualitas: sed eā que est passiua: qua quippiā pati dicit̃: aut impossibile eē. Is aūt qui est in quātitate: cōmuni quidē noīe caret: habet aūt earuꝫ partiū in quas diffundit̃ noīa: quarum altera accretio: alia decretio nūcupat̃. Ea q̇dē qua ad ꝑfectā accedit̃ magnitudinem accretio. Ea vero qua ex hac receditur decretio. At is qui est in loco ꝛ cōi nomine caret ꝛ ꝓprio: latio autem cōi noīe nuncupetur: q̄q̄ ea sola ꝓprie ferri dicuntur: in quibus cū mutant locuꝫ nō est situ stare: ꝛ que loco seipsa nō mouerit. Mutatio autem ea que est eadem in forma ad magis ac minus tale alteratio est. Ea nauqꝫ mutatio qua ex contrario ad cōtrarium itur: aut simpliciter aut aliqua ex parte mot⁹ nimirum est: nā si ad min⁹ tale acceditur ad contrarium si ad magis vt ex contrario in ipsum mutari dicetur. Nihil enim interest aliqua ex parte quippiam an absolute mutetur. Attamen aliqua ex parte esse ipsa contraria oportebit. Est autem ex eo magis minusve tale: quia plus aut minus inest contrarij: et non inest. Ex his igitur que dicta sunt patet motus has tres solas esse mutationes. Est autem immobile ꝛ in quod moueri non potest: ꝛ id quod multo in tempore vix mouetur: aut id quod tarde admodum incipit: ꝛ id insuper quod aptū est quidē vt moueatur moueriqꝫ potest non tamen tunc cum est aptum moueri ꝛ vbi ꝛ quēadmodum est aptum mouet̃ quod quidem solum immobilium quiescere dico. Est eīn motui cōtraria q̇es Quare fit vt ipsa sit priuatio susceptiui. Quid igitur est mot⁹: ꝛ quid quies: et quot sunt mutationes: et quot motus: per ea que diximus perspicuū iam euasit.

¶ Capitulum .xxvi.

Ex eo quod motus est in tpe pt cognoscive locitas eius: et qr est in loco põt videri idẽtitas et diuersitas illius penes idẽtitatẽ et diuersitatẽ locorũ ad q̃ terminat. Jõ p notitia istorũ est pmitt' videndũ in qbus p̃dicamẽtis reperitur motus.

Primum. c.3.t.7.

¶ Ubi notãdũ ſm phũm .v. physic. q mutatio est trãsitus ex quodã in quoddã .i. de termino a quo ad terminũ ad quẽ. Et hic trãsitus põt fieri ex negatiuo in positiuũ. et sic est gñatio: qr gñatio est progressus de nõ esse ad esse: aut ex positiuo in negatiuũ et sic est corruptio. aut ex positiuo in positiuũ. et sic est motus proprie: qr motus est acq̃sitio partis post partem seu actus entis in potẽtia ſm q in potẽtia.

Scdm.

¶ Scdo notãdũ q in aliquo p̃dicamẽto est mutatio per se et in aliquo per accidẽs. Jn illo p̃dicamẽto est mutatio p se cuius imediatus terminus a quo vel ad quẽ est aliqd illius p̃dicamẽti. et sic in p̃dicamẽto subẽ est mutatio p se .s. gñatio vel corruptio. qr terminus imediatus ad quẽ gñationis est subã. imediatus terminus a quo est etiam substãtia nihil eñ ppꝛie gñatur vel corrũpit nisi substãtia ſm phũm .v. phy. et primo de gñatione: in p̃dicamẽto quãtitatis est mutatio per se: qr terminus imediatus augmẽtatiõis vel diminutiõis est quãtitas.

T.c.7. t.c.10. et 20

et iterũ in p̃dicamẽto qualitatis: qr terminus imediatus alterationis est qualitas .s. calefactiõis caliditas: et albefactionis albedo. Deinde in p̃dicamẽto vbi est mutatio per se: qr terminus imediatus motus localis est vbi vel locus. Jn ceteris aũt p̃dicamẽtis solũ est motus vel mutatio per accidens: eo q per motũ factum põt alicui aduenire noua denoĩatio alicuius illorũ .s. q aliqd sit simile postq̃ nõ erat: aut agẽs vel patiẽs postq̃ nõ erat: et sic de aliis: sed nõ est motus nec mutatio per se: quia nullum illorum sex predicamentorum: potest esse mediatus terminus motus vel mutationis vt pz inductiue: nã cũ aliqs ẽ pr postq̃ nõ fuit pr nõ est qr pater vel paternitas: aut filius vel filiatio fuerit imediatus terminus gñationis: sed solũ forma substãtialis vel cõpositũ. Et similiter cũ per calefactionem fit aliud agẽs vel patiẽs: et nõ est terminus imediatus actio vel passio: sed caliditas.

* Addi se q̃ q ad actionem vel passionem ñ ẽ p se motus: lz p calefactionez aliqd p̃dicamẽti actiõis vel passiõis acq̃ratur: vtpote qdã respectus.

* ¶ Ex p̃dictis sequit q licet in p̃dicamẽto subẽ sit motus per se capiendo motũ cõiter vt se extẽdit ad omnẽ mutationẽ: nõ tamẽ illo est motus ppꝛie dictus: primũ pz: qr ibi est gñatio et corruptio. scdm aũt est manifestũ: eo q motus proprie dictus est successiuus de positiuo in positiuum. qđ nõ cõpetit predicamẽto substãtie. Et vt hec clarius intelligantur notandũ q sunt q̃tuor cõclusiões cũ suis pbationibus quas ponit phũs .v. physi.

Prima cõclusio.

¶ Prima cõclusio. nec gñatio nec corruptio est motus vel quies. prima pars pbatur. omne qđ mouet vel quiescit est. sed illud qđ gñatur nõ est: igitur illud qđ gñatur nõ mouet nec q̃escit. et per cõsequens gñatio nõ est motus nec q̃es. scda pars declaratur. nã motui vel q̃eti solũ cõerariat motus vel quies: sed corruptioni nõ cõtrariatur motus nec quies. igitur corruptio non est motus nec quies: maior patet: et minor similiter. qr corruptiõi cõtrariatur gñatio: que vt pbatum est: nec est motus nec quies.

Correla. T.c.9.

¶ Ex ista cõclusiõne infert phũs q sola mutatio que est de subiecto in subiectũ est motus. pbatur tres sunt species motus vel mutationis et nõ plures scz a nõ subiecto in subiectũ: et a subiecto in nõ subiectũ: et a subiecto in subiectum: sed prime due mutationes nõ sunt motus: qr sunt gñatio et corruptio. igitur sola illa est motus que est de subiecto in subiectũ scz de positiuo in positiuũ.

2a pclo. T.c.10.

¶ Scda cõclusio: nec ad substantiã nec ad relationẽ est per se motus. pma pars pbatur omnis motus est de cõtrario in cõerariũ: sed subẽ nihil est ↄtrarium. igitur ad subiectũ nõ est motus per se. minor est philosophi in p̃dicamentis: et maior patet inductiue. et dicit cõmentator q phũs intelligit p cõtraria mediata cõtraria: quorũ vtrũq est forma vel habitus et habẽt media. 2a pars etiam pbatur. ad illud nõ est motus per se qđ põt alicui acquiri per solam mutationẽ factã in alio: sed relatio est huiõi igit. maior patet: qr ad nihil est motus per se qđ acquiritur sine motu subiecti sui. nã terminus per se motus semper debet esse in eodẽ in quo est motus. cũ motus sit actus entis in potẽtia ſm q in potẽtia. minor vero est nota eo q sortes põt fieri similis vel equalis platoni p solã mutationẽ factã in platone: dato q plato augeat et albefiat quousq sit talis et tantus qualis et quãtus sit sortes.

3a pclo: T.c.10.

¶ Tertia ↄclusio nec ad actionẽ nec ad passionem est per se motus. pbatur ad motũ nõ est per se motus. nec ad gñationẽ. nec ad corruptionẽ. igit nec ad actionẽ vel passionẽ. patet cõsequẽtia antecedẽs autẽ est notũ eo q motus nõ mouet: nec gñatio nec corruptio vt tractat .v. physi.

Correla. T.c.9.

¶ Ex p̃dictis infert phs correlarie q solũ in q̃titate: qualitate et vbi est p se motus patet qm in aliis p̃dicamẽtis nõ est per se motus vt pbatũ est et in his tribus per se motus qr ẽ cõtrarietas sufficiẽs ad motũ i quolibet istorũ triũ reperit.

4a pclo: 6.phy.77

¶ Quarta cõclusio: solũ ad qualitates de scda vel tertia specie est per se alteratio: pbatur qz qualitates de secunda vel tertia specie est per se alteratio: et nõ ſm q̃litates aliarũ specierũ etc. antecedẽs pbatur. primo p prima parte: qm durũ et molle sunt in scda specie qualitatis ſz phm in predicamẽtis: modo ad durũ vel molle est per se motus alteratiõis: qr mollicies est immediatus terminus mollificationis: et duricies durificationis. Jtẽ caliditas et albedo sunt qualitates tertie speciei terminãtes imediate calefactionem et albefactionẽ: quo ad caliditatẽ et albedinẽ est per se motus alterationis. Scda pars antecedẽtis principalis probatur p. io q ad q̃litatẽ q̃rte spẽi nõ sit p se motus nec alteratio. qr ad illud nõ est p se alteratio qđ variat ad solã variationẽ alterius: sed forma et figura fiũt per solã variationẽ motus localis quãtitatis vel alteratiõis de secũda vel tertia specie qualitatis igitur etc.

¶ Scdo arguit q ad qualitates prime speciei non sit motus per se vel alteratio: qm ad sanitatẽ vel egritudinẽ non est per se motus cũ ille cõsurgunt ex sola alteratiõe qualitatũ primarũ. ¶ Jtẽ ad virtutes morales nõ est per se motus: qr fiunt ad solã alterationem sensus: cum enim virtutes habeãt fieri ſm delectationes et tristitias ſm phũz in ethicis: delectabile autem vnitur actualiter sensui: et sic alterat sensus exterior: aut per memoriã: et sic alterat virtus memoratiua: aut per speciẽ: et sic alteratur imaginatiua. ¶ Jtẽ declaratur consequenter q ſm virtutes itellectiuas non sit per se motus nec alteratio: qr aut dicũtur ad aliquid vt scientia: aut fiunt per alterationẽ sensus.

Primum.

Contra predicta arguit. et pmo q generatio vel corruptio sit motus: qr calefactio est motus: et calefactio est generatio: qr per illã gñat caliditas. igitur etc. Et si dicit q cõclusio intelligit de gñatione subẽ: adhuc arguit: nã calefactio ideo dicitur motus: qr caliditas successiue acquirit per illam sed forma substãtialis etiã successiue acquirit: vt patet in augmẽtatiõe ppꝛie dicta qua acquirit successiue forma substãtialis: sicut materia et quãtitas. igit etc.

Secundũ

¶ Jtẽ videt fuisse de intẽtiõe phi in postp̃dicamẽtis: vbi ponit spẽs motus generationẽ et corruptionẽ. ¶ Scdo arguit: q ad substãtiã est per se motus: qr in illo p̃dicamẽto est per se motus in quo est cõtrarietas: sed in predicamẽto substãtie est cõtrarietas igitur etc. maior est phi .v. phy. et minor est phi pimo phy. dicẽtis: q in vnoquoq genere est vna prima contrarietas: et q omnis trãsmutatio est de cõerario in contrarium.

t.c.6.et.26 T.c.50. Tertium.

¶ Tertio arguit: q ad relationez est per se motus quia ad magnitudinem et paruitatem est p se motus: sed magnitudo et paruitas sunt relatiões igitur etc. maior patet: qr augmentatio est per se ad quantitatem maiorem: et diminutio ad quantitatem minorem. minor vero est philosophi in predicamentis.

Quartũ

¶ Quarto arguit q ad qualitates de tertia specie non sit motus: sed de prima. nam ad illud non est per se motus quod acquiritur per solum motum fa-

ctum in alio: sed sapores: colores: odores: qui sunt ter tie speciei qualitatis acquirũtur per solum motum factũ in alio: igitur ꝛc. maior est phi vbi supra: minor
F. Phy. 18. vero est euidẽs: q2 tales qualitates cõsurgunt per solum motum factum qualitatũ primarũ. ¶ Item arguitur ꝙ ad q̃litates de prima specie sit per se mot⁹: quia ille successiue acquirunt: sicut qualitates tertie speciei: virtus enim ꝛ scientia sanitas ꝛ egritudo possunt intendi ꝛ remitti.

Ad primũ. Duplex est generatio. pri. g. 10. et 20. **Ad primũ** dicitur ꝙ duplex est generatio: scilicet simpliciter et secundum quid. Generatio simpliciter sumpta est gñatio substãtie. Et generatio ẜm quid est generatio accidẽtis gñatio simpliciter dicta est mutatio idiuisibilis quãtũ est de se: sed generatio ẜm quid est mutatio successiua. de prima loquit̃ philosophus ꝛ non de secunda.
Aliquã formam generari successiue dupliciter intelligitur. ¶ Et ad rationẽ cũ dicitur forma substantialis generatur successiue: dicẽdũ ꝙ aliquam formã generari successiue intelligitur dupliciter: vno mõ habẽdo inceptionẽ per positionẽ de p̃senti: ita ꝙ nec ip̃a nec aliquid illi⁹ p̃suit. ¶ Alio modo habẽdo inceptionez ꝑ remotionẽ de p̃senti: ita ꝙ nũq̃ sit verũ dicere illã formã esse quũ aliq̃d illi⁹ p̃suerit. Primo mõ ꝓducit̃ aliqua forma substãtialis successiue. ꝛ secũdo mõ forme predicamenti qualitatis quãtitatis. ꝛ vbi. ¶ Ad formã igitur productã successiue primo mõ nõ est per se mot⁹: sed bene ad formã ꝓductã successiue scḋo mõ: vt est q̃titas vel albedo: ꝛ ideo mutatio ad primam
In postp̃dicamẽtis formã nõ est ꝑ se mot⁹: sed bene ad secũdã. Et ad authoritatẽ phi adductam ↄcedo ꝙ gñatio ꝛ corruptio ẽ mot⁹ cõiter dict⁹: sꝫ non ꝓprie de quo est sermo ad p̃ns.
Ad scḋm ¶ Ad scḋm dr̃ ꝙ ↄtrarietas sufficiẽs ad motũ debet esse extremoꝝ positiuorũ ꝑ se distãtiũ qualis nõ reperit̃ in p̃dicamẽto substantie. Et ad phm dico: ꝙ ibi locut⁹ est de cõtrarietate cõiter dicta: q̃ põt esse inter priuatiua et ↄ̃dictoria: de qua nõ loq̇tur ad p̃ns: sed de ꝓprie dicta: vt descriptũ est.
Ad tertiũ. ¶ Ad tertiũ dicit̃ ꝙ lꝫ ad quãtitatẽ maiorẽ vel minorez sit ꝑ se motus: non tñ ad magnitudinez vel paruitatẽ.
Ad quartũ ¶ Ad quartũ concedo minorẽ: ꝛ nego maiorẽ: ꝛ ad ꝓbationẽ dico ꝙ in gñatione coloꝝ saporũ ꝛ hui⁹ non solũ p̃supponunt̃ mot⁹ qualitatũ primarũ: sed etiã secũdaruꝫ: cũ eñ gñatur albedo duo mot⁹ ꝓcedunt: scꝫ primarũ qualitatũ ꝛ albedinis: qui dr̃ albefactio. Et ad illud qḋ dr̃ de q̃litatibus prime speciei. Rñdeo ꝙ lꝫ acquirant̃ successiue: nõ tñ ad illas est ꝑ se motus: q2 tales incipiũt esse ꝑ positionẽ de p̃nti: ꝛ non ꝑ remotionez: q2 per aliqḋ instãs est sanitas vel virtus anteq̃ non fuit illa sanitas vel virtus nec aliq̃d illius: quare ꝛc.

¶ Tractatus secũdi. ¶ Caput primũ.

POst hec dicam⁹ q̇d est, simul esse ꝛ seorsum: et quid tã gere: ꝛ quid inter: ꝛ quid deinceps: ꝛ quid herens ꝛ cõtinuũ. ꝛ quib⁹ hoꝝ vnũ quodq̃ competere aptũ est. Simul igitur ea loca dicuntur esse: que vno in loco sunt primo. Seorsum aũt ea que in diuersis sunt locis. Ea dicuntur tangere: quoꝝ extrema sunt simul. Id est inter: ad quod prius accedere aptum est id quod mutatur: ꝙ̃ ad id quod vltimũ mutatur. Secundum naturam continue subiens mutationem: atq̃ hoc est in minimis tribus. Est enim vltimum mutationis contrarium ipsum. Continue autem id mouetur: quod nihil aut perparũ rei nõ tp̃is intermittit. Nihil eñ intercapedo tp̃is ꝓhibet: fieriq̃ potest: vt post primã fidiũ vltima cõtinuo sonet: sed rei in qua mouetur. Atq̃ hoc et in motu q̇ loco accõmodatur: et in ceteris motionibus pꝫ. Cõtrariũ autẽ id est in loco: quod plurimũ recta linea distat: minima eñ est finita ꝛ finitũ mẽsura. Deinceps id est inter qḋ post principiuꝫ: aut positione: aut forma: aut aliquo alio definitũ: ꝛ id ad qḋ deinceps dicitur esse: nihil eoꝝ cadit q̄ in eodem genere sunt. Ut linea ad lineã vl' lineę: aut vnitas ad vnitatẽ vel vnitates: aut domus ad domũ. Nihil vero prohibet inter ipsa quippiã aliud esse: qḋ nõ deinceps est: ad q̇ppiã est deinceps: et est quid posterius illo. Non enim ipsum vnuꝫ ad duo: aut Calende ad nonas: sꝫ hec ad illa deinceps sunt. Herens aũt id est qḋ deinceps est: atq̃ insuper tangit. Qm̃ aũt oĩs mutatio est in oppositis: hec aũt sunt cõtraria: ꝛ nihil est mediũ cõtradictionis: pꝫ ip̃m qḋ est inter in cõtrarijs ip̃sis esse. Cõtinuũ aũt est q̇d herens. Dico aũt tũc continuũ esse: cũ vtriusq̃ fines q̇bus se tangunt: vnũ idẽq̃ fuerũt facti: atq̃ vt nomen significat continentur. Quod quidem esse non potest: si extrema sint duo. Hoc definito patet in his esse continuũ: ex quibus aptum est vnũ quid fieri tactu: ꝛ vt sit ipsum cõtinuũ vnum: sic ꝛ ipsum totũ fore vnuꝫ. Ueluti clauo: vel glutine: vel tactu vel copulatione. Patet etiaꝫ primuꝫ id esse: qḋ est deinceps. Quod eñ tãgit: id deiceps esse necesse est. Nõ omne aũt qḋ deinceps est tãgit. Quapropter ip̃m deinceps esse et in hisce q̄ sunt rõne priora. Ueluti in nũeris. Tactus vero nõ est: ꝛ si ↄtinuũ est tãgat necesse est. Si vero tãgit nondũ cõtinuuꝫ est: non eñ si simul sint extrema ipsoruꝫ vnuũ ipsa esse necesse est: sꝫ si sint vnum et simul esse necesse est. Quare copulatio vltima est generatione. Tangãt eñ necesse est: si copulabunt̃ extrema: ea vero que tangunt: non vniuersa sunt copulata. In quibus autem tactus non est: in hisce patet nec copulationem esse. Quare si pũctum est separatum ac vnitas vt quidam dicunt vnitatem ac

punctū idem esse impossibile est: punctis enim cōpetit tactus. Unitatibus esse deinceps: et inter illa quidem esse aliquid potest. Omnis enim linea est inter puncta. Inter unitates autem nihil esse necesse est. Nihil est enim inter dualitatem ac unitatem. Quid igitur est simul esse: seorsumque: quid tangere: quid inter atque deinceps esse: quid est herens atque continuum: et quibus horum unūquodque cōpetit: satis iam diximus.

¶ Caput secundum.

Unus autem motus multis dicitur modis. Unū enim ipm multipliciter dicimꝰ. Genere igit unꝰ est motus per predicamenti figuras lationes nanque omnes unꝰ genere motus sunt. Alteratio autem a latione genere est diversus. Specie vo unꝰ: quādo et genere est unus: et individua specie est: veluti coloris quidem sunt differentie. Igitur dealbatio et denigratio diversi sunt specie motus. Omnes igitur dealbationes eadē in specie sunt: et omnes itidē denigrationes: albedinis autem non sunt. Quapropter dealbatiōes omnes unꝰ specie motus sunt. Quod si sint aliqua que genera sunt et species simul: patet unum quidem in illis specie motū esse. Non absolute tamen specie unū: qualis est disciplina: si sciētia existimatiōis quidē est species: scientiarū aūt genus. Dubitauerit aūt q̄spiā: si unus sit specie motus: cū ex eodē in idē idē mutatur: veluti punctū unum ex hoc loco in hunc locū: iterum iterūve: at si sit: conuersio: rectaque latio idē erunt specie motus et volutatio: et ambulatio. An definitum est diuersum esse motum: si id in quo sit motus specie sit diuersum. Circunferentia autē a recto specie differt: gnē igit specieve motus hoc pacto est unꝰ. Absolute autem is unus est motus: qui substantia et numero unus est. Sed quisnam sit talis: patefiet facta diuisione. Tria enim numero sunt: circa que motuꝰ dicimus esse quod in quo et quando. Dico autē hoc pacto: esse enim quippiā qđ moueri necesse est. Uelut hoiem aut aurū. Et in aliquo hoc moueri: ceu i loco: aut affectu: et quādo. Omne eñ qđ mouetur in tēpore mouetur. Esse igitur gñe aut specie unuz: in ipsa re in qua fit motus consistit. Herere autē in tempore erat. Adesse simpliciter unum in uniuersis hisce consistit. Etenim id in quo fit motus: unum et indiuiduum esse oportet. Ueluti formam et tempus unum esse: et non intercapedines fieri. Et id quod mouetur unum non per accidens esse. ut album nigrescere: et coriscum ambulare. Unum autez est coriscus: ac albū: sed per accidens. Neque commune. Fieri eniz potest: ut duo simul homines eadem sanatione sanentur: ex oculorum morbo in sanitatem eorundem pergentes. At non unus motus hic est: sed specie unus. Si Socrates autem eadem alteratiōe specie diuersis temporibus ateratur: si corruptum iterum unum numero fieri pōt: erit et hec alteratio una: si non potest erit eadem, specie: sed non numero una. Extitit autez huic similis dubitatio: si una sit ipsa sanitas et habitus ipsi oīno atque affectꝰ in corporibꝰ ipsis necne. Ea nanque bū moueri fluere q̄ videnē. Si eadez igit atque una sit mane et nūc sanitas: cur et cū rursus q̄spiā amissam recuperauerit: et hec et illa non una nūero erit. Est eīn eadez ratio. Ueruz hoc interesse videt: qđ si habitꝰ sint duo: duo erunt et ipsi actꝰ: sicut si actꝰ sit unꝰ et habitū unū esse necesse est. Unus eñ actꝰ nūero: unꝰ nūero habitꝰ est. At si habitꝰ sit unus. Nō fortasse cuipiā videbit unꝰ etiā actꝰ esse. Cū eñ cessauerit q̄spiā ambulare nō est ipa ambulatio. Rursus autē ambulare erit. Nō si una et eadē est: idē ac unū et corrūpi et eē q̄sepe pōt. He igit dubitationes extra p̄sente ōsiderationē eē videt. Cū autez oīs motꝰ cōtinuus sit: si oīs est diuisibilis: eū q̄ simpliciter unꝰ est: ꝯtinuū esse necesse est: et si cōtinuus est unꝰ est. Nō eñ oīs omni continuus fieri potest: sicut nec aliud quoduis cuius: sed quorum ultima unum fieri possunt. Ultima vero quorundam non sunt: quorūdā sunt: at diuersa specie atque equoca. Quo nanque mō tāget aut unū fiet ultimū linee abulationisve. Herentes igit erūt et q̄ nō idē gñe sunt. Post cursuz

eñ quēpiā cōtinuo febres aggredi possunt. Et vt facis ipsiꝰ ex successiōe motio: latio est herens: cōtinua vero nō est positum est eñ ea cōtinua eē: quoꝝ vltima sunt vnū. quare herēres quidē ⁊ deinceps ex eo sunt: q: tps cōtinuū ē. Cōtinuus aūt est: q: motus continui sunt hoc aūt est: cū vtrorūqꝫ extremū ē vnū. Quapropter eē motū q̄ simplr ꝯtinuꝰ ac vnus est eūdē specie: ac vmꝰ: ⁊ vno in tpe eē necesse est. Uno quidē in tpe: vt imobilitas inter ptes nō fit. Intercapedine eñ mobile q̄escat necesse ē. Multi igitur ⁊ nō vnus ij motus sunt: inter quos media quies cadit. Quare si q̇s motus intercipitur statu: is neqꝫ vnus neqꝫ ꝯtinuus est. Intercipitur aūt si in mediū tps cadit. Spē aūt vnū eēt opꝫ: q: vltima eius qui non vnus est specie vnū cuadere nequeunt: ⁊ si tps nō itercipit. Tempus enim est nullū: ille vero specie est diuersus. Etenī motum vnuz ⁊ spē vnū esse necesse est. hunc autē non necesse est simplr vnum esse. Quis igitur motus vnꝰ est absolute: iam diximꝰ. Preterea motus vnus ⁊ isce dicitur q̄ est pfectꝰ: siue spē: siue numero vnꝰ: quē admodū ⁊ in ceteris pfectū ipm ac totū ipsius vnius est. Interduz aūt ⁊ si ipfectꝰ est vnus dicitur modo cōtinuus sit. Insuper alio modo pter dictos vnꝰ isce dicitur motus: qui vniformis est. Difformis enim aliqua ex pte nō vniꝰ esse videtur: sed isce potius qui vniformis est pinde atqꝫ linea recta. Difformis eñ diuisibilis est. Differre aūt videt: vt magis tale minusve differt. Est autem vniformitas omni in motu: aut difformitas. Etenim alterari quippiā vniformiter potest: et super vniformia ferri. vt circulum aut lineam rectam: et circa accretionem decretionēue simili modo. Difformitatis autem differētie sunt. Interdum enim est ratione eius super quod efficitur motus. Impossibile est enim vniformem esse motū: si non super vniformi magnitudine fiat: qualis est motio super lineam flexam: aut aliam magnitudinem talem: cuiꝰ: quevis pars ad quauis partem non accōmodatur interdum nō est ratione spacij nō tpis: non eius ad quod accedit: sed ratione modi. celeritate eñ iterduz tarditateqꝫ motus distinguitur. Cuiꝰ eniz eadē est celeritas: is est vniformis Cuius vo nō eadē est: is est difformis. Quapropter celeritas tarditasve non sunt species. nec differētie motus quippe cū omnes motus diuersos specie comitentur. Quare neqꝫ grauitas leuitasqꝫ que est respectu eiusdem: seu terre ad seipsam: aut ignis respectu sui. Unus est igitur ⁊ isce motus: qui ē difformis continuitatis nimirum ratiōe: sed minus qō quidem ei latio accedit q̄ super linea flexa fit. Id autē quod ē minus mixtione cōtrarij semper est tale. Nō si omnis motꝰ vnus et vniformis: ⁊ nō vniformis esse potest. hi qui diuersi sunt specie atqꝫ herent: non vnꝰ erunt atqꝫ continuus motus. Qui nāqꝫ fieri pōt vt isce sit vniformis: qui ex alteratione lationeue constat: accōmodetur enim necesse est.

Capitulum.xxvij.

1a conclusio. ¶ Istis premissis sit hec pma conclusio. Velocitas in motu circulari non attẽditur penes lineã descriptam a puncto medio semidiametri ipsius mobilis: probatur: quia aliqđ mouetur circulariter sicut celum: cuius tamen punctus medi⁹ semidyametri non est in eo: modo non est verisimile q̃ velocitas motus alicui⁹ mobilis debeat attendi penes lineã descriptaz a puncto qui non sit in eo.

primus motus

motus

2a conclusio. ¶ Secunda ↄclusio. Velocitas in motu circulari non attenditur penes lineam descriptam a pũcto medio vel equiualenti inter superficiem concauam ⁊ conuexã: probatur q2 dato opposito sequitur q̃ si tale corpus orbiculare condensatur a parte concaui versus conuexum illo conuexo equaliter distante a centro: tunc id velocius moueretur circulariter q̃ ante condensationez: quod est falsum: quia ex quo conuexum continue manet equaliter distans a centro eius: sicut prius ⁊ continue describit idem precise spacium lineale: et patet consequentia: quia per talem condensationem continue pũctus medius maiorem lineam describit. Consimiliter si tale corpus orbiculare rarefieret ex parte concaui conuexo manente in equali distãtia a centro illud ex tali rarefactione tardius moueretur quod non est verum: ⁊ patet consequentia: quia punctus medius continue minorẽ describeret. tertia conclusio

¶ Tertia conclusio. Velocitas in motu circulari attẽditur penes lineam descriptam veram vel imaginariam a puncto velocissime moto in tanto vel in tanto tẽpore. probatur. nam mobile localiter motum ita velociter mouetur sicut aliqua eius pars. et consequenter sicut aliquis punctus eius: ⁊ notanter dico veraz vel imaginariam propter vltimam spheram que nõ describit spacium: nec lineam veram: sed solum imaginariam: vnde potest sic argui conclusio penes illud tanq̃ penes effectum debet attẽdi cuiuslibet motus velocitas: per quod possumus certificari de tali velocitate scilicet quanta ipsa est: ⁊ hoc mediante mẽsura temporis: sed cognita tali linea descripta a puncto velocissime moto possumus mediante mensura temporis certificari de huiusmodi velocitate quanta ipsa est: igitur ⁊c. 4a conclusio

¶ Quarta conclusio est ista. Velocitas circuitionis attenditur penes angulum descriptum in tanto vel in tanto tempore circa centrũ:

ita q si in equali tempore duo mobilia circulariter mota describerent angulos equales circa centrum: illa eque velociter circuirēt: et si inequales inequaliter circuirent: quantūcūqz eque velociter mouerētur. Ista cōclusio patet: quia aliter nō equaliter circuiret punctus articus: sicut punctus equinoctialis: qđ est falsum: quia in eodē tēpore adequate quilibet illorū punctorū perficit cursum totius reuolutionis. ¶ Ex ista cōclusione seqtur q circuitio nō est vere comparabilis motui locali recto vel circulari in velocitate et tarditate: qz angulus et linea siue sit circularis siue recta nō possunt inuicē comparari fm equalitatē vel inequalitatē intensionē vel remissionē: angulus enī nō est equalis vel inequalis linee: nec aliqua linea vt sic est eque intensa vel ineque intensa cū angulo.

Primum **Contra** tertiam conclusionē in qua continet principalis difficultas arguit quadrupliciter. Et primo sic: qz illa seqtur q si alicui rote circulariter mote apponeret in cōuexo vnus radius fm longitudinē q illa in duplo vel in quadruplo velocius moueretur: scz fm longitudinē illius radij: qz linea descripta a puncto velocissime moto esset maior in duplo vel quadruplo: sz illud est dissonū: quia seqt ꝯsequēter: q si duo hoies pertrāsierēt in eodem tēpore adequato tantū spaciū precise super terram: maior eorū velocius moueret: quia cum capite maiorem lineā describeret. ¶ Secūdo seqtur: q ab equa Scdm. li ꝓportione proueniret inequalis velocitas. probatur: ponendo q sint duo motores inequaliū virtutū mouētes duo mobilia circularia inequaliter magna ab equali proportione: scz q potentior motor mouet maius mobile et remissior minus: et hoc motu circulari. Tūc querit aut illi duo motores reuoluūt sua mobilia eque velociter vel nō: si nō: igitur non eque velociter mouent illa: et per ꝯñs ab equali proportione prouenit inequalis velocitas. Si sic: cum mobile motoris potētioris sit maius q̄ mobile debilioris: seqtur q motor potentior in tempore eodem describet maius spaciū q̄ debilior: et iterū seqtur q prius. ¶ Ter-
Tertiū. tio/ q omnis latitudo vniformiter difformis correspōdet suo gradui medio: sed rota circulariter mota mouetur vniformiter difformiter: igitur motus eius correspōdet gradui medio: et non puncto in circunferentia: tenet ꝯsequētia cū maiori ex principijs naturalibus et geometricis: minor autez declaratur ex eo: quia dato quocūqz puncto inter centrū et circūferentiā quantum exceditur suus motus a motu puncti superioris tm̄ excedit motum puncti inferioris equaliter
Quartū. distantis. ¶ Quarto sic: nō quelibet qualitas est ita intensa: sicut quelibet eius pars intensissima: igitur eodem modo: nō omne quod mouet localiter ita velociter mouet: sicut aliqua eius pars: tenet cōsequentia a sufficienti similitudine: et antecedēs est notū: eo q caliditas vniformiter difformis terminata ad gradum summū inclusiue non est summa. cum sit remissior q̄ caliditas summa per totum.

Ad primū **Ad primū** negetur cōsequētia: sed solū sequitur q aggregatū ex radio et rota velocius mouetur: sed hoc est verum fm longitudinē radij: rota autem semper eque velociter mouetur: cōcedo tamen q homo longior velocius mouetur q̄ breuis: dato q ambo moueant super terram sphericā: et ꝯsequēter describit maius spaciū lineale: nō cum pedibus: sed in aere cum capite. ¶ Ad secundū
Ad scdm nego ꝯsequētiā: et ad probationē dico q illi motores nō eque velociter reuoluūt illa mobilia lz eque velociter moueant illa: immo citius reuoluit motor minor suum mobile q̄ motor maior: sed in eodem tempore nō describūt nisi equales lineas. Et ad improbationem dico q lz ab equali proportione potest ꝓuenire inequalis velocitas motus: tamen ab equali proportione potest prouenire inequalis velocitas circuitionis: quia velocitas mot⁹ circulationis et circuitionis
Ad tertiuz non attēditur penes idem: vt dictum est. ¶ Ad tertiū dicitur q dupliciter mot⁹ dicitur vniformis: vel quo ad tempus: vel quo ad subiectum. Motus vniformis quo ad tempus est ille quo in equali parte temporis spacium acquiritur equale. Sed motus vniformis quo ad subiectum est ille: quo quelibet pars eque velociter mouetur cum suo toto. ¶ Ex quo sequitur q corpus circulariter motum: lz non possit moueri vniformiter quo ad subiectū: tamen bene potest moueri vniformiter quo ad tempus. Item motus vniformiter difformis quo ad tempus est ille quo acquiritur spacium vniformiter difformiter a puncto velocissime moto: sed vniformiter difformis quo ad subiectū est ille: quo partes mobiles inuicem vniformiter difformiter mouentur. ¶ Respondetur igitur ad argumentū q illa maior non est vera: nisi intelligendo de latitudine vniformiter difformi in ordine ad tempus et non ad subiectū: modo si corpus sphericū vniformiter difformiter moueretur quo ad tempus: adhuc velocitas illius attēderetur penes lineam descriptā a puncto velocissime moto. ¶ Ad quartuz dicitur q Ad quar non est simile de motu locali et de alijs qualitatibus: nam quilibet localis motus quantūcūqz paruus sufficit denominare subiectū: qđ nō sufficit quelibet qualitas quantūcūqz remissa: nulla enim albedo vel caliditas denominat suū subiectū: nisi habuerit gradū vltra medium: vel saltem maiorē proportionē supra suum contrarium: quare &c.

¶ Capit. xxviij.

Uia augmētatio videtur esse annexa motui locali: ideo dicto de velocitate motus localis: sequitur cōsequēter dicere de velocitate motus augmentationis. ¶ Ubi notandum Primū. primo q augmētatio sumit dupliciter: scz cōmuniter et proprie. Augmētatio cōmuniter dicta est mot⁹ ad extensionē maioris quātitatis: et sic rarefactio dicit augmentatio. Augmentatio autem proprie dicta est motus ad quantitatē maiorē per intus sumptionē alimenti conuersi in naturā aliti: et isto modo augentur viuentia: tam sensitiua q̄ nō sensitiua. ¶ Proportionabiliter dicatur de diminutione: q diminutio cōmuniter dicta est motus ad extensionē minorē: et sic condēsatio dicitur diminutio. Sed diminutio ꝓprie dicta: est motus ad extensionē minorē per deperditionē partis a toto factā a calori naturali: et sic nihil diminuitur nisi viuens. ¶ Secūdo notandū/ q nec Scdm. velocitas motus augmētationis: nec alicuius alterius motus habet attendi simpliciter penes aliquid nisi habeatur respect⁹ ad tempus: quia nō sequitur: sortes pertrāsibit duplam lineā ad lineam pertransitam a platone: igitur in duplo velocius mouebitur: quia sorte in maiori tēpore pertransibit sortes suam lineam q̄ plato: et ita dicatur de alijs motibus: ideo semper debet intelligi velocitas motus in ordine ad tantū vel ad tantū tempus. ¶ His premissis sit hec Pria ꝯcl. prima cōclusio. Uelocitas motus augmētationis nō attenditur penes proportionē quantitatis acquisite ad quantitatē preexistentē. patet: quia dato apposito sequitur q alique due augmētationes non forent inuicem cōparabiles. patet: dato q a sit vna augmētatio per quam acqratur proportio equalitatis: scz q pedale acqratur pedali: et b alia augmentatio per quam acquiratur proportio inequalitatis: scz bipedale pedali: isto posito si velocitas augmentationis attenditur penes talem proportionē acquisitā: et in casu isto acquiritur proportio equalitatis et proportio inequalitatis que nō sunt inuicē vere comparabiles: igitur &c. ¶ Item seqtur q si aliqua duo siue equalia siue inequalia diminuantur ad nō quantū in eodē tempore q illa eque velociter diminuentur: quia continue deperdent consimiles proportiones: scilz duplam triplam: et sic in infinitū: sed cōsequens est falsum: quia si duo equalia in eodē tempore eque cito venient ad non quantū illa eque velociter diminuentur: igitur inequalia non eque velociter dimi-

inuenitur. ¶ Secunda ꝯclusio. Velocitas augmentationis omnino attenditur penes proportionē totius aggregati ex preexistente ⁊ adueniente ad preexistēs solum. probatur: nam dato opposito: sequitur ꝙ si aliquid a non quanto incipit augmētari ꝙ illud in infinitum velociter augmentabitur: ꝯsequens est dissonum: quia hoc non est verum incipiendo ab aliqua certa q̄titate: igitur nec a non gradu quantitatis: ⁊ probatur ꝯsequentia: posito ꝙ a incipiat augmentari a non q̄to vniformiter difformiter: isto posito arguitur sic: a immediate post hoc habebit proportionē duplam triplam: ⁊ sic in infinitū totius aggregati ad preexistēs: igitur immediate post hoc infinite velociter augmentabitur. tenet ꝯsequētia: ⁊ antecedens est notum intuenti. ¶ Item sequitur ꝙ in hora futura a augmētabitur in infinitū velociter: et b solum finite: ⁊ tamen b acq̄ret in eadem hora quantitatem centuplam ad quantitatē a. patet: ponēdo tunc casum puoꝝ ꝙ b sit tam pedalis quantitatis ⁊ acquiret in ista hora quantitatē cētuplam ad illam: ⁊ ꝙ a nunꝗ̃ erit maioris q̄titatis ꝗ̃ bipedalis.

Tertia cōclusio.

¶ Tertia conclusio. Velocitas augmentationis cōmuniter dicte non attenditur penes quantitatē acquisitā in tanto vel in tanto tēpore. patet: quia rarefactio est augmētatio cōmuniter dicta. ⁊ tamen per rarefactionē non acq̄ritur ibi aliqua q̄titas: s͠m Phm et Cōmenta. iiij. Physico. licet bene per rarefactionē acquiratur noua extensio.

T.c.84. Correlariū

¶ Ex ista conclusione sequitur ꝙ velocitas diminutionis cōmuniter dicte non attenditur penes quantitatē deperditam in tanto vel in tanto tempore: eo ꝙ per cōdensationē non deperditur quantitas: sed solum extensio.

Quarta cōclusio.

¶ Quarta conclusio. Velocitas augmētationis proprie dicte attenditur penes quantitatem acquisitā absolute in tanto vel in tanto tempore. patet: quia nō videtur penes quid aliquid attendi debeat propter primā ⁊ secundā ꝯclusiones: etiam velocitas alioꝝ motuū attendit͛ penes dispositionem acquisitā in ordine ad tempus: igitur pariformiter videtur velocitas augmentationis sic debere attendi: sic hec fuit intentio philosophi: vt colligitur. vi. physi.

T.c.5. Correlariū

¶ Ex ista conclusione sequitur primo ꝙ velocitas diminutionis proprie dicte attenditur penes quantitatē deperditam absolute in tanto vel in tanto tēpore: ita ꝙ si a et b in eodē tēpore adequate deperderēt quantitate equalē: siue sint equalia: siue sint inequalia: dico ꝙ eque velociter diminuantur. ¶ Secundo sequitur ꝙ velocitas augmentationis cōmuniter dicte attenditur absolute penes extensionē maiorem vel minorem acquisitam vel deperditam in tanto vel in tanto tēpore: p3 ex dictis.

Primū

Contra istam quartam cōclusionem in qua stat tota positio: arguit͛ sic quadrupliciter. Primo sic. Nam sequitur ꝙ a et b sunt duo equalia que continue eque velociter augmentabuntur: ⁊ tamen vnum cōtinue erit altero minus. probatur: ponendo ꝙ tam a ꝗ̃ b sit pedalis quantitatis: et acquirat vtrūqꝫ per maiorationē vnius medietatis pedale: ⁊ deperdatur quantitas in alia medietate b: tamen tardius ꝗ̃ fiat acquisitio quantitatis: et non fiat deperditio q̄titatis in a. Isto posito patet conclusio adducta: ⁊ ex eadem sequitur ꝙ b cōtinue augetur ⁊ diminuitur: ⁊ sic mouetur motibus contrarijs. patet cōsequentia: quia per totam horam b acquiret ⁊ deperdet aliquam quantitatē.

Secūdū

¶ Secundo sequitur ꝙ si digitus hominis augmētaretur ꝙ totus homo eque velociter augeretur: ⁊ ꝙ ita velociter vna magna arbor acquirens solum digitalem quantitatem: sicut vna parua planta: acquirens etiam digitalem quantitatē: tenet cōsequētia: ex quo vtrobiqꝫ acquiritur equalis q̄titas: sed cōsequens est cōtra communē modum loquendi: ⁊ per maxime: quia illa augmentatio maxime arboris est imperceptibilis: et augmentatio parue plante satis bene percipitur.

Tertiū.

¶ Tertio sequitur ꝙ si aliq̄d augeretur s͠m se ⁊ quālibet partem suam ꝙ illud velocius augeret͛ ꝗ̃ aliqua eius pars quantitatiua: consequens est falsum: quia in motu locali non oportet ꝙ mobile velocius moueatur ꝗ̃ aliqua eius pars q̄titatiua: nec etiā in motu alterationis: igitur pariformiter: nec in motu augmentationis. ti patet cōsequētia: quia omne tale auctum necessario in tanto tempore acq̄rit maiorem quantitatē ꝗ̃ aliqua eius pars q̄titatiua.

Quartū.

¶ Quarto sequitur ꝙ nihil potest vniformiter augeri quo ad subiectum. cōsequens est falsum: quia aliq̄d potest vniformiter moueri localiter quo ad subiectum: et vniformiter alterari quo ad subiectum: et probatur ꝯsequētia: quia id dicitur vniformiter augeri quo ad subiectū: cuius quelibet pars equaliter augetur cū suo toto: sed impossibile est quālibet partem alicuius aucti equaliter augeri cum suo toto: patet maior ex hoc: quia illud cōmuniter dicitur album vniformiter: cuius quelibet pars est eque alba cum suo toto. minor vero est nota: eo ꝙ impossibile est quālibet partē alicuius acquirere tantam quantitatem quantā acquirit totum: aliter nō posset aliquid augeri nisi fieret infinitum.

Ad primū.

Ad primū dicitur ꝙ conclusiones adducte non sunt impossibiles: nec sequitur b augetur et diminuitur: igitur mouebitur motibus contrarijs: quia non respectu eiusdē simpliciter augetur ⁊ diminuitur: sed respectu diuersorum: sicut respectu diuersoꝝ aliquid est magnū ⁊ paruū. Potest tamen dici ꝙ illa conclusio intelligitur per respectū ad negationē cuiuscūqꝫ alterius motus sicut prius dicebatur de motu locali.

Ad secūdū.

¶ Ad secundum concedo illas conclusiones adductas: ⁊ ad improbationem dico ꝙ non insequor vulgarem modū loquēdi sed veritatem: et l3 vna augmentatio sit in parte perceptibilis ⁊ alia non percipiatur: hoc non tollit illas augmentationes eque veloces.

Ad tertiū.

¶ Ad tertium concedo iterum conclusionē adductam: ⁊ dico ꝙ sicut in motu circulari totum mobile velocius mouetur ꝗ̃ aliqua eius pars q̄titatiua versus centrum: ita in augmētatione totali totum velocius mouetur ꝗ̃ aliqua eius pars quantitatiua: non tamen velocius ꝗ̃ aliqua pars simpliciter quia altera pars compositi ita velociter augetur sicut totum.

Ad quartū.

¶ Ad quartū respondetur ꝙ ꝯclusio nō est impossibilis: sicut enim nihil potest circulariter vniformiter moueri quo ad subiectū: ita nihil potest vniformiter augeri quo ad partes subiecti: vel dicatur negando ꝯsequētiā: quia non dicitur illud vniformiter augeri: cuius quelibet pars ita velociter augetur sicut totum: sed illud dicitur vniformiter augeri: cuius quelibet pars q̄titatiua ita velociter auget͛ sicut alia sibi equalis: et hoc est possibile: igitur ⁊c. ¶ Exemplū autem de qualitate non est ad propositū: quia aliqua pars quantitatiua albedinis potest esse equalis intēsionis cum suo toto: sed nulla pars q̄titatiua alicuius potest esse equalis quantitatis cum suo toto ⁊c.

¶ Caput secundum.

Deinceps aūt vniuersa que alterantur a sensibilibus alterari: ⁊ eorum alterationē esse dūtaxat q̄ per sē ab hisce pati dicuntur: per hec contemplētur oportet. Parie nāqꝫ q̄spiā ī figuris formis: atqꝫ habitib⁹ ⁊ hoꝝ deiectiōib⁹ acq̄sitiōibusve alterationē esse existimabit. Videtur enim in his alteratio esse. Verū non est: sed cum quedā alterantur: hec fiunt. Cum densatur inqꝫ: aut rarefit: aut calefit: aut frigefit materies ipsa. Sed alteratio non est. Non enī statue

formam nomine dicimus ei⁹ ex quo for
ma est orta. nec eius etiam ex quo ē py-
ramydis aut lectice figura: pyramideꝫ
aut lecticā: sꝫ denominātes. aliud eneū
aliud terreum: aliud ligneum appella-
mus. At id qđ alteratur dicimus. Ipsꝫ
enim es humidum eē dicimus: aut cali-
dum aut durum. Et non solum hoc pa-
cto: sed etiam ipsum humidum: atqꝫ ca
liduꝫ esse dicimus es: affectus nomine
materiam nuncupantes. Cuꝫ igit̄ id q̇
dē ex quo est forma ⁊ figura: ⁊ id qđ est
ortum figuratum nomine non dicatur.
Id vero quod alteratur nomine dicat̄
affectuum: patet alterationem in solis
sensibilibus esse. Preterea absurdum
est ⁊ alio modo dicere. Dicere nāqꝫ ho-
minem alteratum esse: vel domum sum
pto fine: ridiculum est: si perfectionē do
mus: aut parietes: aut regulā alteratio
nem esse dixerimus: ⁊ sic cū parietibus
domus clauditur: aut tegitur ipsum di
xerimus alterari. Patet autem altera-
tionem in hisce non esse que generant̄.
atqui nec in habitibus alteratio est: ha
bitus eīn virtutes ac vitia sunt. Virt⁹
autem oīs ⁊ vitiuꝫ ad aliquid est: quē
admodum sanitas temperatio quedaꝫ
est calidoꝝ ac humidorum aut interno
rum aut ad continens. Similiter ⁊ pul
chritudo ⁊ robur ad aliquid sunt. Sūt
enim dispositiones quedaꝫ eius quod
prestantissimuꝫ est: ad id quod est opti-
mū. Atqꝫ id prestantissimū dico: qđ cō-
seruat: ac circa ipsam naturā disponit.
Cum igitur virtutes quidē ac vitia sint
ex hisce que sunt ad aliquid. Nec autē
generationes non sint: nec ipsorum fit
generatio nec alteratio omnino: patet
circa habitus alterationes non eē. At
vero neqꝫ circa virtutes animi vitiaqꝫ
alterationes esse videntur. Virtus nā-
qꝫ perfectio quedaꝫ est. Vnumquodqꝫ
eīn maxime tum est perfectū: cuꝫ ꝓpriā
virtutem est consecutum: et maxime se-
cundum naturā. Sicut circulus tūc ma
xime scđm naturam est: quando maxi-
me circul⁹ est. Vitium vero corruptio
est boꝝ atqꝫ remotio. Fit igit̄ cū aliq̇d
alterat̄ virtut̄ acceptio: vitijqꝫ deiectio
neutrū tū boꝝ ē alteracio: alterari aūt
aliq̇d ide ptꝫ. Nā virt⁹ q̇dē aut affectū
est vacuitas: aut corūdem mediocritas
quedā. Vitiū aūt aut est oīs affectuum
cōcitatio: aut est perturbatio virtuti cō
traria. Atqꝫ omnino fit vt virtus morū
in voluptatibus doloribus vel ōsistat.
Voluptas enim aut cū agimus: aut cū
recordamur: aut cuꝫ speramus effici so
let. Atqꝫ si cum agimus ꝓuenit: sensus
est causa. Si cum recordamur aut spe-
ram⁹: ab ipso rursus efficit̄. Afficimur
enim voluptate: aut recordātes ea que
nos delectarunt: aut sperantes euenire
ea que nos afficient voluptate. Atqui
neqꝫ ad partem intellectiuam anime al
teratio accōmodatur. Sciens eniꝫ ma
xime ad aliquid dicitur. Hoc auteꝫ ita
esse perspicuum inde fieri potest: ꝑ nul-
lam namqꝫ potentiam motis fit nobis
sciētia: sed prius aliquo orto. Experiē
tia nanqꝫ particularium sciētiam vniuer
salē conseq̇mur. At neqꝫ ipsa operatio
generatio est: nisi visionem tactūve ge-
nerationes quispiā dixerit. Tale ē eniꝫ
ipsa operatio. Acceptio autē a princi-
pio sciētie non est generatio nec altera
tio. Ex eo nanqꝫ q: ꝑturbatiōes sedan
tur atqꝫ trāquilla fit aīa: sciēs q̇spiā at
qꝫ prudēs euadit. Queadmodum igit̄
cū experrect⁹ est quispiā dormiēs: aut
cū ab ebrietate sese recipit: aut cū a mor
bo cōualuit: non fact⁹ est tūc sciēs: quā
q̄ antea non vti scientia poterat opera
riqꝫ ꝑ eā: sꝫ extincta ꝑturbatione: mēte
qꝫ iā inde ad trāquillitatē redacta apt⁹
ac idoneus ad sciētie vsum euasit. Sic
etiā cū a p̄ncipio orit̄ in nobis sciētia.
simile q̇d sane fieri solet. Fit eniꝫ ꝑtur-
batiōis sedatio quies atqꝫ tranq̇llitas
q̄dā. accedit eodē: ⁊ id quod ī pueris na
tura fieri solet. Non enim discere pue-
ri: neqꝫ peride sensibus: atqꝫ ij qui sunt
prouecti magis etate discernere pos-
sunt: est eniꝫ vehemens in eis turbatio
atqꝫ motus. Sedantur autem nonnun
q̄ a natura: nonnunq̄ ab alijs: desinūt
qꝫ turbari: atqꝫ in vtrisqꝫ fit vt aliquid
alteretur: perinde atqꝫ cum aliquis ex
perrectus factusque sobrius ad ope-
rationem euadit: patet igitur altera-
tionem in sensibilibus et in parte ani-
me sensitiua: ⁊ nullis in alijs nisi per ac
cidens esse.

¶ Tractatus tertii Capitulum pmum.

Dubitabit autem quispiam si sit omnis motus omni motui comparabilis nec ne. Nam si sit atque celeritas sit eque quod in tempore equali spacium transit equale. erit aliqua circunferentia equalis linee recte: et maior etiam atque minor. Preterea alicui lationi alteratio erit equalis. cum in equali tempore aliquod fuerit alteratum aliud latum. Affectus ergo longitudini erit equalis: at esse non potest. At enim, cum inequali tempore quippiam per equale mouetur: tunc illud eque celere est. Affectus vero nullus longitudini est equalis. Quare non erit alteratio lationi equalis: nec minor: quo fit vt non omnis motus sit comparandus. Sed in circulo recta que linea: quonam accidet modo. Nam absurdum est si non fit. vt hoc similiter super circulo. et hoc super recta linea moueat. Sed continuo celerius alterum: aut tardius moueri necesse est: quasi hoc sit decliue: illud accliue. Preterea nihil refert ad rationem: si quispiam necessitatem dixerit esse celerius cotinuo: aut tardius moueri. Erit enim circunferentia maior et minor linea recta quare et equalis. Nam si in eodem A tempore hoc quidem B. illud vero. C. lineam ptransiuit. Maior erit B. linea profecto ipsa linea. C. Hoc enim pacto celerius mobile diffiniebat. Et si in minore igitur equalem transierit celerius erit: quare pars quedam erit temporis A: in qua celerius mobile B te aliquam transit ipsius circunferentie B toto in tempore



mobili tardiore transeunte totam lineam C. At vero si comparabilia sint: accidit id quod nuper est dictum: lineam inquam rectam equalem circunferentie esse. At comparabilia non sunt: nec igitur motus ipsi comparabiles sunt. Sed vt videtur ea com parabilia sunt: que non equoca sunt. Velut cur comparabilia non sunt: stilus et vinum: aut vltima fidium: vtrum acutius. Quia nanque equiuoca sunt: ideo conferenda non sunt. Sed vltima fidium et penultima comparabiles sunt: quia acutum idem significat in vtrisque. Non igitur idem est celere hic et ibi: et multo etiam minus in alteratione ac latione. Aut id verum non est: si non equiuoca sint: comparabilia esse. Multum enim idem in aere atque aqua significat. Comparabilia tamen non sunt. Quod si hoc non sit: At duplum est vnum. Est enim id quod rationem duorum habet ad vnum non tamen comparabilia sunt. An et in his eadem est ratio. Nam et ipsum multum equiuocum est. Sed sunt quorum et rationes equiuoce sunt: ceu si quispiam dicat multum id esse quod est tantum ac vltra: et equale equiuocum: et si forte fuerit et ipsum continuo vnum. Quod si hoc est equiuocum: et ipsa etiam duo equiuoca sunt. Nam cur alia comparabilia: alia non comparabilia sunt: si natura est vna. An quia in alio primo sunt susceptiuo. Equus igitur et canis comparabilia sunt vtrum ipsorum albius sit. Est enim ipsa superficies idem: in quo primo est ipsa albedo. Et de magnitudine modo eodem. At vox et aqua comparanda sunt: in alio namque est susceptiuo. An hoc pacto omnia quispiam faciet vnum. Vnumquodque autem in alio dicet esse: atque erit idem equale et dulce et album: sed non in alio susceptiuo. Preterea susceptiuum: non est quoduis: sed vnum vnius primum. At videtur non solum ea que comparantur non equiuoca esse: sed etiam nec id quod in est nec id in quo inest differentiam habere oportet. Dico autem hoc modo. Color habet diuisionem: non igitur hoc ipso fit comparatio: veluti vtrum magis fit color: atum non aliquo color: sed color vt color est: sed albedine fit. Si igitur et circa motum id est eque celere: quod in equali tempore per equale est motum: tum inque longitudinis huius. Sed si aliquid fuerit alteratum: aliud latum erit ne equalis hec alteratio lationi: atque eiusdem celeritatis: at absurdum est sane et causa est: species motum habere. Quare si ea que in equali tempore per equalem longitudinem lata sunt: equis.

celeritatis sint: recta linea circũferẽtie erit equalis. Utrũ igit͡r hui⁹ est cã: vtrũ lationẽ an lineã gen⁹ esse. Tẽpus enim semp est idẽ ac ĩdiuiduũ spẽ. An simul illa spẽ differũt. Etenĩ latio spẽs hab3 si id super quo fit mot⁹ species h3. Preterea si id p̱ qd̃ fit mot⁹ spẽ differat: latio quoq3 erit diuersa. Ueluti si pedes sint ambulatio est: si ale volatio. At nõ hoc sed figura alia est latio. Quare q̃ in equali tempore magnitudinẽ eandẽ transeũt: ea celeritatis equalis sunt eã dem autem non differentem spẽ: que si est ꝛ motus nõ diuersus spẽ erit. Quare considerandũ ꝛ quenã sit differentia motus. Atq3 hic sermo significat gen⁹ ipsum non esse q̃d vnũ: sed ob hoc multa latere equiuocationum: aut alie nimium distant. Alie similitudinẽ quãdã haberẽ. Alie sunt ꝓpinque: aut gñe aut similitudine rationis. Quapropter ꝛ si equiuocationes sunt nõ esse tamẽ videtur. Quãdo igit͡r diuersa ẽ spẽs. Utrũ cũ idẽ in alio: an cũ aliud in alio ẽ: ꝛ quenã est diffinitio: aut quonam diiudicabimus idem album vel dulce aut aliud esse: ex eo ne q2 in alio diuersum apparet: an ex eo q2 omnino non idẽ est. At vero quonãmodo alterationes eque celeres sint. Si igitur sanari est alterari. fit aũt vt alius celeri⁹: alius tardius sanet: ꝛ aliqui simul. Sunt alterationes ꝓfecto celeritatis equalis: in tp̃e nãq3 equali sunt alterati. S3 quid est id qd̃ in alterationem accõmodat. Nõ enim dicitur hic equale: sed vt equalitas in quãtitate: sic silr̃itudo d̃r hic. Uerum fit cum equalitate tp̃is idem: in quo celeritas alterationis equa consistit. Utrũ igitur in eo in quo est affectus: an ipso affectu cõparare alteratiões oportẽat. Atq3 hic quidẽ eãdem sanitatẽ eẽ: que neq3 magis neq3 minus: s3 similiter inest sumere licet. S3 si affectus alius fit vt si hoc dealbetur: illd̃ sanetur: his nihil est ide3: vel equale: vel simile: vt hec alterationis species faciũt: nec vna est alteratio sicut nec ibi latio. Quare sumendum est quot alterationis et quot idem lationis species sunt. Si igitur ea que mouẽtur specie differunt: quorũ motus per se sunt ꝛ non per accidens: ꝛ motus sane specie different. Si genere: genere. si numero: numero. At si alteratiões sint eq̃ celeres vtru3 ad affectũ si sit idem vel similis: an ad id quod auferatur respicere oporteat: veluti hui⁹ quidem tantum: huius autem tantum sit dealbatum. An at̃ vtrũq3 ad eadem est aut alia: si ide3 aut alius sit affectus: equalis vero aut ĩequalis: si equale aut inequale sit illud. In generatione etiã ꝛ corruptione idem considerandum est. Quonam modo est eque celeris atq3 celerior generatio. An eque celeris est: si inequali tempore generetur idem ac indiuiduum vt homo: sed non animal celerior aute3 si in equali diuersu3. Nõ enim habemus quenam sint ea duo: in quibus ẽ ipsa diuersitas. Quemadmodum habemus ea in quibus est dissimilitudo. Quod si substantia numer⁹ est: plus erit ꝛ min⁹ numeri speciei eiusde3 Sed ipsum commune nomine caret: atq3 vtrunq3 quale est. In qualitate quide3 plus affectus aut excedens magis: in quantitate aut ẽ maius.

Capitulum secundum.

Cum aute3 omne quod mouet: et aliquid semper moueat ꝛ in aliquo et vsq3 ad aliquod. Atq3 in aliquo dico: quia in tempore. Usq3 ad aliquid quia per quantitate3 aliquam mouet. Semper enim simul mouet ac mouit. Quare quãtitas q̃dã erit per quam est motum atq3 in quanto. Hec inq̃ cum ita sint: si A: quidem sit id quod mouet: B vero id quod mouetur. ꝛ C: sit longitudo per quam: et D: tempus: in quo est motu3. In tempore nimirum equali potentia equalis A: dimidium ipsius B: per duplum mouebit ipsius C: per ipsu3 ẽ: aut C: in dimidio tẽporis D: sic enĩ erit ratiõis similitudo. Et si potentia eadem hoc in tempore tantum spacium moueat: per ipsi⁹ etiam dimidium idem in dimidio sane mouebit.

Et dimidiũ potẽtie dimidium per

equale spaciuz in tempore mouebit eq̃li. Ipsius enim potentie A: sit dimidiũ F. ⁊ ipsius B. sit dimidium G. Vires igitur ad

pondera E —— Lõgitudo similiter

sese habẽt D —— Tempus vt patet.

Quare per equaleĩ tempore mouebit equali. At si F. moueat ipsum G. in tempore D. per longitudinem E: non necessario fit: vt F. in equali tẽpore duplum ipsius G: moueat per dimidium spacij: E. Si igitur A: per E: spacium totuz in D: tempore B: mouebit dimidium ipsius A: quod est F: non mouebit B: totum in D: tempore: aut in eiꝰ aliqua parte per aliquaz E: spacij partem: que rationem eandem ad totuz habebit E: quã F: pars vł queuis alia ad totam A: poẽtiam habet. Omnino enĩ si forte fuerit nullam partem mouebit. Non enim si forte quippiam per tantũ mouerunt spacium: dimidium ipsarum per quãtũuis spacij quouis in tempore idem mouebit. Nam vnus eam trahet profecto nauiz quam centum traxere: si vires eorum tam in ipsorum numerum: ꝙ in spacij diuidantur partes: ꝙ nauim omnes simul traxere. Quapropter zenonis ratio non est vera: qua cõcludit ꝙuis partem milij facere sonum Nihil enim prohibet: vt nullo in tempore eum moueat aerem: quem totꝰ modius mouit cuz cecidisset. Neqꝫ pars si per se fuerit id mouebit: quod vna cum toto mouere potest: neqꝫ ẽ enim pars vlla: nisi potentia in toto. Si vero duo quedam seorsum per tantum spacium tanto in tempore duo seorsum põdera mouent: ⁊ composita per longitudinez equalem equaliue in tempore compositum ex ponderibus vtrisqꝫ mouebunt. Est enim in eis eadem ratio. Sunt ne igitur eadem ⁊ in alteratione atqꝫ accretione. Est enim aliquid id quod auget ⁊ id etiam quod augetur: atqꝫ in tempore tanto ⁊ tantuz: aliud auget: aliud augetur. Et id quod alterat ⁊ alteratur similiter est aliquid: ⁊ tantuz intensione remissioneue est alteratum: ⁊ in tempore tanto. In duplo duplum: et duplum in duplo. Dimidium autez in dimidio temporis: aut in dimidio dimidiũ: aut in equali duplum. Si vero id quod alterat aut auget tantum in tanto auget: aut alterat: non necesse est ⁊ dimidium in dimidio: ⁊ in dimidio dimidium alterare vel augere. Sed nihil si forte fuerit alterabit vel augebit: quemadmodũ ⁊ in pondere.

Capitulum .xxxix.

prima.

Quantum est ad velocitatẽ motꝰ alterationis. Est primo notãdũ ꝙ latitudo q̃litatis est tota natura q̃litatis cõtinens in se oẽs suos gradꝰ ab vno extremo ad alterũ exclusiue intelligẽdo de latitudine qualitatis in se cõsiderata. vnde latitudo caliditatis est tota natura caliditatis cõtinẽs in se oẽs gradus ipsius ſm intensius et remissiꝰ a nõ gradu vsqꝫ ad summũ: et sĩr de alijs: vñ in omni latitudine sunt oẽs gradꝰ ĩfiniti: sicut in omni tpe sunt infinita instãtia: ⁊ in qualibet linea infinita puncta: ⁊ etiã inter quoscũqꝫ duo gradus cadit latitudo media sicut inter duo instantia cadit tps medium: ⁊ inter oĩa duo puncta copulantia cadit linea media. * Scdo notãdũ: ꝙ ĩ alteratiõe põt imaginari duplex successio scz ſm extẽsionẽ: ⁊ ſz itẽsionẽ: ſz extensionem quando aqua successiue calefit per partẽ post partẽ: ſm intẽsionẽ qñ frigefit ab intrinseco reducendo seipsam ad pristinã frigiditatem successiue ſm gradus intensiores ⁊ remissiores. Ex quo sequitur ꝙ intensio est essentialis alterationi ⁊ qualitati sed extensio est accidẽtalis solũ: q2 tñ alteratio ꝙ qualitas põt esse sine extẽsione: vt ptz in intellectu ⁊ nõ sine intẽsiõe. His visis sit hec prima cõclusio. Velocitas alterationis motus nõ attẽdiť penes gradũ inductũ pbať: q2 dato opposito seqtur ꝙ a. alterãs cõtinue alterabit a maiori pportiõe: ⁊ tamẽ cõtinue alterabit vniformiter: pono ꝙ b. sit vnũ calidũ vniformiter difformiter terminatũ ĩ extremo intẽsiori ad summũ gradũ exclusiue: ⁊ in extremo remissiori ad medium gradum totiꝰ latitudinis caliditatis: ⁊ sit a: vnũ calidũ in summo incipiẽs assimulare sibi b. applicatum ad extremum intẽsius b. et agat a. ĩ b. quousqꝫ assimulauerit sibi totũ b. Isto posito ptz: q2 A. cõtinue alterabit a maiori pportiõe: q2 cõtinue manebit equalis potẽtie: ⁊ habebit lunamẽtũ b. q2 cõtinue erit calidiꝰ ⁊ calidiꝰ: ⁊ tamẽ continue vniformiter alterabitur: q2 cõtinue inducet gradum summũ. Secda ꝯclusio. Velocitas alterationis nõ attẽdiť penes qualitatẽ acq̃sitã in ordine ad subiectuz in tãto vel in tãto tpe: ita ꝙ illa alteratio sit velocior mediante qua equalis q̃litas acq̃riť subiecto maiori in tpe equali: q2 vt dictũ est extẽsio q̃litatis est q̃d accidẽtale alterationi. vñ duo assensus in aĩa bene põt intẽdi vel remitti sine respectu ad subiectũ magnũ vel paruũ. Deĩde valde vř dissonũ dicere ꝙ bipedale alteratũ adeq̃te in hora a nõ gradu caliditatis ad gradũ summũ in duplo velociꝰ altereť pedali alterato in eodẽ tpe sibi latitudine. Tertia ꝯclo. Velocitas alterationis nõ attẽdiť penes pportionẽ q̃litatis acq̃site ad q̃litatẽ preexistẽtẽ: nec penes pportionẽ aggregati et qualitate preexistẽte ⁊ acq̃sita simul ad preexistentem in tanto vel in tanto tempore. probatur: nam si

δ 7 6 4

A

B

Secdm:
*ADDITIO. Notes sz huc doctorẽ ꝙ gdꝰ q̃litatis nõ ẽ ps q̃litatis (cuius oppositum imaginant nõiales) sz ẽ q̃ddã accidẽs idiuisibile cõtinuans seu terminans latitudinẽ q̃litatis recte: sicut pũctꝰ se hz ĩ linea: ita se hz gdꝰ ĩ q̃litate.

1a ꝯclo.

2a ꝯclo.

tertia ꝯclo.

a:caliditati vt vnum acquiratur caliditas vt duo: et b: caliditati vt quatuor acquiratur caliditas:vt viij.in eodem tempore:tunc licet vtrobiqz sit acquisita eadem proportio qualitatis acquisite ad preexistentem:et similiter aggregati ex preexistente:et acquisita ad preexistentem in eodem tempore: non tamen propter hoc ille alterationes sunt eque veloces:quia per vnam illarum plus remouetur illa qualitas a non gradu appropinquando ad graduz summum q̄ per aliam:vt apparet. ¶ Quarta conclusio.

Quarta cōclusio. Uelocitas in motu alterationis attenditur penes latitudinem quantitatis acquisitam in tanto vel in tāto tempore:ita q̄ si duobus subiectis equalibus siue inequalibus in eodem tempore acquirantur latitudines qualitatis equales illa essent equali velocitate alterata:si autem inequales inequali velocitate essent alterata. Ista conclusio patet. Nā velocitas alterationis:aut attenditur penes gradum inductuz: et hoc non per primam conclusionem. Aut penes qualitatē in ordine ad subiectum:et hoc non per secundā conclusionem. Aut penes aliquam proportionem sequentis qualitatis ad sequentem:et iterum hoc non per tertiam conclusionem:ergo penes qualitatez absolute in ordine ad tempus.

Primum. **Contra** quartam conclusionez arguitur primo sic. Aliqd alterabitur quod nullam qualitatem acquiret:igitur &c. antecedens probatur:aliquid calefit quod nullam caliditatez acquiret:igitur:antecedens probatur:et pono q̄ a:sit vnuz qualificatum:cuius vna medietas sit adequate calida et altera adequate frigida:et q̄ pars calida incipiat rarefieri quocunqz alio excluso motu alterationis:isto posito arguitur sic. a.non est calidum:et immedite post hoc erit calidum:quia immediate post hoc erit:ita q̄ plus q̄ medietas eius est adequate calida:igitur a.calefiet:et tamen nō acquiret aliquā caliditatem vt patet:quia fiet calidum per solam rarefactionem. ¶ Secūdo sic:et pono a.et d.esse summe frigida:quorum a.adequate in hora futura fier calidū per totum:sola autem centesima pars d.calefiat acquirendo tantam latitudinem caliditatis q̄tam acquiret a isto posito patet q̄ a et b acquirant in eodem tempore equales latitudines caliditatis:et tū non eque velociter alteraduntur:quia in fine hore a erit calidum et non b cum habebit solam centesimaz partem calidam et totum residuum frigidum. ¶ Tertio sequitur. Quod aliqd agens naturale eque velociter agit in partem remotam:sicut in partez propinquā: probatur:et pono q̄ a sit summe calidū applicatū extremo intensiori b qd sit vniformiter difformiter calidum a nō gradu vsqz ad gradum mediū totius latitudinis inclusiue:vt incipiat a alterare b vsqzquo assimilabit sibi b fm aliquam partē eius:ita tū q̄ b continue manebit vniformiter difformiter calidum:et a continue alteradit ipm:igitur tantā latitudinem inducet in medietatem remotiorem sicut ꝓpinquiorez et hoc adequate in hora:igitur eque velociter aget in partem remotam sicut propinquā:qd erat ꝓbandū.

Secunduz (margin, beside "liditatem vt patet") · Tertiū. (margin, beside "calidum et non b")

Quartū. ¶ Quarto sequitur q̄ aliqua duo eque velociter alterabunt:quorū vnum altero in triplo velocius intēditur probat:et pono q̄ a in tota hora futura acqret totā latitudinē caliditatis a nō gradu ad graduz vt quatuor:et b a gradu vt quatuor ad gradum vt. viij. Isto posito patet q̄ a et d eque velociter alterabunt: q: in eodem tpe acqrent equales latitudines:sed q̄ b in triplo velocius intenderetur q̄ a probatur:nam d acquiret in hora totam latitudinem intensam:vt. vj. et a solum vt duo:igitur &c. antecedens probatur: quia a acquiret totam latitudinem a non gradu ad gradum vt quatuor:que est solum intensa vt duo: per illam regulam. Omnis latitudo vniformiter difformis correspondet suo gradui medio:et b a gradu vt quatuor ad gradum vt octo:que est intensa vt. vj. per eandem regulam:sz. vj. ad duo est proportio tripla:igitur &c.

Ad primū dicitur q̄ non est inconueniens aliquid per accidens calefieri nullam caliditatem acquirendo:sed per se hoc foret impossibile:nunc aūt in casu illo a fiet calidū per accidens ratione rarefactionis. Ideo cum dicit q̄ velocitas alterationis attenditur penes latitudinem qualitatis acquisitaz intelligo quando fit alteratio per se et non per accidens. ¶ Ad secundum dico q̄ a: et b eque velociter alterabuntur: et eque velociter calefient:non tamen propter hoc oportet si vnum illorum erit calidum: q̄ etiam alterum erit calidum: quia in cursu quarte rationis a:et d eque velociter calefient:et tamen a non erit calidum in fine hore: dato q̄ tanta erit frigiditas sicut caliditas:et indubie erit calidum. ¶ Ad tertium negetur cōsequentia. Ad probationem dico q̄ b licet continue sit vniformiter difforme calidum:tamen maior latitudo inducitur in parte propinqua q̄ remota:et hoc patet:quia quando medietas que est nunc a non gradu ad gradum vt duo:erit a non gradu ad gradum vt quatuor:tūc alia medietas que est nunc a gradu vt duo:ad gradum vt quatuor erit a gradu vt quatuor ad gradum vt. viij. igitur in duplo maior latitudo inducetur in medietate propinqua agenti q̄ remota. ¶ Ad quartum cōceditur conclusio adducta:vnde penes aliud attenditur velocitas alterationis:et penes aliud velocitas intensionis. Uelocitas enim alterationis attenditur vt dictum est:et velocitas intensionis penes intensionem acquisitam in tanto:vel in tanto tempore:si enim aliquid acquirat totam latitudinem a non gradu ad gradum vt. viij. et aliud a gradu medio ad eundem gradum:primum in duplo velocius alteratur q̄ secundum:et secundum velocius intenditur q̄ primum:quia a proportione sexquialtera eo q̄ latitudo a non gradu a gradum vt. viij. est solum intēsa:vt quatuor:et alia vt sex quare &c.

Ad pmū (margin, beside "Ad primū") · Ad scdm: (margin, beside "per se et non per accidens") · Ad tertiū. (margin, beside "calidum. Ad tertium") · Ad quartū (margin, beside "vt. viij. igitur in duplo")

Aristotelis De naturali auscultatione, Liber Octauus.

¶ Caput primum.

Tortusne aliqn̄ est motus antea cū nō esrat: rursusqz adeo corrūpit: vt nihil penitus moueatur:an neqz factus est:neqz corrūpitur:sed semp erat et semper erit: Atqz hoc hisce q̄ sunt īmortale ac incessabile inest:quasi sit vita q̄daz ijs vniuersis q̄ natura ꝯstāt. Motū igit oēs inquiūt esse:q̄ de natura aliqd dicūt:tum quia mundum faciunt:tum quia contemplatio ipsis oīs est de generatione corruptioneve:quā impossibile est esse:si nō sit motus:verum qui mūdos infinitos esse et alios ipsorū fieri:alios corrumpi dicunt:ij motum inquiunt semper esse.

Sint enim generationes ⁊ corruptiones ipsorum cum motu necesse est. Qui vero mundum aut vnum ⁊ semper eundem esse dicūt: aut vnum quidē: sed nō semper: ij de motu similiter quoq; opinantur. Si igitur contingit aliquādo nihil moueri: dupliciter id accidere necesse est. Aut enim vt Anaxagoras censet. Dicit enim cum omnia simul essent atq; quiescerent tempore infinito mentem mouisse ac segregasse. Aut vt Empedocles dicit interdū res moueri: interdum quiescere. Moueri quidem: cū aut vnum ex multis concordia: aut ex vno multa discordia facit. Quiescere vero in hisce temporibus que inter hec media cadunt. Dicit enim hoc modo.

Nā quo de m̄ltis nasci ꝯsueuerit vnū.
Atq; iterū ex vno ꝑnato plura renasci.
Hoc fiūt: fixūq; sibi nō ꝑmanet euum.
At quo mutātur nūq̄ cessante recursu.
Hoc si ꝑpetuo stabilē versant̄ in orbē

Cum enim dicit. At quo mutātur nūq̄ cessante recursu: id Empedoclem arbitrandum est intelligere: hinc inq̄ illuc ⁊ illinc huc fieri motum. Considerandū est igitur de hoc quonāmodo se hꝫ. Est em̄ operepreciū hāc ꝑspicere veritatē: ⁊ non solū ad naturalē contemplationē: sed ⁊ ad eā doctrinā q̄ circa principiū primū versat̄ vehemēter cō ducit. Ex his autem ordiemur: que pri⁹ a nobis in libris naturalis scientie sunt definita. Dicimus itaq; motū ipsius mobilis hoc actum esse quo mobile est: necesse est ergo res eas eē que vnoquoq; motu moueri possunt: ⁊ sine diffinitiōe etiā motus cuiuis ꝓfecto fatebitur necessariū esse id moueri: qd̄ singulis motibus moueri pōt: ceu alterari quidē id qd̄ est alterabile: ferri autē id qd̄ loco mutabile est. Quare sit antea cōbustibile q̄ cōburat̄: ⁊ combustiuū antea q̄ cōburat oportet. Igitur ⁊ hec ipsa necesse est aut si non erant aliq̄n facta esse aut perpetua esse. Si igit̄ vnūquodq; mobiliū ac motiuorū est factū: necesse est ante motū acceptū: aliā mutationē motūq; fuisse. Quo qdē ortū id est: qd̄ aut moueri aut mouere pōt. Sin semꝑ erat motus: tamē nō erat absurdum et ex sese qdē si aīaduertat̄ videt̄ magis tamen si proficiscamur vlterius hoc necesse est euenire: nā si q̄dam mobilia; q̄dā motiua: ⁊ interdū est actu qd primū mouens: ⁊ aliq̄d qd̄ mouetur interdum nihil: sꝫ quiescit: hoc prius mutet̄ opꝫ. Erat em̄ aliq̄d causa profecto quietis. Quies enim est priuatio motus. Quare ante primā mutationē mutatio prior erit. Nā quedā vnice: quedā ⁊ motib⁹ contrarijs mouēt. Ignis nanq; calefacit: sed nō frigefacit. At sciētia vna cōtrariorū esse videt̄. Illic etiā simile qd esse videtur. Nā frigidū versū quodāmodo atq; abiens calefacit: sicut ⁊ isce qui scit peccat sua sponte: cum econtra scientia vtitur. Verū ea que agere aut mouere: ⁊ ea q̄ pati aut moueri possunt nō om̄ino hoc possunt: sꝫ si sic se habēt atq; ad propinqua sibi euadunt: quare cum id fuerit: aliud mouet: aliud mouetur: ⁊ cum id euenerit: vt aliud sit mobile aliud motiuum. Si igitur nō semper mouebat̄ nō ita sese habebant: vt alterū mouere alterū moueri possit: vt ptꝫ. Sed alterum ipsorum mutari oportebat. In his enim que sunt ad aliquid id accidere necesse est. Veluti si duplum non erat: ⁊ nunc duplū euasit. Si non vtrumq;: alterū saltem mutatū esse necesse est. Erit ergo q̄dā mutatio prior prima. Insuper quonāmodo pri⁹ atq; posterius erit: si nō sit tempus: aut tempus si non sit motus. Quod si tempus numerus motus aut quidam sit motus si tempus est semper: ⁊ motū perpetuū esse necesse est. At de tpe vniuersi preter vnum consentire videntur. Omnes enim tēpus inquiūt ingenitū esse. Atq; per hoc Democrit⁹ impossibile esse demōstrat oīa esse facta: tēpus enim dicit nō esse ortū. Plato vero solus ipsum ortū esse ait: etem̄ vna cū celo dicit ipꝫ ortum fuisse: celūq; factum asserit esse. Qd̄ si ip oīe qdē ē tēp⁹ eē: ac ītelligere siue nūc ipo. Nūc aūt ipꝫ mediū ē qd̄dā ꝑncipij sil' finisve subiēs rōnē ꝑncipij qdē futuri: finis xo trāsacti: tēp⁹ sit semper ꝓfecto necesse est. Vltimū nāq; tpis ei⁹ qd̄ sumptū extremū est: in aliquo ipsorum nunc erit. Nihil em̄ in tpe preter nunc ipsum accipi potest. Quare cū ipsum nūc principiū sit atq; finis:

citra ipz ac vltra tps fit:sep necesse ē. At si tps semp esse necesse est: patet ꝛ motū necessario semp esse. Quippe cū tps affectus sit qdaz ipsius motus vt patuit. Eadē erit rō ꝛ qua motū corrumpi nō posse pbabitur. Nā vt si ortus eē dicat fit vt prima mutatiōe sit aliqua prior: sic hic fiet vt vltima mutatiōe posterior aliqua sit. Nō enim moueri desinet: et esse mobile simul: ceu cōburi et cōbustibile eē. Esse nāqꝫ cōbustibile pōt: ꝛ nō cōburi. Nec item desinet simul motiuum et mouens esse. Et ipsum autem corruptibile corruptū fore oportebit: cū corrumpitur: ꝛ post hoc rursus id qđ hui⁹ est corruptiuum. Corruptio namqꝫ mutatio qdā est. Quod si hec fieri nō possunt patet motum ppetuū esse: ꝛ nō aliqn esse: aliqn non esse. Etenim ita dicere potius sīl'e est figmēto. Et itē dicere sic esse aptum. atqꝫ hoc oportere principiū esse putare. Quod quidē Empedocles dixisse videtur. rebus inqꝫ competere necessario: vt nunc cōcordia: nūc discordia vincat: ac eas moueat i medio vero tpe quiescant. Fortasse etiam ꝛ hi principium vnuz faciunt: vt Anaxagoras hoc dixerunt modo. At vero nihil eoꝝ que natura: secundum naturā sunt ordine vacat. Natura namqꝫ vniuersis est ordinis causa. At infinituz nullam rationem habet ad infinitū. Omīs vero ordo ratio est. Infinito autem quiescere tempore: deinde aliqn moueri: huiusqꝫ differentiā nullā: cur nunc magis qꝫ prius: nec vllum ordinez esse: non est pfecto ipsius opus nature. Nam id qđ natura fit. Aut simpliciter sese habet: vt ignis sursum natura fertur: ꝛ non interdum sursum. interdum non sursum. Aut rationem habet: si nō simpl'r se habet eo demqꝫ modo. Quocirca prestabilius est rem ita sese habere vt Empedocles. ꝛ si qs alius ita dixit: interdum inqꝫ quiescere: interdū moueri. Talem enim ordinem iam quēdā habere videt. Verū ꝛ eū q ita dicit: nō solum id dicere sed ipsius causam ēt afferre ꝛ nō ponere neqꝫ censere vllā sine ratione sniaz sed aut inductionem aut demonstrationē afferre oportet. Ipsa enim que sunt supposita nō, sane cause sunt: neqꝫ hoc erat cōcordie vel discordie esse: sed illi⁹ quidem congregare. huius disgregare officium est. Quod si insuper assignauerit ipsum interdū. dicēdū est ꝛ in quibus sic fit: ceu esse apđ nos aliqd qđ cōgregat homines amicitiam inqꝫ et esse aliquid qđ inimicos seiungit: inimicitiā inqꝫ. Hoc em̄ ꝛ in ipso toto esse supponit. In quibusdam. n. sic esse videtur Per equalia vero ita fieri tpa alicui⁹ indiget rationis. Oīno aūt hoc pncipium sufficiēs eē putare. semp inqꝫ esse sic: aut fieri non recte sese habet: ad qđ democritus causas naturales reducit: sic inquiēs ꝛ prius fiebat. Ipsi⁹ autem semper nō querere pncipiuz censet. In quibusdā hoc recte dicens: in oībus autem nō recte. Etenim triangulus suos angulos duobus rectis semp equales habet. Attū eternitatis hui⁹ est alia cā Principiorū tū que qdem sunt perpetua nō est alia cā. Tot igit a nobis sint dicta: quibus iam ptz nullū vnqꝫ fuisse vel fore tps qn nō erat: aut nō erit tps.

Capitulum secūdum.

Ea vo que sunt hisce cōtraria non est difficile soluere: nam ex hisce videbit posse maxie motum esse ortum: ꝛ antea nūqꝫ fuisse. Primo quia nulla mutatio ppetua est: omnis namqꝫ mutatio suapte natura e quopiā ad quippiā est. Quare mutationis omnis finis sint ea contraria inter que fit: et nihil in infinituz moueatur necesse est. Deinde videmus id posse moueri: quod neqꝫ mouet: neqꝫ motum in se vllum habet. Quod intueri licet in expertibus anime quorūz neqꝫ pars vlla: neqꝫ totum mouetur. Sed quiescentia aliquando mouentur. At oportebat autem semp aut nūqꝫ moueri: si non orit primo mot⁹: sed semp erat Multo autem magis hoc in ipsis animātibus ptz: null⁹ em̄ interdū in nobis est motus: sed qescim⁹. ꝛ tū aliqn mouemur et fit in nobis a nobisipis pncipiū motus: etiam si nihil prsus extrinsecus moueri. Hoc enim expertibus anime fieri similiter non videmus: sed semper aliquid aliud eorum que sunt extra ipsa nimirum mouet. Animal autem ipm dicimus seipsum mouere. Quare si ali

Nō igitur hic vnus est motus. Qui nanque motus intercipitur statu is vnus profecto nō est vt luce clarius extat. Preterea ex hisce magis vniuersaliter de omni motu perspicuum idem erit. Nam si omne quod mouetur aliquo motu dictorum motuū omnino mouetur: et quod quiescit ex his aliqua quiete quiescit que opponuntur. Nullius enim alius in ratione rerum preter assignatos est motus: id autem quod non semper hoc motu mouetur eorum motuum inquam qui spē differunt: et non motus totius cuiuspiam parte: necesse est opposita quiescat quiete. Est enim quies priuatio motus. Si igitur hec ita se habent: et motus quidem recti contrarij sunt: siue ri vero nequit vt simul quicque motibus contrarijs moueatur: id profecto ex A: fertur ad B: non ex B: quoque simul feretur ad A. Atque cum non simul motibus vtrisque feratur: moueatur autem dicto motu ex A pergendo ad B prius in ipso B quiescat necesse est: hic enim est ea quies: que opponitur ei motui quo itur ex B ad A. Patet igitur ex hisce que diximus: motum nullum rectum cōtinuum esse posse. Insuper hoc etiam modo ratio magis erit accōmodata. Simul enim corruptum est non album: et ortum est album. Si igitur alteratio qua itur ad album atque ex albo continua sit: et nullo in tempore maneat simul profecto corruptum est non album: et factum est album atque non album. Horum enim trium idem tempus erit vt patet. Preterea: non si tempus continuum est: et motus continuus est: sed deinceps: quo nanque pacto contrariorum motuum: vt dealbationis ac denigrationis idem fuerit finis. Patet igitur motum rectum continuum perpetuo esse non posse.

Capitulum tertium.

Motus aut iste qui super circularem lineam fit: vnus atque cōtinuus erit. Nullum enim impossibile accidit: et enim id quod ex A: mouetur simul ad ipsum mouebitur A: eadem nimirum appetitione. Ad quod enim peruenit: ad id et mouetur: sed non simul contrarijs ciebitur motibus neque oppositis sane. Non enim omnis motus quo pergitur ad hoc contrarius ei quo itur ex hoc aut oppositus est. Sed cōtrarius quidem est rectus: huic enim motus loco accommodatus contrarius est: vt is qui per diametrum fit. Termini enim plurimum distant. Oppositus autem est: qui per eandem fit longitudinem. Quare nihil vetat: vt talis motus continuus sit: nullasque prosus intercapedines habeat. Etenim cōuersio quidem a seipso in seipsum rect aut motus a seipso in aliud trāsitio est. Et iste quidem motus qui fit in cir-

culo nunquam fit in eisdem. Rectus autem sepe fit in eisdem. Is igitur motus qui semper in alio atq; alio fit: continue fieri potest. At isce continue fieri non potest: qui sepe fit in eisdem. Motibus enim oppositi: id quod mouetur simul moueatur necesse est. Quare fieri non potest vt aut in semicirculo quiq̄ aut in alia vlla circunferentia continue moueatur. Sepe enim in eisdē moueatur: & cōtrarijs mutationibus mutetur necesse est. Non enim coniūguntur hic principium atq; finis. Circuli autem coniunguntur: et hic est solus motus perfectus. Ex hac autem diuisione ptz fieri nō posse. Quo ceterorum motuū quisq̄ cōtinuus sit: accidit enim in vniuersis: vt per eadem quisq; fiat. Ut in alteratione per mediū ipsuz: & in motu qui quātitati accōmodatur per magnitudines medias: & in generatione corruptioneve: similiter. Nihil em̄ interest pauca quispiam: an plura faciat ea media in quibus est ipsa mutatio: & addat quid: an auferat. Fit enim vtroq; modo: vt per eadem sepe motus efficiatur. Ex his igitur patet: nec eos naturales bene sensisse: qui res vniuersas sensibiles inquiunt semper moueri. Nam motuum iam dictorum aliquo moueant: maximeq; secundū illos alterentur necesse est. Fluere enim inquiunt eas semper decrementaq; suscipere. Preterea generationem atq; corruptionem alterationem esse dicūt. Ratio vero nostra tunc dixit: nullo quicq̄ omnino motu preter conuersionem continue moueri posse. Quare nec alteratione nec accretione decretioneve. Hec igit̄ satis sint dicta: ad demōstrandū nullam infinitā esse mutationem aut continuā: preter ipsam solam cōuersionem. Ipsam autem cōuersionem lationum omniū esse primam: perspicuum inde fieri potest. Omnis enim latio: aut circularis est: aut recta: aut mixta: sicut et antea diximus. At hac quidem illas priores esse necesse est: ex illis enim constat vt ptz. Recta vō circularis est prior: est enim simplex perfectaq; magis: fieri igitur non potest: vt super infinita linea recta quicq̄ feratur. Nō est enim id in ratione rerum: quod hoc pacto dicitur infinitum: at neq; si esset moueretur quicq̄ omnino. Non enim id fit quod impossibile est. Impossibile autem est vt ptz transire quippiam infinitum. Ea vero latio que super finita recta linea fit si reflectatur cōposita erit pfecto duoq; motus: si non reflectatur imperfecta ac corruptibilis. At imperfecto perfectū et incorruptibile corruptibili natura prius esse & ratione atq; tempore constat. Hisce preterea motus: qui perpetuus esse potest: prior est eo: qui perpetuus esse nequit. At conuersione quidem perpetua esse potest. Ceterorū aūt motuum nullus perpetuus esse potest. Status enim fiat oportet: qui cum est: corruptus est iam ipse motus atq; euanuit. Atqui recte cum ratione que accidit: conuersionem vnū esse motū atq; continuum: & non eam lationem qua super recta linea pergitur. Huius enim principium et finis et medium definitum est: et vniuersa hec sunt in ipsa. Quo fit: vt id sit vnde incipiat quod mouetur: & id item ad quod perueniet: desinetq; moueri. In ipsis nanq; finibus quiescit id omne quod motu recto cietur: aut in eo ex quo incipit motu cieri: aut in eo ad quez accedit. Sed in circunferentia sunt hec: vt patet indefinita. Quod enim ipsius punctum finis potius rationem q̄ principij subit. Atq; enim quoduis punctorum principium est: & medium atq; finis: vt semper id quod mouetur in principio sit: et medio: atq; fine: et nunq̄ in vno tantum. Quapropter ipsa sphera mouetur: et aliquo modo quiescit. Eundē enim occupat locum. Causa autem est: hec omnia accidisse ipsi centro: nā principium est & medium magnitudinis atq; finis. Quare fit: vt quia hoc extra circunferentiam est: non sit id in quo quiescit id quod fertur quasi transierit. Semper enim circa medium sed nō ad vltimum fertur. Quia vero semper hoc manet: ideo totum ipsum continue partim quiescit: partim mouetur. Accidit aute hec conuersio: aut econtra conuersio motuum sit prima atq; mensura: quia nanq; motuum est

mensura ipsa cōuersio:ideo primus sit
ipsa motus necesse est:ipso enim primo
mensurantur. Et quia rursus prim⁹ est
& omnium motus:ideo ipsa mēsura est
ceterorū. Preterea vniformis etiā mo
tus sola cōuersio esse posset. Que nāq;
recto motu cientur:difformiter sane fe-
runtur. Discrepāt em̄ ptes motus pro
pinqua principio ab hisce ptib⁹ q̄ pro-
pinque sunt fini. Etem̄ vniuersa q̄ sua-
pte natura feruntur:quo magis ab eo
loco recedunt ex quo moueri ceperint
eo celerius moueri vidētur. At sola in
conuersione neq; principiū est: neq; fi
nis:quippe cum non sit in ipsa circūfe-
rētia quicq̄ tale:sed extra. At vero sen
tentie huius lationē inq̄ primū motuū
esse:testes sunt vniuersi q̄ mentionē mo
tus fecerunt. Principia em̄ ipsi⁹ hisce
tribuunt:q̄ motu istiusmodi cient. Se-
gregatio nanq; congregatiove motus
in loco sunt:hoc autē modo concordia
atq; discordia mouēt:altera nāq; ipsa-
rū segregat:altera ꝯgregat. Anaxago-
ras quoq; mētem q̄ mouit prius fecer-
nere dicit. Eadem & ij sentiunt:q̄ nullā
aliā talem cām ponunt:sʒ ob vacuū in
quiunt res moueri. Et hi naturā eo mo
tu qui loco accōmodat̄ moueri dicunt.
Motus enim qui fit ob vacuum latio
nimirum est:& vt in loco mot⁹ vt patet.
Ceterorum aūt motuū nullum ipsis in
esse primis:sed in hisce dūtaxat q̄ ꝯstāt
ex illis putāt. Accrescere enim hec de-
crescereq; ac alterari cōgregationē se-
gregationēq; subeuntibus indiuiduis
corporib⁹ dicūt:eadem & ij censent:qui
dēsitate raritateve gn̄ationē corruptio
nemve cōficiūt. Cōgregatione nāq; se
gregationeve hec vniuersa disponunt.
Accidit ad hec eorū q̄ sn̄ia:q̄ cām mo-
tus aīam faciūt. Id em̄ qd̄ seipsum mo
uet eorum que mouentur principiū esse
dicūt. Animal aūt oēq; aīans motu ad
locū accōmodato seipm mouet. Id pre
terea solū ꝓprie moueri dicimus:qd̄ eo
motu cietur qui ad locū accōmodatur.
Qd̄ si q̄spiā q̄escat q̄dē eodem in loco:
incrementa vero vel decrementa susci-
piat vel alteretur:id aliqua ex parte:et
nō absolute moueri dicere ꝯsueuimus.
Motum igitur omni in tempore sem-
per fuisse:semperq; fore:quod est prin
cipium perpetui motus. Quis preter-
ea primus est motus:& quis solus per-
petu⁹ esse potest:& id insuper quod pri
muʒ mouet immobile esse:satis iā hisce
que dicta sunt explicauimus.

Tractatus quarti.

Caput primum.

Hunc autem partib⁹ hoc va
care magnitudineq; nullā
prorsus habere necessariū
esse dicam⁹ ac demōstrem⁹
oportet:prius hisce difini
tis q̄ hāc sententiā añcedūt. Atq; horuʒ
vnū est hoc:fieri inq̄ nō posse:quo fini
tū q̄cq̄ tpe moueat infinito. Tria nāq;
esse in omni motu ꝯstat:id qd̄ mouetur
id qd̄ mouet:& tertiū ipm temp⁹. Atq;
aūt hec oīa infinita sunt:aut finita:aut
horū aliqua:vt duo:aut etiā vnuʒ. Sit
igitur A:quideʒ mouens:B:aūt id qd̄
mouetur:& tp̄s infinitum sit C. Pars
itaq; ipsius A:que quidem sit D:mo-
ueat partē aliquā ipsi⁹ B:sitq; illa ps
E:atq; patet:nō toto C:tpe ipsam mo
uere. In maiore nanq; maius nimiruʒ
mouet:quare fit vt tempus illud infini
tū non sit:designet̄ atq; sit F. Hoc igit
pacto addēs ipsi D: F
atq; E pti pte totū C
B:tandē & B:simi- D
liter totū ꝯsumāt tē A
pus aūt nunq̄:equa E
lē F:pti semꝑ aufe- B
rēs ptē:q̄ppe cū sit
vt est suppositū infinituʒ. Quare totū
A:mouens:totum B ipsum finito in
tempore. C. mouebit:fieri ergo nō pōt:
vt a finito quicq̄ infinito in tpe mouea
tur. Perspicuū igitur est:fieri nō posse
quo finitū quicq̄ tpe moueat infinito.
Fieri vero nō posse vt finita in magni
tudine vires sunt infinite:ex hisce sane
fuerit notū. Sint em̄ ee maiores semꝑ
vires que equale quid minore in tēpo-
re faciūt:ceu calefaciūt:aut dulcedine
afficiūt:aut proijciunt:oīnoq; mouēt.
Qd̄ cū ita sit:ab eo quoq; profecto qd̄
infinitū q̄dē est:infinitas aūt vires ha
bet:patiens q̄ppiā patiat̄:& magis q̄
ab alio patiat̄ necesse est:īfinite nāq; vi
res virib⁹ sūt maiores finitis. At nullū

esse tp̄s oīno pōt: q̄ vires ille mouerēt: nī si sit A: tp̄s quo vires infinite calefecerūt: vel pepulerūt: A: B: vero sit tēpus id ī quo finite q̄dā vires mouerūt: hisce viribus si maiores finitas vires semp̄ addidero: ad eas tandē vires p̄ueniā: q̄ mouere in A: tp̄e possunt. Finito nāq̄ cuiuis si finitū semp̄ addidero: oī quouis illud definito faciā maius: ꝛ si abstulero minꝰ idētidē faciā. Ergo tēpore in eodē aut equali finite ac infinite vires mouebūt: hoc aūt est impossibile: fieri ergo nō pōt: vt magnitudo finita vires habeat īfinitas. Neq̄ igit̄ fieri pōt: vt infinita in magnitudine finite sint vires: atq̄ q̄ q̄ fit vt minore in magnitudine plus virīū insit: multo tū maiores sunt in maiore.

A B

Sit itaq̄ magnitudo infinita A: B: atq̄ pars eius C: B: vires aliquas habet q̄bus D mouit aliquo in tēpore q̄d E F literis designetur. Si igit̄ ipsius C B duplā cepero magnitudinē: hac eīm nunc rōne vtamur: illa tp̄is ī dimidio q̄d est E G: idē D p̄fecto mouebit. Quod si hoc pacto sumpsero p̄tes: A B q̄dē magnitudinē nunq̄ transibo. Tēpore v̄o dato semp̄ accipiā minꝰ. Erunt ergo vires ipsius A B magnitudinis infinite. Oēs eīm finitas exuperant vires. Oīm aūt finitarū virīū tēpus etiā finitū eē necesse est. Nā si aliq̄ in tp̄e moueāt tante maiores minore in tp̄e q̄dē: at definito mouebūt cōuersione ꝯtra rōnis. Sūt aūt infinite vires p̄inde atq̄ multitudo magnitudoq̄ īfinita est ea: que multitudinem omnem magnitudinemq̄ exuperat definitam. Licet autem hoc idē sic et iā demōstrare. Accipiemus enim magnitudinis finite cuiuspiam potentiam aliquam

G
E F
C
A BD

generis eius potentie: q̄ in magnitudine est infinita: que finitam potentiam infinite magnitudinis metiet̄. Ex his igitur que dicta sunt p̄z fieri nō posse vt infinita in magnitudine vires sint infinite: aut in infinita finite. Sed de his q̄ ferūtur bene sese habet: aliquā p̄rio dubitationē afferre. Nā si oē q̄d mouet̄ ab aliquo moueat̄: quo pacto eoꝝ q̄ se ipsa mouēt ꝯtinue nōnulla mouentur eo quod mouerat non tangente vt corporum ea que proijciūtur. Quod si isce qui mouit: ꝛ aliquid aliud simul mouet vt aerem: qui quidē mouet subiens motum: simul mō p̄fecto fieri nequit: vt illa moueantur ipo primo nō tāgēte neq̄ mouente. Sed simul oīa moueant̄ rursusq̄ moueri tamen desinant. Cum id quod p̄rio mouet desinit mouere necesse est: ꝛ si perinde facit vt magnes veluti si mouet quod mouet. At enī hoc dicatur necesse est: id quod primū mouit facere: vt mouere etiā possit aut aer aut aqua: aut aliquid tale quod quidē est aptum mouere motumq̄ subire: sed non simul desinit mouere atq̄ moueri: sed desinit quidem moueri: cum is qui mouet moueri desinit. Est autē adhuc mouens. Quapropter mouetur alij herēs: vt in hoc eadem rō est. Desinit aūt cū mouēdi potētia minor fit ī eo quod heret. Penitus autem desinit: cū antecedens non vlterius mouēs fecerit: s̄ motum subiens solum. Hec aūt simul desinere: alterū mouere alterum moueri totumq̄ motum necesse est. Is igitur motus in hisce fit: q̄ nōnūq̄ moueri nōnūq̄ q̄escere possunt ꝛ nō ē cōtinuꝰ: s̄ apparet. Nam aut deinceps collocatorū aut tāgentiū est. Nō est. n. vnū mouēs sed plura: quorū aliud alij heret. Quocirca talis motus in aere fit et in aqua quē quidā antiperistasim eē dicūt. Impossibile aūt est alio mō soluere ea que dubitata sunt q̄ dicto mō: ipsa autem antiperistasis cuncta simul mouere moueriq̄ facit. Quare et desinunt simul. Nunc autem vnum q̄d cōtinue ab aliq̄ moueri videt̄: nō eīm ab eodē mouetur. Qm̄ aūt in hisce q̄ sunt ꝯtinuū esse motum necesse est. Hic vero est vnus: atq̄ vnum motum magnitudinis cuiuspiā eē necesse est. Nō eīm id mouetur: quod magnitudinis expers: ꝛ vnꝰ eē atq̄ ab vno: alioq̄n ꝯtinuꝰ nō erit: s̄ herēs aliꝰ alij atq̄ diuisus. Id quod mouet si vnū est: aut subiens motum mouet: aut immobile est. Si igitur mouetur simul sequatur ipsū atq̄ mutetur: ꝛ insuper ab aliq̄ moueat̄ oꝑz. Quare stabit̄ atq̄ ad

id accedeẽ qđ mouet ⁊ ẽ imobile. Hoc eñ non simul mutari necesse est: sed poterit semper mouere: naz hoc pacto mouere sine labore profecto est. Est hic motus aut solus aut maxime est vniformis. Id enim quod mouet nullam subit mutationem: id etiam quod ab illo mouetur: vt motus sit similis: non subeat mutationem oportet. Atqui illud aut i medio: aut in orbe esse necesse est. Hec eniz principia sunt. At ea que propinquissima sunt mouenti summa cuz celeritate mouentur. Talis autẽ est ipsius totus Illic igitur est id quod mouet. Existit aũt dubitatio si fieri possit vt quippiaz motũ subiẽs ɔtinue moueat: sꝫ nõ vt id qđ iterũ iterũq₃ pellit ex eo ɔtinue mouet qꝛ motus deinceps sunt. Aut enim ipm pellere vel trahere vel vtrũq₃ facere opꝫ: aut aliud aliudq₃ succedens: perinde atq₃ sit in hisce que ꝓijciuntur vt antea diximus si cum facile diuisibilis sit vel aqua vel aer alius semper mouet subiens motũ. At neutro modo motus vnus esse põt: sꝫ plures herẽtes erunt. Solus igitur is est continuus motus quo idquod est imobile mouet. Semp eñ siĺiter sese habens ⁊ ad quod mouetur siĺiter ⁊ continue sese habebit. His hoc pacto determinatis pꝫ impossibile eẽ primũ mouens atq₃ imobile magnitudinẽ illã hr̃e. Nam si habet: aut finitam aut ĩfinitã ipaz esse necesse est. At demõstratũ est prius in naturalib⁹ fieri nõ posse vt magnitudo sit infinita et nunc demonstrauimus finitam magnitudinẽ ĩfinitas vires habere nõ posse: ⁊ impossibile: insuper eẽ infinito ĩ tẽpore q̃cq̃ a magnitudine finita moueri. Primũ autem mouẽs eterno motu: ĩfinito q₃ tp̃e mouet. Pꝫ igitur ipm idiuisibile eẽ vacareq₃ partibus: ac magnitudinem nullam prorsus habere.

¶ Aristotelis de naturali auscultatione Liber Octauus ⁊ vltim⁹ finis Joã. Argiropylo interprete.

¶ Capitulum .xi.

ALiquis est motus hñs inceptionẽ et desinitionẽ: vt dictũ est: ⁊ aliquis motus ẽ carens ꝓncipio, ⁊ fine: vt motus celi. ¶ Ad qđ ostendendũ opꝫ ꝑus oñdere imobilitatẽ primi motoris a quo depẽdet eternitas mot⁹ celi. ¶ Et

iđ est ꝑmo notãdũ: ꝙ aliq̃d đꝛ moueri dupl̃r. s. ꝑ se ⁊ ꝑ
accñs. Illđ ꝑ se mouet qđ mouet nõ ad motum alicu- primum.
tus impertinẽtis: vt sor. ambulans ꝑ viã fm̃ bñplaci 8. phy. 27.
tũ suũ: seu graue vel leue quocũq₃ extrinseco secluso:
⁊ voco illa mobilia impertinẽtia: quorũ nullũ est ĩtri
secũ alteri: vt sortes ⁊ plato. Pertinẽtia aũt quorum
vnũ est intrinsecũ alteri. vt ɔpositũ ⁊ pars ei⁹. Id aũt
mouet ꝑ accñs qđ mouet ad motũ alicuius imperti-
nentis: vt exñs in naui ad motũ nauis. Et isto modo
mouetur forma ad motũ ꝑtis materialis: ex q̃ nulluz
eoꝝ est intrinsecũ alteri. ¶ Itẽ intelligendũ ꝙ aliq̃ñ
illud đꝛ moueri per se: qđ mouetur non in alio nec ad
motũ alicui⁹ extrinseci: vt totaliter cõpositũ natura- 5. phi. ꝑ
le. ⁊ sic nulla ꝑs ei⁹ mouetur ꝑ se: sicut non est ꝑ se. Il
lud aũt đꝛ moueri ꝑ accñs: qđ mouet ad motũ alteri⁹
⁊ sic q̃libet ꝑs compositi đꝛ moueri ꝑ accñs: nec est in
cõueniẽs totũ moueri ꝑ se ad motũ ꝑtis: et eꝫ ꝓut
in ꝑma ly ad: dicit ꝑncipiũ ꝑ qđ: in secũda dicit ꝑnci- Secundũ:
piũ qđ ⁊ pĩcipale. ✳ ¶ Scđo notãdũ ꝙ aliq̃d đꝛ mo ✳ ADDI
ueri ꝑ se dupl̃r. s. primo et non ꝑmo. Id mouetur ꝑ se TIO.
ꝑmo: qđ nõ mouet ꝑ aliud prius motũ. ⁊ sic pars ma- Na cõposi
terialis cõpositi ꝑ se ꝑmo mouet: qꝛ nõ ꝑ aliud prius tũ natura-
motũ al̃r eñ ꝓcederet in infinitũ. Illud aũt mouet liter moue
ꝑ se: nõ ꝑmo: qđ ꝑ se mouet: tñ ꝑ aliud pri⁹ motũ: vt to tur ad mo
tũ ɔpositũ. ¶ Ex quo sequit ꝙ ɔpositũ naturale mo- tũ formeã
uetur ꝑ se: ⁊ mouet ꝑ se: sꝫ nõ ꝑmo forma eñ substan q̃ per pnci
tialis ꝑmo mouet: ⁊ ꝑs materialis primo mouet: mo pi: ⁊ ꝑs cõ
do impossibile est ꝙ aliqua duo primo moueant: vel positi natu
primo moueant: scđm phm. viij. physicorum. ralis moue
¶ His ꝓmissis pono q̃tuor ɔclusiões de intẽtiõe phi tur (saltẽ ꝑ
vij. ⁊ viij. phy. Prima ɔclusio. Oẽ mouẽs seipm ꝑ se cõ accñs) ad
ponitur solũ ex duab⁹ ꝑtib⁹. quarũ vna est ꝑmũ mo- ad motum
uens. ⁊ reliq primo mota: ꝓbatur: nullũ tale põt ɔsti- toti⁹ tãq̃
tui ex trib⁹ ꝑtibus ꝑ se. igitur ⁊c. añs ꝓbat. nã sit ali- illđ qđ pnci
quod totũ. a. b. c. ⁊ argr̃ sic. a. moto. c. b. mouẽtur igit̃. palr ⁊ ꝑ se
c. nec primo mouet: nec prĩo mouetur. patet consequẽ mouetur.
tia: quia sublata parte primo mouente: aut prĩo mo- T. c. 42.
ta: totũ non mouetur. ¶ Scđa cõclusio. Necesse est oẽ ꝑ⁴ conclo.
qđ mouetur moueri ab alio. probatur. oẽ qđ mouet: t. c. ꝑ. 22.
aut mouetur ab intrinseco. aut ab extriseco. si mouet T. c. 42.
ab intrinseco mouetur ab alio: qꝛ a ꝑte illius. si ab ex et 40.
trinseco: iterum mouetur ab alio. ¶ Itẽ ĩpossibile est 2ª cõclo.
aliquid moueri a seipso ꝑmo. ergo ⁊c. añs ꝓbatur. oẽ 7. phy. 2.
qđ q̃escit ad quietẽ alterius: non mouetur a seipo pri
mo: sed mobile quiescit ad q̃etẽ ꝑtis. igitur illud non
mouetur a seipso ꝑmo. ⁊ ɔsequẽter nec aliud: si eñ for
ma mouetur: hoc nõ est a seipsa primo: quia mouet ꝑ
accñs ad motũ toti⁹: vel partis materialis: nec etiaz
materia mouetur a seipsa primo: quia non mouetur 3ª cõclo.
a seipsa: licet moueatur ꝑ se. ¶ Tertia ɔclusio ĩpossi- Cõ. 37.
bile est oẽ moueri ꝑ accidens: vel per se: ✳ ꝓbatur: ✳ ADDI
q̃ñcũq₃ aliq̃ duo inuicẽ cõiungũtur: ⁊ vnũ põt reperi- TIO.
ri sine alio. etiam aliud sine alio sed mouere ⁊ moue cuiusmodi
ri inuicem vniũtur: quia idẽ mouetur ⁊ mouet ⁊ repe ẽ ꝑmũ mo
ritur aliq̃d qđ mouetur: et aliq̃d qđ nõ mouet: vt ma- uẽs: qđ nõ
teria prima. igitur repitur aliquid quod mouet ⁊ nõ mouet: ig̃
mouetur. modo bñ sequit. hoc nõ mouetur. igitur nõ tur nõ mo
mouetur ꝑ accñs: nec ꝑ se. ¶ Quarta cõclusio. In mo- uetur per
uẽtibus et motis est deuenire ad primũ motorẽ non accñs: nec
motũ: ꝓbatur: oẽ qđ mouet: mouet ab alio: sed nõ: con per se.
tingit ꝓcedere in infinitũ in mouentib⁹ ⁊ motis: igit̃
est dare vnum primum motorem nõ motũ. ¶ Ex istis 4ª cõclo.
sequitur ꝙ necesse est deuenire ad motorem oĩno im
mobilẽ: ex q̃ nõ põt ꝓcedi in infinitũ in mouẽtibus et T. c. 46.
motis. Unde arguitur sic. Necessario deuenit ad pri T. c. 46.
mũ motũ: ig̃ illud mouet ab imobili: pꝫ ɔña. qꝛ si mo
uetur. scꝫ ab altero mobili: illud nõ esset primũ motũ.

Contra predicta argr̃. ⁊ ꝑmo cõtra primã cõclusionẽ, ꝓbando ꝙ aliq̃d ꝑ se mouetur a seipso ⁊ nõ diuiditur in partẽ ꝑmo mouẽtẽ ⁊ ꝑtem ꝑmo motã: qꝛ intellectus est hmõi: cũ nõ hẽat ꝑtes. Deĩn q̃ñ mouetur graue deorsum: nõ videtur aliqua ꝑs primo mouens nec aliqua primo mota: quia quacunq₃ data illa hꝫ partem pri⁹ mouẽtem: vel pri⁹ motã. ¶ Secundo arguitur cõtra scđam ɔclusionẽ: ꝑ

Primum.

secundum.

dando ꝙ nō omne quod mouetur: mouet̄ ab aliquo:
q̄ꝛ voluntas nō videtur moueri ab aliq̄: nec lapis pro-
iectus post separationē a ꝓiciēte: q̄ꝛ nec a materia:
nec a forma: cū sit motus violētꝰ. ¶ Itē mare influxu
⁊ refluxu nō videtur moueri ab alio: q̄ꝛ nō a materia
sua: nec a forma: cū motus deorsum sit motꝰ natura-
Tertiū. lis eius. ¶ Tertio arguit̄ sic/contra ꝓbationē tertie
ꝯclusionis: q̄ꝛ substātia ⁊ accidēs inuicē vniunt̄: ⁊ pōt
reperiri substātia sine accidēte: ⁊ tn̄ non pōt reperiri
8.Phy.37. accidēs sine substātia. ¶ Itē arguit̄/materia ⁊ forma
inuicem vniunt̄: ⁊ pōt reperiri forma sine materia: vt
intelligētia abstracta: ⁊ tn̄ nō potest īueniri materia
sine forma: igit̄ pariformiter pōt reperiri motū non
mouēs: ⁊ nō mouens q̄n moueat̄: ⁊ hoc per se vel per
accidēs. Unde arguit̄ sic de p̄mo motore. Primꝰ mo-
T.c.84. tor est i circūferētia p̄mi mobilis: s̄m Ph̄m. viij. Phy.
T.c.20. igit̄ mouet̄ saltē per accidēs ad motū illius. ptz ꝯn̄a:
quia moto aliq̄ mouent̄ oīa que in eo sunt. iiij. Phy.
Quartū ¶ Quarto arguit̄ ꝙ in mouētibꝰ ⁊ motis sit ꝓcedere
in infinitū: q̄ꝛ in generatis ⁊ generātibꝰ ꝓcederet̄ in
infinitū: eo ꝙ sortes generabat̄ a patre suo: ⁊ iterum
pater ab alio: ⁊ sic in infinitū. Similiter cū aliq̄d alte
ratur ab extrinseco: vna pars aliā alterat: ⁊ illa alte-
ratur ab alia: ⁊ sic in infinitū: ex quo quodlibet conti-
nuum est diuisibile in infinitum.

Ad primū **Ad primū** dicit̄ ꝙ intellectus nō ꝓprie mo
uetur: tn̄ diuidit̄ in partē per se
mouētē que est intellectꝰ agēs: ⁊ in partē per se motā
que est intellectꝰ possibilis: ⁊ iste partes nō dicuntur
essentiales respectu ipsiꝰ intellectꝰ: sed solū potētia-
T.c.13. les: vt colligit̄ a Pho. ij. de aīa. Deinde dico ꝙ q̄n gra
ue mouet̄ deorsum. pars p̄mo mouēs est tota forma:
⁊ p̄mo mota est altera materialis pars: ⁊ nego ꝙ aliq̄
pars forme priꝰ moueat q̄̄ tota forma: immo posteriꝰ:
⁊ per accidēs ratione totiꝰ forme. Sil'r tota materia
primo mouet̄: partes aūt eiꝰ mouent̄ posteriꝰ: ⁊ per
Ad scdm accidēs. ¶ Ad scdm dico/ꝙ volūtas mouet̄ ab appe
tibili: sicut intellectꝰ ab intelligibili: ⁊ lapis mouet̄ a
virtute impssa a motore extrinseco post separationē
a ꝓiciēte: mare aūt fluit ⁊ refluit virtute lune: vnde
sicut magnes attrahēdo ferrū mouet ipsum s̄m oēm
positionis differentiā: ita luna hz virtutē attractiuā
vel attrahēdi mare per fluxū ⁊ refluxū: cum eñ fuerit
in oriente trahit mare versus oriens: ⁊ cum fuerit in
occidēte v̄sus occidēs. Cū autem est in pūcto medio
Ad tertiū. firmamēti quiescit mare. ¶ Ad tertiū dico ꝙ illa ꝓpo
8.phy.37. sitio est sic intelligēda. Q̄ncūq3 duo inuicē vniuntur
inequaliter: si impfectiꝰ pōt reperiri sine pfectiori: a
fortiori ⁊ pfectiꝰ sine minꝰ pfectio: ideo si posset repe-
riri accidēs sine subiecto ⁊ a fortiori subiectū sine ac-
cidēte. Cū igit̄ perfectiꝰ sit mouere q̄̄ moueri: ⁊ pōt
reperiri moueri sine mouere: a fortiori pōt reperiri
mouere sine moueri: ita ꝙ aliq̄d mouet ⁊ nō mouet̄.
Et si dicit̄ de p̄io motore ꝙ mouet̄ ad motū celi: hoc
negēt. Et ad ꝓbationē dico: ꝙ Ph̄s intelligit illam
ꝓpōnem de eo qd̄ est in alio: tāq3 pars preexistēs vel
Ad q̄rtum forma inherēs aut informās: modo primꝰ motor nō
est pars celi: nec forma informās vel inherēs: s3 solū
7.phy.3. forma p̄sens ⁊ indistās. ¶ Ad quartū dicit̄ ꝙ cū Ph̄s
dicit. In mouētibꝰ ⁊ motis nō est ꝓcedere in infinitū
intelligit̄ de motis ⁊ mouētibꝰ simul existētibus: ⁊ in
actu separato: modo l3 oēm motum p̄cesserūt infiniti
motores moti: illi nō fuerunt simul: deinde l3 infiniti
sint simul motores moti: illi tn̄ nō sunt in actu sepa-
rati: motores igit̄ moti actu separati ⁊ simul existen-
tes sunt solū infiniti: ⁊ de his loq̄tur Ph̄s: quare argu
menta non procedunt: quare ⁊c. ¶ Caput. xlj.

T.c.8. ternitatē autem motꝰ ꝯse-
Phy 2d.17. quēter restat ostē
Primū. dere ex intētione Phi. viij. Phys. ¶ Ubi
T.c.4. notandū est p̄mo s̄m Ph̄m ꝙ oīs motꝰ
p̄supponit mobile: ex quo motꝰ est actꝰ
entis i potētia s3 ꝙ i potētia ⁊ acq̄sitio
partis post partē: ⁊ ꝙ illud sit verū potest in singulis
motibꝰ demōstrari: sc3 in motu locali, augmētatiōis:
alterationis: diminutionis: alterationis: ⁊ nō solum
motus presupponit mobile: immo ⁊ mouens. Nam
cōbustio sicut presupponit cōbustibile: ita presuppo-
nit combustiuū: ⁊ augmētatio non solū presupponit
augmētabile: sed etiā augmentatiuū. ¶ Scd̄o notā- Scdm;
dum ex intētione Phi ibidem: ꝙ si nō semper fuisset
motus: sed aliq̄n incepisset anteq3 fuisset aliq̄s motꝰ:
hoc pōt quadrupliciter imaginari. Primo modo ꝙ
primꝰ motor: ⁊ primū mobile simul incepissent. Se-
cundo modo ꝙ primū mobile eternaliter fuisset: ⁊ ꝙ
primꝰ motor de nouo incepisset: ⁊ tunc etiā incepisset
primꝰ motus. Tertio modo ꝙ primꝰ motor eternal'r
fuisset: ⁊ primū mobile de nouo incepisset: ⁊ ꝙ tūc in-
cepisset motꝰ. quarto modo ꝙ tam primus motor q̄̄
primū mobile eternaliter fuisset: ⁊ ꝙ priꝰ motio non
eternaliter mouisset: s3 aliq̄n incepisset mouere post
quietē infinitā primi mobilis. ¶ His p̄missis pono Pria ꝯclo;
quatuor ꝯclusiones cū suis ꝓbationibꝰ: ex intētione
Phi. viij. Physi. quarū prima est ista. Impossibile est
primū mobile vel p̄mū motorē aliq̄n habuisse initiū
per inceptionē. Prima pars ꝓbat̄: nam si primū mo-
bile incipit esse: aut igit̄ mobile habuit esse ex nihilo.
Aut ex aliquo. Non ex nihilo: q̄ꝛ hoc oēs Phi abhor- T.c.5.
rent di. Omne qd̄ fit fieri ex aliquo p̄supposito sub- T.c.39.
iecto. j. Physi. Si ex aliquo igit̄ id prefuit ante primū
mobile: ⁊ per ꝯn̄s p̄mū mobile assignatū nō est primū
mobile. Scd̄a pars ꝓbat̄: nam si primꝰ motor incipit
esse: igit̄ p̄supponit aliquē motorē: ⁊ per ꝯn̄s nō est pri
mus motor. ¶ Scd̄a ꝯclusio. Impossibile est primum Scd̄a ꝯclo;
mobile ⁊ primū motorē eternaliter fuisse: ⁊ motū pri-
mi mobilis habuisse initiū per inceptionē. ꝓbatur: T.c.7.⁊.9;
nam ante motū p̄mi mobilis vel primū mobile quie
uisset naturaliter vel violēter non potest dici primū:
q̄ꝛ nō moueret̄ violēter: nec secūdū: quia nullū violētū
perpetuū: ⁊ ex alio: q̄ꝛ ante quietē violentā fuit mo-
tus naturalis: igit̄ iste nō fuisset primꝰ motus simpli
citer. Item si eternaliter primꝰ motor nō mouit: igit̄
habuit impedimentū qd̄ oportuit amouere: vel indi
guit aliquo instrumēto qd̄ postea habuit: sed nō po-
tuit amoueri impedimētū: nec applicari instrumētū
sine motu: igitur ante motū datum processit motus.
¶ Tertia cōclusio. Necesse est tēpus esse eternū: tam Tertia cō
a parte ante q̄̄ a parte post. ꝓbatur: nam si tempus clusio.
aliquādo incipit esse: ita ꝙ nūq3 fuit tēpus: igit̄ priꝰ T.c.10.
fuit nō esse tēporis q̄̄ esse: sed priꝰ ⁊ posteriꝰ sunt dif-
ferētie tēporis: igit̄ tēpus fuit anteq3 esset tēpus: qd̄
est impossibile. ¶ Itē si tēpus incepit esse: igit̄ in ali- T.c.11.
quo instāti: sed omne instās est principiū futuri ⁊ fi-
nis preteriti: igitur ante tēpus datū fuit tēpus: ⁊ per
ꝯn̄s nūq3 incepit esse tēpus simpl'r. ¶ Cōsimiliter po
test argui ꝙ nūq3 simpl'r desinet esse tēpꝰ. ¶ Quarta Quarta cō
cōclusio. Necesse est motū esse eternū a parte ante: ⁊ clusio.
a parte post. patet: quia tēpus est passio motꝰ: sed ne
cesse est tēpus esse eternū: igitur ⁊ motū. Item si ali-
quando incepit esse motus simpliciter aut igit̄: quia
mobile primū incepit esse: aut quia primꝰ motor ince
pit esse: aut quia post infinitā quietē primꝰ motor in-
cepit mouere primū mobile: sed nō pōt dari aliquod
illoꝝ ex prima ⁊ secūda cōclusionibꝰ ⁊c. ¶ Ex p̄dictis Correlariū
sequitur primo ꝙ necesse est mundū esse eternū tam a
parte ante q̄̄ a parte post: q̄ꝛ nō potest esse tēpus vel
motus sine mobili ⁊ motore: sed hec non possunt esse
sine mūdo: igit̄ ⁊c. ¶ Secūdo sequitur ꝙ necesse est ali- Correlariū
quem effectū esse eternū tam a parte ante q̄̄ a parte
post. ptz: quia motꝰ ⁊ tempus sunt effectus primi mo
bilis ⁊ primi motoris: sed hec sunt eterna tam a par-
te ante q̄̄ a parte post: igitur ⁊c.

Contra predicta arguit̄: ⁊ p̄mo cōtra eterni- Primum
tatem tēporis sic. Quodlibet instās
preteritū aliq̄n fuit futurū: igit̄ totū tēpus preteritū
aliq̄n fuit futurū: ⁊ per ꝯn̄s aliq̄n fuit ita ꝙ nullū tp̄s
erat: antecedēs est notū ex suis exponētibus. ⁊ ꝓbat̄
ꝯn̄a: nam si quodlibet instās preteritū aliq̄n fuit fu-
turū: igitur tunc non fuit aliquod instās preteritū: et
per ꝯn̄s tūc nō fuit aliquod tēpus. ¶ Secūdo arguit̄

cōtra eternitatē motus sic. Nihil est eternū quod est
finitū ex vtraq͛ parte:sed mot⁹ primi mobilis est hu-
iusmodi:igit̄ ⁊c. maior ptȝ de se:⁊ minor est Philo.v.
c.3.et.7 Physi.di.ꝙ oīs mot⁹ est ab aliquo in aliq̄d:⁊ per ꝯn̄s
est finitus ex vtraq͛ parte. ¶Itē si totus motus pre-
teritus est pertrāsit⁹:igit̄ totus mot⁹ futurus potest
esse pertrāsit⁹:igit̄ nullus mot⁹ est infinit⁹ ⁊ eternus:
ptȝ ꝯn̄a:quia infinitū nō pōt pertrāsiri:p̄ma ꝯn̄a ptȝ:
ertiū. quia si duarū magnitudinū equaliū vna potest esse
.physi. pertrāsita:altera pōt esse pertransita. ¶Tertio ar-
8. guit̄ ꝙ nō sit etern⁹ a parte post per diffinitionē mo-
tus Cōmen.que est ista. Mot⁹ est acq̄sitio partis post
partē termini ad quē tendit res mota:igit̄ mot⁹ celi
est ad aliquē terminū ad quem:⁊ per ꝯn̄s est finit⁹ a
parte post. ¶Et cōfirmat̄ mot⁹ prim⁹: aut est ꝓpter
finē:aut nō:si nō:igit̄ est casualis ⁊ nō per se inten⁹ ab
T.c.44. agēte:qḋ est cōtra Phm.ij. Phy. Si ꝓpter finē aut igi
tur ille finis pōt haberi vel nō:si nō:igit̄ finis est fru-
stra ⁊ vanus:si sic igit̄ habito illo fine cessabit mot⁹.
Quartū. ¶Quarto arguit̄ ꝙ mūdus nō sit etern⁹: q͛ omē cō-
positū ex materia ⁊ forma aliqn̄ corrumpet̄.j.celi.sed
Cōmē.20. mūdus est hmōi:igit̄ non est eternus a parte post.et
Cō.52. arguit̄ ꝙ nec a parte ante:q͛ tūc species forēt eterne
T.c.20. a parte ante:⁊ per ꝯn̄s īfiniti hoīes fuissent:sed cuius
T.c.30. libet hoīs fuit aīa incorruptibilis.iij.de aīa:igit̄ iam
T.c.48. infinite aīe sunt:⁊ per ꝯn̄s iam est infinit⁹ numer⁹ ali
quorū separatorū inuicē:qḋ est cōtra Phm:et.j.celi.
Ad primū. **Ad primū** negēt ꝯn̄a:et ad ꝓbationē iterū
negetur ꝯn̄a:q͛ arguit̄ a termi-
no stante cōfuse tm̄ ad terminū stantē discrete seu a
superiori ad suū inferius affirmatiue:q͛ ly aliqn̄ stat
ꝯfuse tm̄ in antecedēte ⁊ in ꝯsequēte:ly tūc stat discre
te:sicut nō seq̄tur:omne aīal fuit aliqn̄:igit̄ omē aīal
Ad scḋm. fuit tunc antecedēs em̄ est verū et ꝯn̄s falsum. ¶Ad
secūdū dicit̄ ꝙ motū esse a termino in terminū est du
pliciter:scȝ ꝯm se totū ⁊ ꝯm partē. primo modo nō est
verū:omē motū esse ex aliquo in aliq̄d:sed bene scḋo
modo:⁊ sic intelligit Phs. ¶Et ad ꝯfirmationē dicit̄
5. physi.13. ꝙ infinitū ea parte qua est infinitū non pōt esse per-
et.7. transitū:sed bene ea parte qua est finitū. Ideo mot⁹
p̄teritus est pertrāsit⁹:q͛ est finit⁹ a parte post:sed q͛
mot⁹ futur⁹ nō est finit⁹ a parte post:ideo talis non
pōt esse pertrāsit⁹. Et ad rōnem duarū magnitudinū
equaliū si vna pōt esse pertrāsita ⁊ reliqua: cōcedo:sȝ
Ad tertiū. nulla duo infinita sunt equalia:vt alīs ostendā. ¶Ad
tertiū respōdet̄ sicut ad scḋm:q͛ oīs mot⁹ est ad ter-
minū ad quem rōne toti⁹ vel partis:⁊ sic est de motu
eterno:q͛ ille nō est ad terminū ad quē ꝯm se totum:
sed ꝯm partē:scȝ qui est de oriēte in occidēs. ¶Et cū
2.C.20. querit̄ vtrū mot⁹ prim⁹ sit ꝓpter finē vel nō dicit̄ ꝙ
sic:sed primaria intētione nō est ꝓpter aliquē finem
T.c.36. acquirendū:ꝯm Comen.xij. Meta.di.ꝙ aliqs motus
est ꝓpter aliquē finē acq̄rendū:⁊ aliq͛ mot⁹ est pro-
pter aliquē habitū ꝯseruandū:vnde hō aliqn̄ ambu-
lat ꝓpter sanitatē habitā ꝯseruandā:⁊ hoc modo in-
telligētie mouētes celum mouēt ꝓpter perfectiones
quas habēt ad ꝯseruādas:nō vt perfectiones acqui-
T.c.55. rant:per hec enim ꝙ mouēt celū sunt cause hoꝝ infe
riorū:⁊ hec est perfectionis in eis. ¶Ista aūt ꝓposi-
tio Phi.j.de generatione:habito fine cessat mot⁹:in-
telligit̄ de motu qui est ꝓpter perfectionē acq̄rendā:
Ad quartū ⁊ nō de motu qui solū est ꝓpter perfectionē ꝯseruādā
Cō.p̄mo.c. quare ⁊c. ¶Ad quartū dicit̄ ꝙ nō omne compositū ex
16. materia ⁊ forma aliqn̄ corrumpet̄. Et ad Phm dicit̄
ꝙ loq̄tur de materia cui annexa est priuatio: ⁊ que
est potētia ad esse:modo celū qui est p̄ncipalior pars
mūdi nō habet talē materiā. Deinde cōcedo ꝙ spe-
cies sunt eterne:⁊ ꝙ infiniti hoīes fuerūt:⁊ cuiuslibet
Cōmē.5. hoīs aīa fuit incorruptibilis. Sed ex hoc nō seq̄tur ꝙ
iam sint infinite:q͛ vnicus est intellect⁹ in oībus ho-
minib⁹ ꝯm Phm et Cōmentatorē in tertio de anima.
Deo gratias. Amen.

¶Expleto libro Physicorum/qui est prima pars istius summe. Incipit secunda pars que correspondet libro de celo.

¶Caput primum.

Ciētia naturalis fere plurima circa corpora:magnitudines: atq͛ horum affectus: motusve:⁊ insuper circa principia:que sunt substantie talis:versari videtur. Eorum enī que natura sunt:alia sunt corpora:magnitudinesve:alia corpora ac magnitudinē habēt: alia principia habentiū sunt. Continuū igitur est:qḋ in diuisibilia semper diuisibile est. Corpus aūt est:quod est diuisibile omni ex parte. At magnitudinis ea quidē que ad vnū est diuisibilis:linea est. Ea vero que ad duo sup̄ficies:at ea que ad tria est corpus. Atq͛ preter has nulla alia prorsus est magnitudo:ꝓpterea quod ipsa tria oīa sunt:⁊ ter ipsum omni ex parte:nā vt Pytagorici etiā inquiunt ipsum omne:ac oīa trib⁹ sunt definita: finis em̄ mediū:atq͛ principiū ipsi⁹ oīs numerū habēt:hec aūt trinitas. Quapropter hoc a natura numero sumpto: perinde atq͛ quadā illi⁹ lege:⁊ in deoꝝ sacrificiis celebrādis vti solem⁹. Assignamus insuper ⁊ appellationes: hoc modo:duo enim ambo dicim⁹:⁊ duos ambos:atq͛ vtrosq͛ nō oēs:at de trib⁹ hanc appellationē dicim⁹ primo. Hec autem ita dicim⁹:quia seq̄mur vti diximus ipsam sic ꝓficiscētē naturā. Quare cum oīa:omne atq͛ perfectum inter sese nō differāt forma:nisi materia tm̄: est hisce de q̄bus dicunt̄. Corpus profecto:magnitudinū solū perfectū erit:solum enim istis trib⁹ est definitū:hoc autem est omne:atq͛ cū sit trib⁹ ex partibus diuisibile:omī ex parte:atq͛ oīno est diuisibile. Ceterarū autē magnitudinū altera ad vnū: altera ad duo est diuisibilis:nam vt numerū subeūt:sic ⁊ diuisiōis ꝯtinuariōisve participes sunt: alia enim ad vnum cōtinua est : alia ad

duo:omn

*ADDITIO. Uniuersũ perfectũ esse necesse est: nam vnumquodque particulariũ corporũ perfectũ est: oẽs enim dimẽsiões hz: q̃ tactu vnũquodque ad primũ vniuersũ ↄsti tuunt vnũ: cui⁹ ea ipse sunt partes. Est igitur vniuersũ perfectum: vt pote quod omnia sub alio tũ ↄplectatur perfectiones: dictũ non ab re vniuersũ: quod oia ĩ ipso versentur.

duo omni ex parte: atque oino est talis. Que igitur magnitudinũ sunt diuisibiles: ee cõtinue quoque sunt. At si oẽs quoque continue diuisibiles sint: nondũ ex hisce que nunc diximus patet. Verũ illud emersit: in aliud inquam genus e corpore migrationẽ nõ esse: vt ex longitudine in superficiẽ: ⁊ ex superficie fit in corpus. Non enim talis pfecto magnitudo perfecta erit: fiat enim egressio ratione defectionis necesse est. At perfectũ defectionẽ habere negãt. Est enim omni ex parte: eorum igitur corporũ que partis subeunt formã: tale est vnũquodque per rationẽ: oẽs enim habẽt dimensiones. Attamen ad id qd̃ est propinquũ tactu est definitum: iccirco corporum vnũquodque multa quodãmodo est. Ipsum autem omne ac vniuersum * cuius hec sunt partes perfectũ esse necesse est: ⁊ omni ex parte atque omnino vt nomen ipsum significat: ⁊ nõ partim esse partim non esse.

¶ Caput primum de celo ⁊ mundo.

Primum. T.c.56.5. me.16. Cõ.6.

Finita parte prima in qua de motu agitur in cõi: iam ad motus speciales descendẽs: iuxta processum Aristo. de motu locali qui est primus motuũ: pars hec secũda suum deducet sermonem. ¶ Et ideo primitus est notandũ s̃m doctrinam phy. viij. physi. q' prius dicitur dupl'r. s̃m naturã: perfectionẽ ⁊ temp⁹. Prius secũdũ naturã dicit̃ esse id quod põt esse sine alio: non ecõtra: ⁊ sic vnum est prius duob⁹: secũdum Cõmen. qi duob⁹ existentibus vnũ est: ⁊ non ecõtra. Prius perfectione dr̃ esse illud qd̃ est altero pfectius: ⁊ sic mixta dicunt̃ priora elemẽtis: sed non primo modo. Sed illud est prius tẽpore qd̃ excedit illud secũdũ aliquod tẽpus: ⁊ sic pater est prior filio: sz nõ scd̃o modo: quia cum sint eiusdẽ spẽi specialissime: etiaz sunt eiusdẽ perfectionis essentialis.

Secundũ T.c.57.

¶ Secũdo notandũ: iuxta doctrinã phi. ibidẽ: q' in motib⁹ est ordo prioritatis. et posterioritatis: eo q' augmẽtatio p̃supponit alterationẽ: ex alteratio p̃supponit motum localem. Nam id s quo aliud auget̃ sz alimentũ est in principio dissimile: ⁊ in fine cõuersum in naturã alteri est simile: ⁊ econuerso: in diminutiõe. Quod autem aufert̃ ab aliquo in p̃ncipis est simile ⁊ in fine dissimile: sz a similitudine ad dissilitudinẽ: nec a dissimilitudine ad similitudinẽ fit trãsubstãtiatio: nisi per alterationẽ p̃cedentẽ: igitur omnẽ motũ ad quantitatẽ precedit alteratio: deinde, si aliquid alteret̃: oportet q' ibi sit alterans faciens in actu preexistens in potentia: vt qd̃ fuit in potẽtia calidũ faciat in actu calidũ: sed certuz est q' alterans non semper alterat: ergo oportet alterans aliqñ appropinquari alterabili: sed appropinquatio non fit sine motu locali: igit̃ alteratio presupponit motũ localem: ⁊ ↄsequenter gñatio ⁊ corruptio presupponũt illum: qi generatio ⁊ corruptio fieri nõ p̃nt sine alteratione precuia.

P'ria ↄclo. T.c.73.⁊ 74.

¶ His visis pono q̃tuor ↄclusiones: quarũ prima est ista de intẽtione phi. viij. physico. cuz suis probationibus. ¶ Prima conclusio. Nullus alius motus a motu locali est cõtinuus perpetuus: probatur sic: nullus motus existens inter contraria est continuus ⁊ perpetuus: sed omnis motus alius a motu locali est huiusmodi: igitur maior patet: quia omnis talis motus inter contraria claudit̃ terminis: ⁊ per consequens est finitus ⁊ nõ perpetu⁹ minor vero est nota inductiue: eo q' omis talis est de contrario in contrarium: s̃m ph̃m. v. physi. etiam est ostẽsum in prima parte huius.

T.c.26. Scd̃a ↄclo. T.c.76.

¶ Secũda conclusio. Nullus motus alius a motu circulari est continuus et perpetuus: probatur: nullus localis recte, nec mixtus ex recto ⁊ circulari potest esse continuus ⁊ perpetuus igitur a fortiori, nec aliquis alius.

T.c.64. et 67.

Prima pars antecedẽtis probat̃: null⁹ motus rectus põt esse perpetuus, nisi sit reflexus: sz null⁹ motus reflex⁹ potest esse continuus: vt probatum est in libro primo: igitur nullus motus rectus potest esse cõtinus ⁊ perpetu⁹. Et ex hoc sequit̃ veritas scd̃e partis antecedẽtis: qr si duo mot⁹ recti ⁊ reflexi nõ possunt ↄtinuari: per idem nec duo quorũ vn⁹ est rect⁹: ⁊ alter circularis.

Tertia cõclusio. T.c.73.

¶ Tertia ↄclusio. Possibile est motum circularem esse perpetuum ⁊ semper cõtinuum: p̃batur: illud est possibile ad quod non sequitur aliquod impossibile: sz ad motum circularem esse perpetuũ et semper cõtinuuz nõ sequitur aliquod impossibile: igitur illud est possibile: minor probatur per hoc: quia in motu circulari semper seruatur idem ordo partium mobilis qui nõ seruatur motu in recto. ¶ Item si aliquod inconueniens sequeretur maxime esset q' idem moueret̃ motibus contrariis: sed hoc non sequitur: qi cõtrarietas motuum localium attenditur penes lineã rectã ⁊ penes terminos cõtrarios: ⁊ potest fieri per eãdem viã sed hec non reperiuntur in motu circulari: quare ⁊c.

Quarta cõclusio.

¶ Quarta conclusio. Motus localis est primus motuũ prioritate nature ⁊ prioritate tp̃is ⁊ prioritate pfectionis. Prima pars arguitur. Perptuum est prius non perpetuo prioritate nature: sed mot⁹ localis est perpetuus: alij autẽ non sunt perpetui: cũ sint discontinui: igitur: ⁊c.

T.c.56. T.c.68.

Secunda pars arguitur eodẽ modo. Sed tertia sic ostẽditur. primo: qi posterius via gñationis est prius via perfectionis: sz motus localis est hmõi: vt patet ĩ animalib⁹: igit̃: ⁊c.

Secũda

Secũdo id qd̃ paucioribus attribuit̃ pfectius est: sed motus localis paucioribus attribuit̃ q̃ alij motus: quia nõ plantis nec alijs animalib⁹ imperfectissimis: igit̃ ⁊c.

Tertio T.c.59.

Tertio ille motus est perfectior q̃ nõ abijcit de substãtia: sz solus mot⁹ localis est hmõi: igit̃ ⁊c.

Quarto.

Quarto: ille motus est perfectior q̃ cõpetit pfectiori corpori: sz mot⁹ localis est talis: qr ↄpetit corpori celesti. ¶ Ex p̃dictis sequit̃ q' solus mot⁹ localis circularis est simpl'r prim⁹ motuũ quslibet illarũ triũ p̃oritatũ: prz: qi solus ille est perpetuus ⁊ semper cõtinuus: vt patet.

Primum.

Contra quartam cõclusionẽ arguit̃: ⁊ primo q' motus localis nõ est prim⁹ prioritate nature: qi sicut in aliquo reperitur mot⁹ localis sine motu alterationis: ita ecõtra aliqñ reperitur motus alterationis sine motu locali: vt in aqua seipsam reducente ad frigiditatem.

Secundũ T.c.17. T.c.55.

¶ Scd̃o arguitur q' non sit prim⁹ prioritate temporis: quia gñatio est eterna. j. ⁊. ij. de gñatione: igitur alteratio est eterna: patet cõsequẽtia: cum generatio presupponat alterationem: sed nihil est prius eterno prioritate temporis: igit̃ ⁊c.

Tertiũ

¶ Tertio arguit̃: q' nõ sit prior prioritate pfectiõis: eo q' ille mot⁹ est perfectior qui est ad perfectiorẽ terminũ: sed alij motus a motu locali sunt hmõi: igit̃ ⁊c.

T.c.4.⁊ 48.

maior patet. v. phy. c. vbi Ph̃s vult q' motus specificetur a termino: minor aũt declarat̃: eo q' augmentatio est ad quãtitatẽ: alteratio ad qualitatem: generatio ad substantiam: ⁊ motus localis ad vbi: modo certum est q' vbi: cũ sit quidã respectus non est tãte perfectionis: sicut substantia quãtitas ⁊ qualitas: q̃ sunt absoluta.

Quartũ

¶ Quarto arguit̃: q' mot⁹ circularis nõ sit prior recto: qr linea recta est prior linea circulari: igit̃ motus rectus est prior circulari: patet consequentia: quia motus rectus mensurat̃ penes lineã rectã ⁊ circularis penes lineã circularẽ: antecedens arguit̃: eo q' mensura' est prior mensurato. x. metaph. sed linea recta est mensura linee circularis: quia circulus men

suratur per dyametrum eius: igitur &c.

Ad primū. **Ad primū** dicitur q̄ licet in aliquo sit motus alterationis in quo pro tūc non sit motus localis: tamen in eodem vel in aliquo alio prius fuit motus localis: si enim aqua se reducat ad frigiditatem: igitur primo fuit calida: igitur prius mouebatur localiter aliquod alterans: vel ecōtra: potest tamē dici: q̄ dum aqua se reducit mouet localiter: q̄ dum se reducit frigescit: & dum frigescit cōdensatur: et dum condēsatur mouetur localiter: quia partes continue ppinquius iacent: igitur &c.

Ad secūm. ¶ Ad secundū nego q̄ generatio sit eterna: quia quacūq̄ generatione capta: illa non est eterna cum sit a termino a quo ad terminū ad quē. Et ad Phm dicitur q̄ intellexit eam isto modo: eternaliter fuit generatio: nullus enim diceret q̄ aliquis homo sit etern⁹: sed bene eternaliter fuit aliquis homo: igitur &c.

...ge. 17. ...2. ct. 55.

Ad tertiū. ¶ Ad tertiū dicitur q̄ licet denominatio & specificatio motus sit a termino ad quem: nō tamen nobilitas & perfectio est generaliter ab illo termino: vnde perfectio augmētationis & alterationis est a termino ad quem: quia albefactio est mot⁹ nobilior q̄ sit frigefactio: quia nobiliorē habet terminū ad quē: sed perfectio motus localis attendit penes nobilitatē & perfectionē sui subiecti: & ideo motus circularis est perfectior motu recto: quia habet perfectius & nobilius subiectū.

Ad quartū. ¶ Ad quartū nego q̄ linea recta sit prior linea circulari. Et cū dicit linea recta est mēsura linee circularis: dicit q̄ nō simpliciter: nec quo ad naturā: sed solū quo ad nos. Et si arguitur sic: rectum est iudex sui & obliqui. j. de aīa. ergo linea recta mēsurat & notificat lineam circularē: tam quo ad naturā q̄ quo ad nos negat ɔ̄ña: quia linea circularis nō est linea obliqua: nam obliquū est illud cuius mediū exit ab extremis: sed linea circularis nō habet extrema: et cōsequēter nec mediū: igitur nō est obliqua: vnde obliquitas est pura priuatio rectitudinis: sed circulus vel circulatio est forma ita positiua sicut rectitudo: quare &c.

T. c. 86. ...15.

¶ Caput secundum.

OE ipsius igit̄ vniuersi natura: siue sit magnitudine infinita siue tota mole finita posteri⁹ cōsideremus oportet. Nunc de partib⁹ ipsius per speciē dicendū esse videtur: huic exordio sumpto. Omnia nāq̄ corpora naturalia magnitudine mobiles per se loco dicimus esse: naturam enim principiū ipsis infinitū esse motus asserimus: omnis aūt motus ad locū accōmodat⁹: quē lationē cōsueuim⁹ appellare: aut rect⁹ est: aut circularis: aut ex hisce mixt⁹. Simplices em̄ ij duo sunt soli: ppterea q̄d & magnitudies he solū simplices sunt: recta & circularis: circularis igit̄ is est: q̄ circa mediū fit. Rectus aūt quo sursum itur: atq̄ deorsū ea sursū iri dico: q̄ e medio pergit̄. Eo ꝑo deorsū q̄ ad mediū pficiscit̄. Quare lationū simpliciū aliā ad mediū aliā circa medium esse necesse est. Atq̄ hoc cū ratione: ea que in initio dicta sunt secutum esse videtur. Nam & corpus tribus confectū est: & ipsius etiā motus. Cum autem corporū: alia simplicia sint: alia ex hisce composita: atq̄ ea simplicia dico: que motus fm̄ naturā principiū habent: vt ignem: terram: horūq̄ species: et ea que sunt hisce ppinqua. Motiones etiam: alias simplices: alias quodāmodo mixtas esse necesse est: simplicium q̄dem simplices: compositorū aūt mixtas: moueriq̄ cōposita nutu eiusce simplicis q̄d in his ipsis dominat̄ ac superatur. * Si igit̄ simplex in ratione rerū est motus: cōuersio aūt motus est simplex. At corporis simplicis simplex est motus: & simplex mot⁹ corporis simplicis est. Nam si cōpositi sit: per id illi simplex q̄d superat competit. Simplex quippiā esse corpus in ratione rerum pfecto necesse est: quod q̄dem sit aptū circulari motu suapte natura ferri. Et enim fieri potest: vt vi quippiā eo moueatur motu: qui ad aliud corpus accōmodatur: at vt eo moueatur fm̄ naturā fieri nequit. Si vniuscuiusq̄ corporis simplicis vnus sit motus ei competēs fm̄ naturā. Si isce preterea motus qui preter naturā est: ei qui fm̄ naturam est aduersatur: vnumq̄ vni contrarium est: cum cōuersio sit motio simplex: si non fm̄ naturā ei corpori quod fertur inest: preter naturā insit eidē necesse est. Si igit̄ ignis sit quod aduersatur: aut quippiā aliud tale: naturalis ipsius motus cōuersioni cōtrari⁹ erit. At vnum vni contrariū est: atq̄ motus ij quibus infera superaq̄ loca petuntur: inter sese contrarij sunt. Sin vero quippiā aliud corpus adsit: quod preter naturam in orbem fertur: erit alius quispiam motus ipsius fm̄ naturā. At id esse non potest: nam si sit isce motus quo sursum itur: ignis vel aer erit. Sin isce quo deorsum accedatur: terra erit vel aqua. At vero talem lationem & primam esse necesse est: perfectū enim imperfectum antecedit natura: atq̄ circulus quidem perfectū est: linea vero recta nulla est sane perfecta: neq̄ em̄ infinita: terminū enim atq̄ finem haberet: neq̄ finitarū vlla ratio. Est enim quippiam extra omnes: quippe cum fieri possit: vt cuius incrementum addatur: quasi si prior quidem motus corporis

*ADDITIO. Corporū simplicium vt ignis: aeris: aque: terre mot⁹ esse simplices: & compositorum mixtos: tamē accidit fm̄ predominans moueri. Sūt ei simplicia corpora quorū fm̄ locum natura mouendi solū vnū principiū est. Cōposita vero quorū sunt plura.

sit prioris natura: conuersio vero priori sit recto: atq; ipse rectus corporũ sit simplicium motus: ignis enim loca recto motu supera petit: ⁊ terra corpora eodem ad infera mediũq; feruntur: ⁊ ipsam sane conuersionẽ cuiuspiaz corporis simplicis esse necesse est. Mixtorũ enim lationem eiusce nutu simplicis fieri diximus: quod in mixtione dominatur ac supat. Ex his igitur patet aliã quãdã in ratione rerum corporis substantiaz esse: preter eas corporuz constitutiões que hic sunt diuiniorẽ his vniuersis atq; priorẽ. Preterea si mot⁹ oĩs aut ſm nãz aut pter nãz est: ⁊ q̃ motuũ est cuipiã preter naturã: is alij naturalis est: qd quidem intueri licet in hisce motibus quib⁹ sursum itur: atq; deorsum: alter enim igni: alter terre ſm naturã: ⁊ preter naturam est: conuersionẽ etiã cũ horũ respectu sit preter naturã: alij cuipiã cõpetere ſz naturã necesse est. Insuper si cõuersio cuipiã competit ſz naturã: patet esse quippiam corporũ simpliciũ: atq; primoruz qd quidem sic suapte natura versatur vt ignis sursum ⁊ terra deorsum fertur. Si vero corpora que versant̃ circa medium preter naturã ferunt̃: mirabile sane metasq; penitus egredi rationis videtur hunc solum motuuz cõtinuũ esse perpetuũve: qui quidẽ preter naturam istis corporib⁹ inest: in ceteris enim ea q̃ preter naturã sunt: citissime corrũpi: pariterq; videntur. Quare si ignis sit id quod versatur: vt quidam inquiunt: nõ minus hec motio preter naturã est ipsi: q̃ ea qua infera loca petũtur: ignis enim eum esse motuz videmus: quo recta pergitur e medio sursum. Quapropter ex his omnibus quispiam rõnib⁹ corp⁹ q̃ppiã aliud esse crediderit: preter ea corpora q̃ hic et circa nos sunt: separatuz: tanto prestabiliorem habẽs naturã: q̃to plus ab istis corporibus distat.

Capitulum secundum.

Quarta cōclusio. ¶ Quarta conclusio. Impossibile est continuū componi ex indiuisibilibus. probatur: nam si componerenť ex indiuisibilibus: ⁊ alique partes ex quibus aliquid componitur sunt immediate: igiť aliqua indiuisibilia forent immediata in eodē continuo: qđ est improbatū. ¶ Ista conclusio probatur multipliciter: saltem ꝙ non componatur ex indiuisibilibus finitis: nam sequitur primo ꝙ dyameter est cōmensurabilis coste eiusdē proportione rationali: quod est contra Euclidem. primo elementoꝝ: ⁊ probatur ꝯsequentia: si costa componiť solum ex punctis finitis ⁊ dyameter similiter: ⁊ cum oīm punctoꝝ finitoꝝ ad alia pūcta finita sit proportio rationalis sequitur intentum. ¶ Secūdo seqtur: ꝙ non quelibet linea est diuisibilis in duo equalia: quod est cōtra mathematicos. et ꝓbatur ꝯsequētia: dato ꝙ vna linea componatur solum ex quinqȝ punctis: necessario enim facta diuisione saltem per intellectum duo puncta erunt ex vna parte ⁊ tria ex alia: quia punctus nō potest diuidi in duas medietates. ¶ Tertio sequitur: ꝙ linea media trianguli est equalis basi eiusdem consequens est impossibile: ⁊ probatur consequentia: ponendo ꝙ basis sit solum sex punctorum basis ad conum cōtingat lineam rectam ducere: sequitur ꝙ sex linee trahuntur a basi ad conum transeūtes per medium trianguli: igitur in linea media sunt sex puncta per que ducūtur sex linee a base ad conum. ¶ Quarto sequitur: ꝙ circulus maior est equalis minori. ꝓbatur: pono ꝙ a sit vnus circulus cōtinens alium circulū minorem qui sit b. ⁊ probo ꝙ a et b: sunt equalia: quia tot sunt puncta in b: quot in a. probatur: ⁊ pono ꝙ a quolibet puncto a ducatur linea recta ad centrum: cum ergo quelibet illarum linearum transeat per aliquem punctum b: et impossibile est duas lineas transire per eundem punctum: sequitur ꝙ tot sunt puncta in b quot in a. ¶ Quinto sequitur ꝙ est dare minimum circulum quod est cōtra mathematicos. patet: quia non posset dari minor circulus q̄ trium punctorum. ¶ Sexto sequitur ꝙ dyameter alicuius quadrati est equalis coste. patet: dato ꝙ a quolibet puncto coste ad costam oppositam trahatur vna linea recta quo posito certū est ꝙ iste linee euacuabūt omnia puncta dyametri: sed tot sunt puncta coste quot sunt linee euacuantes dyametrum: igitur tot sunt puncta coste quot sunt puncta dyametri. ¶ Septimo sequitur ꝙ aliquis est motus quo non posset dari motus in duplo tardior. probatur: supposito ꝙ mobile pertranseat spacium quinqȝ punctorū cum igitur motu in duplo tardiori pertranseatur spatium subduplū: et illud spacium non habeat subduplū sequitur intentum. ¶ Octauo sequitur ꝙ omnes motus facti in eodem tempore sunt eque veloces: quia quilibet illorum motuum componitur ex mutatis esse: ⁊ tot sunt precise mutata esse in motu illo quot sunt instantia in tempore: cum ergo tot sunt instantia in tempore quot sunt mutata esse in illis duobus motibus ⁊ ecōtra. sequitur ꝙ mutata esse illorum motuū sunt equalia ⁊ cōsequenter illi motus sunt eque veloces: multa alia possunt adduci inconuenientia contra ponētes cōtinuum componi ex indiuisibilibus: scȝ ꝙ nihil potest condensari vel aliquid rarefieri nisi ponendo vacuum ⁊ multa que sunt impossibilia.

Contra predicta arguitur. et primo ꝙ non sint talia indiuisibilia in rerum natura: quia cum talia non possint esse nisi accidentia sequitur ꝙ habeant subiectū materiale: ⁊ sic aliquod est materiale subiectū: quod est indiuisibile simpliciter: vel ꝑm aliquā dimensionē: qđ est impossibile: imo sequitur ꝙ aliquid circulariter mouetur: ⁊ non quelibet eius pars mouetur: quia centrū eius non moueť: ⁊ cum sit accidens alicuius partis illius sequitur ꝙ aliqua pars illius non mouetur: quia moto aliquo mouētur omnia accidētia illius. Primum.

Scōm. ¶ Secūdo arguitur ꝙ sint immediata: quia diuidatur vna linea in duas medietates: ⁊ tunc termini illaꝝ medietatū sunt duo puncta que videntur prefuisse in tota linea: sed non prefuerūt medietate: quia tunc inter illa fuisset linea media ⁊ iam per diuisionē nō essent extrema. Si autem dicitur ꝙ vna istarum linearū habet punctū qui primo erit mediū ⁊ non alia: hoc non est rationabile: quia non est ratio quare in vna medietate manet et non in alia. Deinde alia medietas maneret sine terminis: quod est impossibile.

Tertiū. ¶ Tertio arguitur ꝙ nō inter quecūqȝ duo pūcta cadit linea media ⁊ in qualibet linea infinita puncta: quia ex quo puncta non sunt de essentia linee sed solum accidētia eius: pono ꝙ deus corrumpat omnia puncta nullo alio corrupto quo admisso sequitur ꝙ linea adhuc manet: ⁊ est sine punctis: igitur ⁊c.

Quartū. ¶ Quarto arguitur ꝙ continuum componitur ex indiuisibilibus: quia numerus componitur ex vnitatibus: igitur pariformiter continuum ex indiuisibilibus: patet cōsequentia a sufficienti similitudine: antecedens ptz per aristo. in predicamentis di. numerus est multitudo ex vnitatibus aggregata. Et cōfirmať authoritate phi. j. poste. di. substantia linee est ex punctis: igitur linea componitur ex punctis tanq̄ ex suis partibus.

Ad primū. **Ad primū** dicitur ꝙ puncta linee ⁊ huiusmodi sunt accidētia in subiecto et nō tamen subiectū illoꝝ est aliquo modo indiuisibile: quia nō habēt subiectū adequatū nec per se: sed

solum per accidens ratione corporis de predicamēto quantitatis quod per se habet subiectum materie adequatum: ⁊ ita non est inconueniens subiectum alicuius accidentis moueri prime accidente non mo-
ad scdm. to: vt patet de centro circuli. ¶ Ad secundū dicitur ꝙ in diuisione linee duo puncta necessario generantur: ⁊ punctus super quem fit diuisio corrumpit: ⁊ ex hoc habetur ꝙ extrema illarū medietatū nō prefuerūt in tota linea: ⁊ si iterum vnirentur ille due medietates corrumperentur ambo puncta extrema ⁊ generatē
Notandū. vnum de nouo copulans inuicem illas duas medietates. ¶ Intelligendū tamen ꝙ non est incōueniens duo indiuisibilia esse imediata in diuersis continuis quia superficies loci ⁊ superficies cōuexa locati sunt
ad tertiuz immediate: ⁊ cōsequēter linee ⁊ puncta illarū superficierum: sed in eodē illud esset bene impossibile. ¶ Ad tertium dicitur ꝙ lz puncta non sint de essentia linee tamen presupponūtur illi ordine nature: ⁊ quia non stat prius corrumpi posteriori manente: ideo impossibile est corrumpere omnia puncta linea remanēte.
ad quartū ¶ Ad quartū dicitur pro nunc negādo cōsequētiā: ꝙ vnitates ⁊ numeri possunt esse imediate in eodē numero: sed indiuisibilia nō possunt esse immediata in eodem ꝯtinuo: ideo stat vnitatē esse partem numeri: ⁊ non indiuisibile continui. Et ad Phm .j. Posterior. Respōdetur ꝙ ipse intelligit diffinitionē essentialē ⁊ substantialē linee esse ex punctis: eo ꝙ puncta ponūtur in diffinitione linee: nō tamen sunt partes linee: quia diffinitio linee data per puncta est per additamenta: quare ⁊c.

¶ Caput secundum.

Dicamus autem deinceps oportet nunduz non solūz vnum esse: sed etiaz plures esse non posse: ⁊ insuper ꝑpetuum esse. Cuz neqꝫ corruptionēz neqꝫ generationē subire possit: primo dubitatiōe de ipso allata. Nā si hoc pacto considerauimus impossibile esse videbitur vnum ipsum ac solū esse. Uniuersis enim rebus que aut a natura aut ab arte sunt facte: aliud est ipsa per seipsaz forma: ⁊ que est cū materia mixta. Ceu sphere forma: alia est ⁊ aurea atqꝫ enea sphera. Et circuli rursus alia est ipsa forma ⁊ eneus circulus ligneusue. Sphere nanqꝫ qui ditatem aut circuli assignantes: nō aurū non es in ratione dicemus quippe cuz hec substantie hisce non sint. Si vero eneam aut aureā spheraz dicem⁹: etiā si preter singulare quicqꝫ aliud intelligere aut sumere non possumus: interdum enim vt hoc accidat, nihil obstat. Ueluti si solus vnus circulus fuerit sumptus: non minus eīn aliud esse circuli ⁊ huius circuli erit: ⁊ illud quidem forma: hoc aūt in materia forma erit ac singulare. Cū igit̄ celū sensibile sit: singulare erit ꝑfecto. Sēsibile eīn oē ī materia ē. si singulare aū ē aliō esse huiusce celi: ⁊ celi simplr erit. Est ergo aliō hoc celū: ⁊ simplr celum. Atqꝫ hoc est vt species atqꝫ forma: illud vt cum materia mixtū. Quorū autem forma quedam ⁊ species est: eorum aut sunt aut esse plura singulariter possunt. Nam si sint vt quidam inquiūt forme hoc accidere sane necesse ē. Sin nihil sit talium separatum nō minus idem euenire necesse est. In omnibus enim hisce quorum substantia in materia est: plura esse ⁊ infinita ea que sūt eiusdē speciei videm⁹. Quare aut plures sunt celi: aut plures esse profecto possunt. Et his igitur quispiam existimauerit et esse plures celos: ⁊ etiam esse posse. Considerandū autez rursus est: quidnam horum dicitur recte: ⁊ quid non recte. Aliaz igitur esse forme rationem eam que sine materia est aliā eā q̄ in materia est recte ꝑfecto dicitur: atqꝫ veruz esse ponat̄. Nulla tñ ob idipsum mūdos aut plures esse: aut plures esse posse necessitas ē: si hic vniuersa ex materia ꝯstat: ⁊ vt cōstare videt̄. Hoc aūt modo forsitā id quod dicitur magis patebit. Si enim simitas cōcauitas est in naso aut in carne: caroqꝫ materies est simitatis: si omnib⁹ ex carnib⁹ vna fieret caro: atqꝫ in hac simitas esset orta nullum aliud simum aut esset aut fore omnino posset. Simili quoqꝫ mō si materies in homine caro est: atqꝫ ossa: si vniuersa ex carne atqꝫ ossib⁹ fieret homo: atqꝫ illa dissolui nō possent: ali⁹ homo profecto esse nō posset. Eadē fuerit ⁊ in ceteris ratio. Omnino enim quorum substantia in subiecta materia quadaz est: eorū nihil oriri potest: si nō aliqua materia sit. Celū autē est q̄dē singulare ⁊ ex materia cōstat. Sed si nō ex ipsius materei parte: sed ex vniuersa materia constat: esse q̄dem ipsius celi atqꝫ huiusce celi aliud est: nō tamē aut aliud erit aut plures fieri possūt: ꝓpterea qꝺ vniuersaz hoc materiā est cōplexū. Restat ergo hoc demōstrare. Ex vniuerso īquā ip̄z naturali corꝑe sensibiliqꝫ ꝯstāt. Dicam⁹ aūt p̄mū q̄dnā celū eē dicim⁹ atqꝫ quot modis quo magis id nobis manifestum: qꝺ querit̄ fiat. Uno igitur modo celum dicim⁹ substātiā vltime vniuersi cōuersionis aut id naturale corp⁹

qđ est in vltima vniuersi ɔuersiõe. Ultimũ enĩ superum q̄ corp⁹ celũ maxie cõsueuim⁹ appellare in quo et vniuersum diuinũ dicim⁹ eē. Aliomõ celũ id corp⁹ dicimus: qđ ē primũ vltime vniuersi cõuersioni in quo luna ⁊ sol ⁊ nõnulle stellarũ sunt collocate. Hec enĩ in celo dicimus esse. Insup alio mõ đ: celũ id corpus quod a cõuersiõe vltima continet̃ totũ enĩ: ac vniuersuz celũ dr̃ ɔsueuim⁹. Cum igitur celum trib⁹ modis dicat̃ totuz id qđ ab extrema conuersione continetur ex vniuersali sensibiliq̄ corpore ɔstare necesse est pptera qđ extra celũ neq̄ est quicq̄ corpus neq̄ esse omnino pōt: Nã si extra vltimã ɔuersionẽ corp⁹ sit naturale ipsum aut simpliciũ q̄ppiaz corporũ aut ɔpositorũ esse et aut secundum naturã aut p̄ter naturã sese habere necesse ē. Simpliciũ igit̃ corpoꝝ quicq̄ omnino non erit. Demonstratum est enĩ id qđ orbe fertur mutare suum locũ non posse. At neq̄ id esse pōt quod e medio fertur: neq̄ etiam id qđ sub omnib⁹ collocat̃. Etenĩ natura q̄dem ibi non erũt. Alia namq̄ sunt ipsoruz propria loca. Si vero p̄ter naturam sunt alij cuipiaz corpoꝝ exterus ille locus ɔpetet s̃m naturã. Qui nãq̄ huic p̄ter naturã tribuitur: is alij competat s̃m naturaz necesse est. At nullum aliud p̄ter hec in rõne rerum simplex est corpus. Impossibile est ergo corporum extra celum quicq̄ simpliciũ esse. Quod si corpus simplex nequeat vllum esse neq̄ quicq̄ mixtorum etiam esse potest. Sint eniz ⁊ simplicia: si sit mixtũ necesse est. At vero neq̄ fore etiam potest. Aut enim preter naturaz aut secundum naturam et aut simplex aut mixtum identidem erit. Quare eadem ratio sane redibit. Nihil enim refert si sit: an fore possit considerare. Patet igitur ex dictis necesse nec fore posse vllius extra celũ corporis molẽ. Uniuersus eniz mũdus ex sua tota materia cõstat. Materia nãq̄ ipsius naturale est atq̄ sensibile corpus. Quare neq̄ nũc plures sunt celi: neq̄ fuere: neq̄ et fore possunt: sed vnicum est hoc celũ atq̄ perfectum. Patet insuper neq̄ locũ extra celum esse: neq̄ vacuum: neq̄ tempus. In omni namq̄ loco corpus esse profecto pōt. Uacuum autem id eē dicũt: in quo corpus non est sed esse pōt: Tempus vero motus numerum esse cõstat: ⁊ motus sine naturali corpore nullus est. At demonstratum est extra celũ nec esse corp⁹: nec etiã esse posse. Patet ergo neq̄ locum extra celum esse: neq̄ vacuum neq̄ tempus. Quocirca neq̄ apta sunt ea q̄ illic sunt eē in loco neq̄ tempus senescere ipsa facit: neq̄ vllius eorum est vlla mutatio: que super extima sunt disposita latione: sed nullis alterationibus nullis passionibus prorsus subiecta: optimã in vniuersa sempiternitate vitam ⁊ sufficientissimam habent. Diuine namq̄ nomen hoc pronũciatum est ab antiquis. Finis enĩ q̇ vite vniuscuiusq̄ ɔtinet tẽpus: cui⁹ nihil est extra s̃z naturã sempiternitas vniuscuiusq̄ est nuncupatus: p eandem etiaz rõnem finis vniuersi celi ac finis hisce q̄ tempus totum infinitumq̄ ɔtinet: sempiternitas ē: a semp eẽndo appellatiõe sumpta immortalis sane atq̄ diuina. Unũ ⁊ ceteris alijs exacti⁹ alijs offuscatius ipsum esse viuereq̄ depẽdet. Etenĩ vt ĩ externis circa diuina sententijs per sepe rõnibus diuinũ oē necessario mutatione vacare videt̃: primũ ipz ac summũ ita se hñs testis est dictis. Neq̄ enĩ aliud p̄stabilius est: quod quidẽ moueret: illud enĩ porro diuinius eēt neq̄ prauitatis cuiusq̄ ē particeps neq̄ bonoꝝ suorũ cuiusq̄ indiget: ⁊ incessabili igitur motu non absq̄ ratione mouetur. Uniuersa enim cessant desinuntq̄ moueri: cum venerint suum in locuz. Eius autem corporis quod versatur: idez est locus in quo incepit ⁊ in quo finit.

Caput.x.

Icet mũdus sit magnitudo finita tñ apud nonnullos dubitari posset rõne sue ĩfinite durationis an ĩ ipso vel extra ip̄m sit virtus aliqua infinita ip̄m in sua eternitate incorruptibiliter preseruans. ¶ Et ideo est primo notandum: q̄ virtus dicitur esse in aliquo dupliciter. Primo inhesiue vel informatiue eo mõ quo dicimus formam substantialem esse in composito naturali et formam accidentalem esse in materia vel in ente: secundo presentialiter ⁊ indistanter eo modo quo dicimus nautam esse in naui: et intelligentiam in orbe. ¶ Conformiter dicitur aliquid esse extra aliud dupliciter. Primo modo presentialiter et distanter: et sic vnum elementum est extra aliud. Primum.

et vnum corpus est extra aliud. Alio modo partiali-
ter et constitutiue formaliter et inhesiue: et sic nauta di
citur esse extra nauim quia non est pars eius: nec
forma illius: et intellectus possibilis dato q̄ sit vni-
cus in omnibus hominibus secundum Commenta.
Cõm. dicitur potentia abstracta et separata a materia: et cõ
sequenter extra materiam quia nec est forma eius:
nec est pars illius. ¶ Secundo notandum: q̄ aliquid
dicitur infinitum tripliciter. s. extẽsiue: quia caret ter
minis q̄titatis continue. Et intensiue: quia infinite
distat a non gradu latitudinis: vt caliditas infinita
secundum gradum: Et duratiue: quia non habuit prin
cipium vel non habebit finem: vt mundus. Partifor-
miter dicatur aliquid esse finitum tripliciter. Primo
extensiue: quia habet terminos q̄titatis cõtinue: vt
linea pedalis secundo intensiue: quia distat solum fi-
nite a nõ gradu: vt caliditas vt quatuor. Et duraci-
ue vt generabilia et corruptibilia. s. homo et plante.
¶ His visis pono quatuor conclusiones Aristo. cum
p̄clo probationibus suis: quarum tres primas ponit. viij.
physi. et vltimam primo celi. ¶ Prima est ista. Impos
sibile est mouens finitum mouere per tempus infini
tum: probatur: quia si non sit ergo a. mouens finitum:
et b. mobile etc. tempus infinitum: deinde sit d. medie
tas a. mouens e. medietatem b. in g. tempore quod est

B
C

pars c. Isto posito arguit sic
d. e mouet. i. g. tempore mio
ri e. igitur g. tempus est tem
pus finitum: patet consequentia: quia nihil est minus
infinito nisi finitum: tunc sic: medietas a. est mouens
medietatem d. in tempore finito igitur pariformiter
et alia medietas a mouet
aliam medietatem d. in tẽ
pore finito: igitur totum a.
mouet totum d. in tempore
finito: patet cõsequẽtia: quia

2 cõclo. ex duobus finitis resultat
solum finitum. ¶ Secunda cõ
clusio. Impossibile ẽ i ma-
gnitudine finita eẽ virtu-
tem infinitam: probatur nam
si virtus infinita esset in magnitudine finita et in infi
nitum modico tempore potest mouere virtus finita
igitur in non tempore moueret virtus infinita: patet
consequẽtia quia velocius põt mouere virtus infinita q̄
aliqua virtus finita. Item moueat virtus infinita in a
tpe finito et virtus finita in a. b. tpe finito et sequitur q̄
dupla virtus finita mouebit in a. et dupla in minori
tempore q̄ in a: sed p positum virtus infinita mouet
in a: tpe igitur virtus finita põt mouere in eodem tpe et
3 cõclo. in minori in quo põt virtus infinita qd est incõueniẽs.
¶ Tertia p̄clo. Impossibile est in magnitudine infi-
nita eẽ potẽtiam solũ finitã: probatur potẽtia excellens
potentiam finitã est infinita sed potentia magnitudi-
nis infinite est huiusmodi igitur: et minor pz quia qua-
Ergo. cunq̄ potentia finita data illa vel sibi equalis põt eẽ
in magnitudine finita sed oẽm potẽtiã magnitudinis
finite excedit potẽtia magnitudinis infinite quia mouet
4 p̄cla. in minori tpe: igitur etc. ¶ Quarta p̄clo. Extra mundum
non est corpus: nec locus: nec tps nec motus. Primũ pz quia
si extra mũdũ esset corpus illud esset simplex vel mixtũ
Si simplex: igitur celũ vel aliqd elementorum sed nullum
tale est extra mundum cũ sit pars mũdi: igitur etc. Si
mixtũ igitur componitur ex elementis sed elementa nõ sunt
extra mundũ igitur nec aliqd mixtũ: scdm pz: nã locus est
superficies alicuius corporis locantis sed extra celum
nõ est aliqd corpus igitur nec locus et p̄ter nec vacuum
quia vacuũ est locus nõ repletus corpore: tertium de
clarat tps recipit p̄mutatẽ a spacio sed extra mũdum
nõ est aliqd spaciũ sicut nec aliqd corpus: igitur etc. q̄rtum
vero est de se notũ quia motus nõ ẽ sine mobili sed extra
celũ nõ est aliquod mobile: quia illud esset corpus simplex
vel mixtũ igitur extra celũ nõ est aliqs motus. ¶ Ex p̄dic-
tis sequitur q̄ nec i mũdo: nec extra mũdũ est virtus infi
nita p̄seruãs p infinitã durationẽ sue eternitatis etc.

Contra

p̄dicta arguitur. Et primo q̄ mouẽs fi Primum.
nitum potest mouere p tps infinitum
quia q̄libet intelligentia infra p̄mã mouet suũ orbem q̄
est magnitudo finita in tempore infinito: et tñ q̄libet
talis intelligentia est solũ virtus finita: quia aliter moue
ret in non tẽpore: sol etiã p tps infinitũ alterat hec in Secũdum.
feriora: et tñ est solũ virtus finita. ¶ Scdo arguit: q̄ in
magnitudine finita est virtus infinita: quia p̄mũ mobi
le est magnitudo finita: et in eo est virtus infinita: igitur
etc. maior pz. et minor arguitur: nã in primo mobili est pri-
mus motor scdm philosophũ. viij. phy. et ipse est poten
tia et virtus infinita cũ sit actus purissimus. xij. meta.
¶ Item si primus motor est virtus solũ finita: et ipse
mouet primũ mobile sine dependentia alicuius p tps
infinitum: igitur virtus finita põt mouere p tps infi Tertiũ.
nitum: quod est cõtra primã cõclusionẽ. ¶ Tertio ar-
guitur q̄ extra celũ est corpus spacium: vel locus quia
deus extra celũ posset creare duos lapides quos mo
ueret localiter nihil aliud creando. Isto posito vnus
illorum lapidũ esset extra reliquum: igitur inter eos
foret distantia: sed illam non creauit deus: ergo extra
celum est distantia: et p̄ter corpus ac spacium. Item
moueret illos duos lapides localiter: ergo moueret
illos in loco vel circa locũ: sed nullum locum creauit
deus. ergo ante casum debebat concedi extra mundũ Quartum.
esse locũ: et p̄ter ibi esse motũ et tps. ¶ Quarto arguit
q̄ extra celum necessario sit aliquid. nã vltima super
ficies mundi est finita: igitur finitur et terminatur:
sed non seipsa: nec aliquo infra ipsam: igitur aliq̄ ex-
tra ipsam: sed esse tale est extra mundũ: igitur etc. Itẽ
arguitur auctoritate philosophi: primo celi dt. extra
mundum sunt entia inalterabilia optimam vitam
ducentia. Ad p̄mũ.

Ad primum

dicitur: Quod duplex ẽ mo-
uens. s. cõiũctũ et separatũ.
Mouens coniunctum nõ posset mouere suũ mobile
per tempus infinitum: et hec fuit intẽtio philosophi:
sed bene mouens separatum: ideo dicit Commẽ. xij.
metaph. q̄ quilibet orbis celestis habet duos moto-
res: quorum vnus est finite motionis. s. motor cõiun-
ctus: et alter est infinite motionis. s. motor separatus
Quod enim: motor coniũctus moueat p tps infinitũ
hoc est ratione motoris separati q̄ si desineret moue Ad scdm.
re non moueret motor coniunctus nisi per tempus
finitum. ¶ Ad secundum dicitur: q̄ p̄mus motor secũdũ
opi. phi. et Commen. est virtutis infinite in duratiõe
non autem intensiue nec extensiue quia moueret in non
tempore. Nec sequitur: primus motor est actus purissi
mus: igitur est virtutis infinite: sicut non sequitur gra
dus summus caliditatis est purissimus a mixtione
sui contrarij igitur infinite distat a nõ gradu. Et tũc
concluditur cõtra primã conclusionẽ. Quia mouens
finitũ mouet suũ mobile p tps infinitum cõcedo: et p
intentione philosophi dico: q̄ ipse intelligit de mo- Ad tertiũ.
uente coniuncto: q̄ impossibile est tale esse finitum et
coniunctũ et mouere per tempus infinitum. ¶ Ad ter
tiũ dicitur: q̄ si deus crearet duos lapides extra celũ
nec se tangerent: nec distarent dato q̄ inter illos eẽt
spaciũ imaginarium et ita nullus illorum lapidum esset
proprie extra aliũ: sed solũ improprie negatiue: q̄ vnus
non esset in alio. ¶ Deinde dico vlterius q̄ si deus nõ
produceret aliquod spacium non posset illos moue-
re motu recto: sed bene motu circulari: eo modo quo
mouet iam mundum: et cõcedo q̄ mouerentur i loco
non quidem in loco qui sed in loco quo: et ille locus eẽt
medium alicuius illorum lapidum: sicut iam locus Ad quartũ
mundi est centrum ¶ Ad quartum dicitur: q̄ illa super
ficies finitur et terminatur non in actu quia non ha
bet primũ nec finem in actu: sed in potentia finitur et
terminatur in finitis punctis eius penes diuersam si
gnificationem. Ad auctoritatem dicitur: q̄ Aristo. sic
intelligit: in celo sunt entia separata per inherentiam
et informationem ac partialem constitutionem opti-
mam vitam ducentia. s. intelligentie: quare etc.

Tractatus quartus.

Caput primum.

Isce determinatis consideremus deinceps oportet vtrū mundus īgenerabilis sit an gn̄abilis: ⁊ incorruptibilis an corruptibilis: prius, ceterorū opinionibꝰ recitatis. Demonstrationes em̄ ꝯtrariorū dubitatiōes de cōtrarijs sunt. Insuper ⁊ dicenda magis credētur si sn̄iarū earū q̄ ī cōtrouersiaz veniunt iura prius fuerint audita. Absentes em̄ condēnari minus vtiqꝫ videbuntur etem̄ eos qui satis iudicauerit veritatē non aduersarios sed arbitros esse oportet. Omnes itaqꝫ factū quidē asserūt esse sed factum quidē perpetuū quidā caducuz perinde vt q̄duis aliud eorū que natura cōstant inquiunt esse. Quidā vicissim interdū hoc interdum alio mō sese habere subeūtē corruptionē idqꝫ semꝑ hoc fieri mō dicūt vt agrigentinus. Empedocles vt ephesiꝰ. Heraclitus dicit. Igit̄ factū q̄dē esse perpetuū tamē esse asserere ex ijs est profecto que nequeunt esse. Ea nāqꝫ sola ponenda sunt q̄ in multis aut in oībus eē videmꝰ. De hoc aūt cōtrarium accidit vniuersa em̄ que fiunt ⁊ corruptionem subire vidētur. Preterea qđ nō habet principiū hoc habēdi modo sed aliter habere prius vniuersa eternitate nō potest id ⁊ mutari ꝓfecto neq̄t. Erit enim aliqua cā que quidē si prius esset aliter id sese habere posset qđ aliter sese habere nō pōt. Qđ si mūdꝰ ex aliter priꝰ habētibꝰ ꝯstat si semꝑ sic se habētibus ⁊ nō potētibus aliter se habere factus ipse ꝓfecto nō est. Si vero est factus et illa aliter sese habere posse ⁊ nō semper ita sese habere necesse est. Quare ⁊ cōstituta dissoluent̄ dissoluta ante constiterunt. Atqꝫ hoc infinities aut sic se habuit: aut poterat sic habere. Qđ si ita ē nō vacabit sane corruptiōe: neqꝫ si olim aliter sese habeant: neqꝫ si aliter sese habere possunt. Subsidium autem quod quidam eorum qui dicunt mundum incorruptibilem quidem esse attamen factum esse: si hijs ꝓfis enituntur ferre: verū non esse videt̄. Inquiunt enim ⁊ se perinde vt geometre qui designationis describunt: de generatione mundi dixisse non q2 aliquando mūdus est ortus: sed gratia doctrine: q2 discentes magis cognoscunt: vt si designationē viderit factum. Hoc aūt nō idem est vt dicimus: nā in designationū quidē effectiōe omnibus positis esse simul accidit idē. In horū autem demonstrationibus nō idē s3 ipossibile sane accidit. Ea nāqꝫ que prius posteriusve sumunt̄: sub cōtraria sunt. Ex inordinatis eniz olim inq̄unt ordinata fuisse. Ut aūt idem ordinatū si simul atqꝫ inordinatū fieri nequit: s3 generationē esse que separat tempusve necesse est. In designationibus vero nihil est tempore separatum. Est igitur impossibile perpetuū ipsum simul ac factuz esse ex his que dicimus patet. Cōstituere vero mundum vicissim atqꝫ dissoluere nil aliud esse videt̄: q̄ ipsuz sempiternum quidem formam autez mutātem extruere: perinde atqꝫ si quis interdum corrūpi: interdū esse putaret quēpiā: q̄ vir ex puero ⁊ ex viro fieret puer. Est enim perspicuū: si elemēta inter sese conueniunt: nō quemuis sed eundez ordinem eandēqꝫ fieri cōstitutionē: presertim s̄m eos qui hanc sententiā dicūt qui quidem vtriusqꝫ dispositionis contrariū ipsum causam inq̄unt esse. Quare si totū quidē corpus cōtinuū permanens interdū hoc interdū illo disponit̄ modo ac perornat̄. Cōstitutio vero totius mundus est atqꝫ celū: nō vtiqꝫ mūdus: sed dispositiōes ipsius fiūt ac corrūpuntur. Hoc aūt ortum in quā mundum omnino corruptū iri ⁊ non redire si sit quidem vnus ipossibile est. Nam antea q̄ ortus esset cōstitutio precedēs ipsum semper nimirū erat: quā quidem haud factum mutari non posse dicimꝰ. Sin vero sint infiniti: magis fieri potest. At vero hoc etiam si fieri possit necne: perspicuum ex hisce que posteriꝰ dicentur euadet. Sunt enim quibus fieri posse videt̄: vt ⁊ ingenerabile quippiā corrūpat̄: ⁊ ortū vacet corruptiōe. vt in Timeo asserit̄. Illic em̄. Timeꝰ celū eē q̄dē ortū: nō tū esse caducū: sed reliquo semper fore t̄pe dicit: ad quos naturaliter q̄dē de celo solū est dictū. Si v̄o de oībus vniuersaliter ꝯsiderauimus: de hoc quoqꝫ fuerit manifestum.

¶ Caput secundum.

Rimū aūt distinguamus oportet: q̄mo ḡnabilia ⁊ inḡnabilia: ⁊ corruptibilia ⁊ incorruptibilia dicim⁹: nā cum multipliciter dicātur ⁊ si nihil ad rōnē refert mētē indefinite sese hr̄e necesse est: si q̄spiā vt idiuisibili eo vtat̄: qđ multis diuidit̄ modis. Nō est em̄ manifestū p̄ quā ipoꝝ naturā id accidit qđ est dictū. Dicit̄ itaq̄ ingenerabile vno modo: si sit quippiā nunc qđ antea non erat sine ḡnatione mutatiōe ve: vt ipsum tangi quidā inquiunt atq̄ moueri. Dicunt em̄ nō posse tangēs generari neq̄ subiens motū. Alio modo si fieri vel ortū esse quippiā possit ⁊ nō sit: nam et hoc ingenerabile dicitur: q̄ ortū subire potest. Alio modo si quippiam oīno factuz esse impossibile sit: vt interdū sit interdum non sit. Impossibile autē dupliciter dicitur aut em̄ q̄ nō verum est dicere ortum esse posse: aut q̄ nō facile: nec cito: nec bene oriri potest. Eodem modo et generabile vno dicit̄ modo: si sit quippiā posterius qđ prius non erat: siue per generationez siue sine generatione. Alio modo si possibile sit siue veritate siue facilitate possibile ipsum sit definitum. Alio modo si generatio sit ipsius ex eo qđ nō est ad id qđ est: siue iam sit: per generationem autez sit: siue ⁊ nondum sit esse autem possit. Corruptibile etiam ⁊ incorruptibile similiter dicitur: nā si quippiā prius erat postea vero non est: aut est quidez: non esse autem potest: siue per corruptionē mutationēve siue sine corruptione: corruptibile illud dicim⁹ esse. Interdū ⁊ id qđ per corruptionē non esse potest: corruptibile esse dicimus. Et insuper alio modo id qđ facile corrūpitur: qđ quidē q̄spiā facile corruptibile dixerit. De incorruptibili eadē est etiā ratio. Aut em̄ id quod sine corruptione interdum est: interdum nō est: incorruptibile dicim⁹: quo pacto tactus incorruptibiles esse dicuntur p̄pterea quod prius erant: et postea nō sūt sine corruptiōe: aut id qđ q̄dē ē: nō eē aūt nō pōt: aut nō ē futurū vnquā: nūc autē. Tu em̄ es nūc ⁊ tact⁹ est etiā nūc corruptibiles tn̄ ē is q̄ erit aliq̄n tp̄s q̄n nec te esse nec hec tangere vere dicet̄. Id vero maxime p̄prie icorruptibile d̄r qđ q̄dez est non pōt aūt sic corruptū eē: vt nūc q̄dē sit postea v̄o nō sit aut nō eē possit aut ⁊ id qđ nōdū corruptū est: nō eē autē posteri⁹ pōt. Dicit̄ etiā incorruptibile ⁊ id qđ nō facile corrūpitur. Si igitur hec ita sint: cōsiderādum est q̄mo possibile ⁊ impossibile dicimus. Nā ⁊ qđ p̄prijssime incorruptibile dicim⁹ ex eo d̄r sane q̄ corrūpi nō pōt neq̄ quādoq̄ esse quādoq̄ nō esse. Et ingenerabile id p̄prijssime dicitur qđ sic generari nō pōt vt prius quidem nō sit posterius vero sit qualis est dyameter cōmensurabilis lateri. Si igitur quippiam per decem milia passuuz moueri potest: aut pondus leuare id quod maximū pōt dicere semper solem⁹ veluti centum leuare libras aut per decem milia passuum ambulare q̄q̄ ⁊ partes que citra sunt potest si et excessum potest quo patet ad finem atq̄ excessum diffiniri potentiaz oportere. Id igitur quod potest tot per excessum: ⁊ ea que sunt citra necesse est. Ceu si centum libras leuare potest: et duas posse: et si per decem milia passuum ambulare potest: et per duo ambulare posse. Potētia vero ipsius excessionis est et si quippiam tantum non potest eo per exuperationem dicto: et plura nō pōt. Qui nanq̄ centum passus transire non potest: is ⁊ centum ⁊ vnum non potest. Nihil autem nos conturbet: id em̄ qđ proprie potest: per finem excessionis sit definitum. Forsitan enim quispiā dicet: id quod dictum est: non necessario ita eē. Qui nāq̄ magnitudinē decem passuum videt: is nō ⁊ magnitudines eas que sunt citra videbit: sed contra potius qui pūctum videre potest: aut paruum audire sonum: is et maiorum sensum habebit. Verum nihil ad rationē refert: ipsa enim exuperatio: aut in potentia: aut in re ipsa sit definita. Id em̄ quod dicitur patet. Nam visus quidez hisce: qui ē minoris: excedit. Celeritas autem ea que est maioris. His autē determinatis: dicenda sunt ea que deinceps sequuntur. Si igitur aliqua sint que esse ⁊ nō esse possunt: quoddā tp̄s

maximū ⁊ essendi ⁊ nō essendi diffinitū esse necesse ē. Atq; dico rē eē posse ⁊ nō esse posse in vnoquoq; p̄dicamēto: vt hominē: aut albū: aut tricubitū: aut aliqd aliud tale: nam si nō erit diffinitū quidam: sꝫ sp̄ proposito maius: ⁊ quo nō ē minus: idem erit p̄fecto possibile esse tēpore infinito: ⁊ nō esse alio tēpore ifinito. At hoc esse neq̇t. Principiū autē hinc sumatur. Impossibile enim ⁊ falsum nō idē significant Est autē impossibile ⁊ possibile: et falsum ac verum ex suppositiōe. Veluti triāgulū ipossibile est suos tres angulos duob' rectis equales habere si hec sint: et diameter cōmēsurabilis est. Sunt autē simplicit' ⁊ possibilia ⁊ ipossibilia: ⁊ vera ⁊ falsa. Non est igitur idem falsum aliqd esse simpliciter: ⁊ simpl'r impossibile. Te nāq; dicere stare falsum est qdem: sed non impossibile. Simil'r ⁊ eū qui citharam qdem pulsat: non autē cātat. Cātare dicere falsū est: sed non impossibile est. Simul autē stare atq; sedere: ⁊ diametrū cōmēsurabilē esse: non solū est falsū sed impossibile. Non igitur idē est supponere falsum ac impossibile. Impossibile autē ex impossibili accidit: sedendi itaq; quippiam stādiq; simul potentiam habet: quia quādo habꝫ illā: et alterā habet. At non vt simul stet atq; sedeat: sed in alio tp̄e. Si vero quippiaꝫ plurium potētiā habeat tēpore infinito: nō est hoc in alio atq; alio tēpore. sꝫ simul. Quare si quippiaꝫ qd est tēpore infinito est corruptibile: illud vt nō sit potentiaꝫ habet. Si igitur est tempore infinito: sit id qd pōt. Simul ergo erit atq; non erit actu. falsuꝫ igitur accidit: quia falsuꝫ suppositū est: sed si impossibile non esset: nō id vtiq; accidit: quod et impossibile esset. Omne ergo quod semp̄ est: incorruptibile simpliciter est. Simil'r ⁊ ingenitū est: nam si generabile est: erit possibile aliquo in tp̄e non esse: corruptibile enim id est: quod prius qdem erat: nunc vero non est aut quod nunc qdeꝫ est: potest autē aliquādo posterius non esse. Generabile vero: id qd prius non esse potest. At nō est tempus aut infinitū: aut finituꝫ in quo id quod semp̄ est nō esse potest: etenī finito tp̄e esse potest. quippe cum esse ⁊ tēpore infinito possit. Non ergo cōtingit idē ac vnum ⁊ semper esse ⁊ semper nō esse posse: at neq; non semper esse: quod patet esse negationem. Impossibile est ergo ⁊ semp̄ quippiaꝫ esse: ⁊ corruptibile esse. Pari modo nec gn̄abile: nā si duo sint termini posteriorq; sine p̄ore: inesse nō possit: si ille cōpetere nō potest: ⁊ posterior etiaꝫ cōpetere nequit. Quare si id quod est semper non esse aliquando nō potest: impossibile est ⁊ generabile esse Cum autēꝫ negatio qdem eius quod semper esse potest sit id quod nō semp̄ esse potest: contrarium autem id quod nō semp̄ esse potest: ⁊ negatio ē id qd non semp̄ non esse potest: negationes amborū cōpetere eidē necesse est: ⁊ esse mediū ei' quod semp̄ ē ⁊ ei' qd sp̄ nō ē id quod esse et non esse potest. Vtriusq; nāq; negatio quādoq; cōpetet: si nō semp̄ sit. Quare si id qd non semp̄ non est: erit quandoq; atq; non erit: ⁊ id qd non semp̄ esse potest: sꝫ quādoq; est: vt ⁊ non sit: erit sane atq; non erit. Idem ergo possibile erit esse atq; nō esse: et hoc est mediuꝫ vtrorūq;. Ratio autēꝫ vniuersalis hec est. Nam A: et B: nulli eidē inesse possunt. A: vero: aut C: et B: aut D: cuilibet insunt. Cui igitur neq; A: neq; B: iest ei C: B: cuilibet insint necesse est. Sit aūt id qd iter A: ⁊ B: mediū est E: id enim quod neutrū contrarioꝝ est: eorū deꝫ mediuꝫ esse cōstat. Ambo igitur C: inquam ⁊ D: huic insint necesse est: nam aut A: aut C: cuilibet inest Quare et ipsi E: cum igitur A: impossibile sit esse: inerit ipsum C. Eadem est et in ipso. D ratio.

semper ens — semper non ens

A ——— E ——— B

Generabile

non semper ens — non semp̄ nō ens

C ——— D

Neq; igit' id qd sp̄ ē: neq; id qd sp̄ non est: generabile aut corruptibile est: pa-

tet autem ⁊ si generabile aut corruptibile sit: nō ꝑpetuū eē. Simul ei poterit semper esse ⁊ nō sp̄ esse: hoc aūt pri⁹ demonstratū est impossibile esse. Si igit̄ ingenerabile quippiam est atqꝫ est ens id ne sempiternuꝫ esse necesse est ⁊ pari modo si incorruptibile est. Dico auteꝫ ingenerabile ⁊ incorruptibile ea q̄ proprie dicuntur. Ingn̄abile q̇dem id qȯ nūc est: ⁊ pri⁹ nō erat verū dicere haud esse. Incorruptibile xō qȯ nūc est: ⁊ posteri⁹ verū nō erit dicere haud esse. An si hec mutuo se sequūt̄ atqꝫ ingenerabile est incorruptibile ⁊ icorruptibile ingenerabile ipsum etiam perpetuū vtrūqꝫ sequatur necesse est. Et si est quippiā ingn̄abile: ⁊ si est quippiam incorruptibile: sit continuo sempiternum necesse est. Hoc ita esse ⁊ ex diffinitione ipsoꝝ patet: etem̄ si corruptibile est generabile esse necesse est. Aut enim ingn̄abile: aut generabile est. At si ingenerabile est: incorruptibile esse supponitur: et si generabile est: corruptibile esse necesse est. At enim corruptibile aut incorruptibile est: at si incorruptibile est: ingenerabile esse sane supponebatur. Sin vero mutuo se non sequuntur incorruptibili: nō necesse est autem ipsum ingenerabile aut incorruptibile perpetuum esse. Sequi autē hec sese mutuo necessario ex his emergere potest: generabile enim et corruptibile mutuo se sequūtur. Manifestuꝫ est autem ⁊ hoc ex antea dictis. Est enim id mediuꝫ inter id quod semper est: et id quod semper non est: quod neutrum seq̄tur: hoc autē est generabile ipsum ac corruptibile. Vtrumqꝫ enim definito tēpore quoda ⁊ esse et non esse potest. Si igitur quippiam aut generabile: aut corruptibile sit: id medium esse necesse est. Sit enim id q̇dem quod semper est A: id autē qȯ semper non est B: C: vero sit gn̄abile: ⁊ D: sit corruptibile. C: igitur iter A: et B: medium esse necesse est. Illoꝝ em̄ ad neutrum vltimuꝫ tēpus est: in quo A: ipsum non erat: aut B: ipsum erat. Generabile auteꝫ aut actu aut potentia necesse est esse: ipsis vero A: B: neutro modo. Tempore igitur quodam ac definito C: ipm̄ et erit ⁊ rursus nō erit.

Similiter est dicendum et de ipso corruptibili: D. Generabile ergo corruptibileve vtrumqꝫ est. Generabile ergo corruptibileve mutuo se sequūtur.

Semper ens	Semper non ens
A ————————	B
generabile	corruptibile
C ————————	D

Sit itaqꝫ ingn̄abile E: generabile F: incorruptibile G: et corruptibile H. Est igitur demonstratum F: atqꝫ H: sese mutuo sequi. Quando autem sic aliqua vt hec iacent: velut F quidem et H sese mutuo sequuntur. E vero et F nulli eidem competunt: sed alterum omni competit: et simili modo ipsa G atqꝫ: H tunc et E G: mutuo se sequātur necesse est. E namqꝫ ipsum G non sequatur: ergo F ipsum sequetur: quippe cum cuilibet ipsum E: aut F competat. At H etiam id sequetur quod sequitur ipsuꝫ F: ergo H sequetur G ipsuꝫ At impossibile esse supponebat̄. Eadem ratione ⁊ G sequi ipsum E demōstrabitur. At sic se habet ingn̄abile E: ad generabile F ⁊ incorruptibile G ad corruptibile H.

Ingenerabile	Generabile
E ————————	F
Incorruptibile	Corruptibile
G ————————	H

Dicere auteꝫ nihil ꝓhibere generatuꝫ quippiaꝫ incorruptibile esse: ⁊ ingenerabile quippiā corruptū esse semel illo generato: hoc corrupto tollere est aliquid eoꝝ q̄ data sunt. Aut em̄ infinito aut q̇dā definito tp̄e oīa: aut agere aut pati aut esse aut nō esse possunt: ⁊ īfinito propter ea quod tempus infinitum aliquo modo est definitum: quo non est maius. Id vero quod aliqua ex parte est infinitum: neqꝫ infinitum est neqꝫ etiam indefinitum. Preterea cur

magis hoc in signo corruptuz est id qđ antea semp erat: aut generatũ est id qđ prius nõ erat tpe infinito. Nam si non magis in hoc ꝙ in alio: ꝛ ipsa signa sũt infinita: erat quippiã vt ptz generabile ꝛ corruptibile tpe infinito: ergo non esse tpe infinito potest. Simul enim vt nõ sit et sit potentiam sane habebit: ipz q̃dẽ prius si corruptibile est: ipsum aũt posteriꝰ si generabile est. Quare si posuerimus esse que possunt; opposita simul erũt. Atqꝫ hoc insup in omni signo silr erit. Quare vt nõ sit ꝛ si tpe ĩfinito potentiã sane habebit. At demonstratũ est hoc impossibile esse. Preterea si actuz potentia antecedit: vniuerso tpe erit: et quo ingenerabile erat atqꝫ non ens: fieri potens tempore infinito. Simul igitur non erat: et vt sit potentiam habebat: et vt tunc sit ꝛ postea tẽpore finito. Patet autem ꝛ alio modo impossibile esse quippiam corruptibile non aliquando corrumpi. Semper enim simul ꝛ corruptibile et ĩcorruptibile erit actu. Quare simul erit possibile semp esse: ꝛ non semp esse. Corruptibile ergo aliquando corrumpitur: et si generabile est: ortum est. Possibile enim est ortum esse: ꝛ non semper esse. Possumus autem ꝛ hoc contemplari modo impossibile esse aut si ortum aliquando quippiam est incorruptibile esse; aut si ingenerabile est et antea semper erat corruptionem subire. Nihil eniz casu aut incorruptibile aut ingenerabile esse põt. Quod enim causa est atqꝫ fortuna est preter id quod semper aut plerũqꝫ aut est aut fit. Quod vero infinito tempore: aut simpliciter aut ab aliquo tẽpore est. Id autem semper aut plerumqꝫ est ens. Talia igitur interdum esse iterdũ non esse natura necesse est. Talium aũt eadem potentia est contradictionis; et vt sint ꝛ nõ sint causa materies ẽ. Quare opposita simul eẽ actu necesse est. At vero neqꝫ verum est dicere nunc transacto in anno esse: neqꝫ transacto in anno nũc esse. Impossibile est ergo si aliquãdo non est posterius perpetuum eẽ: habebit enim posterius ꝛ potentiam non essendi. Verum non vt tunc non sit quando est. Est eñ ens actu sed in anno preterito tempore qꝫ transacto. Si igitur id actu: cuius potentiam habet. Verum igitur: si transacto in anno nõ esse dicatur. At impossibile est. Nulla namqꝫ potentia est respectu ipsiꝰ fuisse: sz esse vel fore. Similr ꝛ si prius sempiternũ erat ꝛ posterius non est: habebit enim potentiã eius quod actu non est. Quare si posuerimus id quod potest: vere dicetur nunc hoc esse transacto in anno in tempore que omnino exacto. Naturaliter etiam et vniuersalr si cõsideremus: impossibile sane videbit̃ aut corrũpi posterius quod perpetuũ priꝰ erat: aut posterius sempiternuz esse qđ prius non erat. Corruptibilia enim et generabilia ꝛ alterabilia sunt vniuersa alterantur autem contrarijs: ꝛ ex quibꝰ cõstant ea que sunt natura: ab ijs ipsis et corrũpuntur.

Caput. vj.

ntiqui non ꝑcipientes idẽ manere sub vtroqꝫ termino
transmutationis putauerũt mũdum eẽ
generabilem ꝛ corruptibilem: supposita T.c.50.
finitate magnitudinis eius: quia omne
ꝗtum finitũ per resecationem finitoruz
tandẽ cõsumit. iij. phy. Et iđ vt clare appareat eter-
nitas mundi est ꝓmo notãdum ꝙ nomina desinẽtia
in bilis vel in bile triplr sumũtur. Prio vt simplr di-
cunt potentiam: secũdo vt dicunt potentiam coniun
ctam actui: tertio vt dicunt aptitudinẽ verbi gratia;
ista propõ añxp̃s est risibilis primo põt significare ꝙ
antichristus põt ridere: scđo ꝙ est ens potẽs ridere;
tertio ꝙ est ens aptum natum ridere. Primo mõ est
vera: ꝛ alijs duobus modis est falsa: et dato ꝙ añxp̃s
esset homo ita indispositus ꝙ nullo modo posset ri-
dere adhuc esset risibilis quia esset homo. Ex isto
notabili sequitur ꝙ generabile et corruptibile pñt di
cere solã potentiam: aut potentiam cõiunctaz actui:
aut aptitudinem ĝnationis ꝛ corruptionis. Secũ-
do notandũ: ꝙ aliquid dicit̃ ĝnari vel corrũpi triplr:
s. subiectiue cõpletiue ꝛ terminatiue. Illđ generat̃ sub- Com.60.
iectiue qđ incipit esse subiectũ alicuius: cuius prio nõ
erat: et sic materia pria dicit̃ ĝnari: vt dicit Cõmẽta.
prio phy. materia est q̃ in rei veritate generat̃. Illud
autem generatur terminatiue qđ est terminꝰ forma-
lis generationis: et sic forma generatur: vt colligitur
a philosopho primo. ꝛ. v. physi. Sed illud generatur T.c.69.
cõpletiue quod est terminus vltimus ꝛ vltimate in- 7.mete.
tẽtus ĝnationis: ꝛ sic cõpositũ ĝnatur: vt dicit phus. T.c.27.
vij. ꝛ. viij. metaphy. Istis duobus modis non ĝnatur T.c.14.
materia: quia ipia est igñabilis eñ corruptibilis. pri- T.c.82.
mo phy. Consilr dicenduz illud corrũpi subiectiue
quod desinit esse subiectũ alicuius cuiꝰ priꝰ erat sub-
iectũ: vt materia. Illud autem corrũpitur terminatiue
ne quod est terminus immediatus formalis ĝnatio
nis: vt forma. Sed illud corrumpit̃ completiue quod
est vltimatus terminus corruptionis: vt compositũ
ex materia et forma. Istis presuppositis: sit hec pri
ma conclusio. Aliquid est generabile et corruptibile 1a pclo.
quod nunꝗ corrumpetur nec generabitur: patet de
aliqua portione terre pure in medio mundi: et de ali
quo pedali ignis in concauo lune: nam ꝙ ista nunꝗ
generabuntur est manifestum: ꝛ ꝙ nunꝗ corrumpen
tur. probatur: quia nihil corrumpitur nisi ꝯ applica-

tiañem contrarij: vel definitionem conseruantis: sed istis nunq̄ poterit applicari contrariũ propter distãtiã nimiam: nec nunq̄ poterit definire conseruans. s. celum vel primus motor: igitur. Sed q̄ ista sunt gñabilia ⁊ corruptibilia pbat: aliqua earũdem specierũ cum illis sunt gñabilia ⁊ corruptibilia. s. portio ignis in cõuexo aeris: et pedale terre in circũferentia eius: igitur ⁊ ista sunt gñabilia et corruptibilia: ptz ɔña: q̄ gñabile ⁊ ingenerabile corruptibile ⁊ incorruptibile differunt plus q̄ genere ƒm philosophuz. x. metaphy.

.mete. c.26. 2clo.

¶ Secunda conclusio. Aliquid est eternũ a parte ante et a parte post: quod aliquando gñabit et aliqñ corrumpetur: patet de materia pria que nõ potuit incipere esse: nec potuit desinere esse: quia tunc materie esset materia: et ante materiã esset materia: qd est falsuz: sed q̄ ipsa gñabitur ⁊ corrumpetur patet: quia transmutabitur ad aliquam formam ⁊ transmutabitur ab eadem forma.

Tertia 2clo.

¶ Tertia conclusio. Necesse est omne eternũ a parte añ esse eternũ a parte post ⁊ ecõtra patet: q̄ si aliquid fuit eternũ a parte ante et non eternum a parte post illud fuit prim⁹ motor: vl' eternal'r preseruatũ ab illo nõ potuit esse primus motor: quia nõ potest habere causaz corruptiuã ei⁹: nec aliud eternaliter preseruatum a primo motore: q̄ si p̄mus motor aliquid eternaliter preseruauit: ⁊ iam nõ põt preseruare illud: sequitur q̄ est mutabile ⁊ variabile: qd est impossibile: vnde dicit Aristo. p̄io celi q̄ gñabile ⁊ corruptibile conuertuntur: et similiter ingñabile et incorruptibile.

T.c.125. .127.

¶ Ex ista conclusione sequit. Quia nihil nouiter gñatũ põt perpetuari probatur: quia si aliquid nouiter generat: igitur infra sperã actiuo⁊ ⁊ passiuorũ: et sic aliquando corrumpetur. Aut ista speram corpo⁊ celestiũ: vt puta lumen: ⁊ sic aliqñ corrũpetur: vt patet de lumine lune.

4a 2clo.

¶ Quarta conclusio. Licet in celo sit materia: ip̄m tamẽ est ingñabile ⁊ incorruptibile. Prima pars patet: quia in celo est raruz et densum scd̃m phm. ij. celi et mundi. di. Quod stella est densior pars sui orbis: modo rarum et densuz diffiniũtur per materiam ⁊ formã: vt patuit in p̄mo lib. capto de rarefactiõe ⁊ cõdensatione.

Cõ.42.

Scd̃a pars ptz: qualitercũq̄ describant illi termini gñabile et corruptibile: vñ quia nihil eiusdem speciei cum celo potest gñari: nec corrumpi: ideo celum est ingenerabile ⁊ incorruptibile.

Correla.

¶ Ex ista conclusione seq̄tur q̄ mundus est igenerabilis ⁊ incorruptibilis patet: q̄ omnes partes pncipales ⁊ essentiales eius sunt ingenerabiles et incorruptibiles: vt corpora supercelestia ⁊ elementa scd̃m se tota: et spẽs indiuiduo⁊ pfecto⁊ ac materia prima: sumendo generari ac corrumpi terminatiue vel completiue.

Primũ.

Contra predicta arguit. Et prio q̄ nihil est corruptibile qn illud aliquando corrumpat: quia illud est corruptibile: igitur habet potẽtiam ad non esse: sed nulla potentia naturalis est frustra: primo celi: igitur illud aliquando corrumpetur: ⁊ illud videtur esse expresse de intentione phi. di. omne corruptibile aliquando corrumpetur.

Secũdum.

¶ Secundo arguit q̄ aliquid est eternũ a parte post quod nõ est eternũ a parte añ: quia anima intellectiua est hmõr: intellectus eñi est impassibilis ppetuus et immixt⁹. iij. de anima: nec videt verum q̄ generabile ⁊ corruptibile conuertant: quia tu es corruptibilis et nõ generabilis: q̄ genitũ non potest regenerari.

Tertium.

¶ Tertio arguit: q̄ in celo nõ est materia: quia haberet formaz substantialem inherentem ei: ⁊ cũ cuilibet forme substantiali cõpetat aliquis motus: igitur forme celi cõpetit aliquis mot⁹: sed non motus rectus: vt ptz: igit motus circularis: et p ɔsequens frustra ponitur intelligentia applicata orbi.

quartum.

¶ Quarto arguitur: q̄ mundus sit generabilis et corruptibilis quia celum corrũpetur: ex quo est compositũ ex materia et forma: similiter elementa generantur et corrũpuntur: quia cõtinue agunt et repatiuntur. Etiã quotidie indiuidua multa generãtur ⁊ corrumpunt que sunt partes mũdi: ergo mundus generatur ⁊ corrumpitur.

Ad primũ.

Ad primum nego illam ɔñaz: hoc est corruptibile: ergo hz potentiã ad nõ eẽ: sz bene seq̄tur q̄ habet aptitudinẽ ad nõ eẽ. ⁊ si dicitur q̄ illa aptitudo esset frustra: negetur: quia licet non ducatur ad actum in illo indiuiduo: tamen ducit ad actuz in alio indiuiduo eiusdem speciei. Et ad philosophũ: omne corruptibile corrumpetur: di. q̄ ipse cepit ly corruptibile vt dicit potentiaz cõiũctam actui: ⁊ non vt dicit conuertibiliter aptitudinẽ.

Ad scd̃m.

¶ Ad scd̃m respondetur: vnicus est intellectus in oĩbus hominib⁹ ƒm intentionem Aristo. ⁊ Cõmen. et ille est ppetuus et eternus tam a parte ante: q̄ a parte post: de hac dicam diffusius in quinta parte.

3.a.5.

Et cũ arguit generabile et corruptibile non cõuertũtur: quia tu es corruptibilis et generabilis: hoc nego: q̄ tu es aptus generari: et non sequitur: tu non potes generari: igit tu non es aptus generari: sicut non sequitur: iste cecus non potest videre: igitur non est aptus natus videre. Priuatio eñi nõ dicit potentiã: sed aptitudinez in subiecto apto nato. v. meta: vñ si esset aliqd agens potens te gñare: ita posses gñari: sicut ante potuisti: sz q̄ nõ repitur agens potens illud facere: iõ tu non potes generari: nec tamen propter hoc pdidisti aptitudinẽ generationis passiue.

T.c.27.

Ad tertiũ.

¶ Ad tertiũ concedo q̄ celum habet formã substãtialem inherentem materie extensam ad extensionẽ eius: ⁊ q̄ isti forme ɔpetit motus circularis: nõ tamẽ frustra ponit itelligentia applicata: quia seclusa intelligẽtia hec forma nõ perpetuo moueret circulariter: sicut nec mouent forme elemento⁊ perpetuo motu recto ipsa elementa: et iõ dicit Commẽ. cuilibet orbi insunt duo motores: quorũ vnus est finite mouens: videlicet forma substãtialis: ⁊ alius ifinite: vz intelligentia.

12.m.47.

Ad quartũ.

¶ Ad quartũ dicit q̄ non omne compositum ex mã ⁊ forma aliqñ corrũpetur: sed solum illud quod hz materiã ⁊ potentiam ad nõ esse qualis potentia non reperitur in celo: nec in aliquo elemento⁊ ƒm se totum: nec in aliqua specie perfecto⁊ indiuiduo⁊: sufficit eñim q̄ alique partes elementorũ generant ⁊ corrumpũtur. Etiã idiuidua speciei perfecto⁊: ex quo⁊ gñatiõe vel corruptione non seq̄tur gñatio vel corruptio mũdi: q̄ iste sunt partes accidentales mundi ⁊ non essentiales: vñ non propter hoc dicimus hominem aliquẽ gñari vel corrumpi: q̄ generant vel corrũpunt capilli vel vngues: modo ita accidental'r se habẽt illa idiuidua respectu mundi: sicut ille partes respectu hominum: quare ⁊c.

¶ Capitulum. xij.

Quia tactum est de gñatione ⁊ corruptiõe mũdi: que dicũt potentiã actiuã ⁊ passiuaz. ideo iuxta vnam propõnem quaz ponit Cõmen p̄io celi: di. q̄ potẽtia actiua terminat per maximuz in quod põt agere: volo inquirere sub breuitate materiam de maximo ⁊ minimo: quibus terminantur potentia actiua ⁊ passiua: an sit ita q̄ potentia actiua terminatur maxĩo in quod potest agere: vel minimo in quod nõ põt agere et potentia passiua terminatur maximo a quo non potest pati: vel minimo a quo potest pati.

Com.116 t.117.

primũ.

¶ Et ideo est primo notanduz qualiter exponuntur dicti termini: vnde hec propositio. a. est maximum põdus quod sortes potest portare: exponitur sic. a. pondus sortes potest portare: et nullum maius a. sortes potest portare. Et ista. a. est minimum pondus quod sortes nõ potest portare: sic exponitur a. sortes non potest portare: nec tantum: et quocunq̄ pondere minori data datur maius infra a: quod sortes põt portare. ¶ Itẽ a. est minimum visibile quod tu potes videre: sic exponitur. a: visibile tu potes videre: et nullum visibile minus a. tu potes videre. Sed ista a. est maximuz visibile quod tu non potes videre sic exponitur. a. visibile tu non potes videre: nec tantum: et quocunq̄ maiori dato datur minus supra a. qd tu nõ potes videre. ¶ Dico primo notanter quocunq̄ minori: sed quocũq̄ maiori dato in negatiuis: quia assignata et

latitudine a gradu vt quatuor ad gradũ vt .vj. exclusiue: gradus vt .vj. est remississimus qui non est in a: latitudine: et tamen non quilibet remissior illo est in a: latitudine: quia nullus infra gradum vt quatuor. Similiter gradus vt quatuor est intensissimus: qui nõ est in eadẽ latitudine: ꝛ tamẽ nõ quilibet intẽsior illo est in eadem latitudine: quia nullus intensior gradu vt .vj. ❡ Dixi secũdo infra a: et supra a: quia dato pondere a: eq̃lis potẽtie cũ sorte: illd nõ ẽ maximũ pondus qd̃ sortes nõ põt portare: sed minimũ qd̃ non: ꝛ tamen quocũq₃ maiori dato datur minus: qd̃ ipse potest portare: quia quicquid est minus a: est minus quocũq₃ maiori a. Similiter dato ꝙ a nõ posses videre: sed quodlibet maius a: in casu isto a: nõ foret minimũ qd̃ tu nõ potes videre: sed maximũ qd̃ nõ: et tamen quocũq₃ minori dato: maius illo posses videre: quia quicquid est maius a: est maius quocũq₃ minori a.

4 5 6

Secundũ ❡ Secundo notandũ ꝙ ad inferendũ diuisionem de maximo et minimo affirmatiue ꝛ negatiue oportet duo subcontraria esse vera. Quorum si affir-

Prima regula. matiua verificatur pro maiori q̃ negatiua: sequitur maximũ ꝙ nõ: vel minimũ ꝙ sic: vnde bene sequitur: aliquod visibile tu potes videre: ꝛ aliquod non: nec tantum: igitur est dare maximũ visibile quod tu non

Secũda. potes videre: vel minimũ qd̃ tu potes videre. ❡ Si autem affirmatiua verificatur pro minori q̃ negatiua: sequitur disiunctiua per maximũ quod sic: vel minimum qd̃ non: vt aliquod pondus sortes potest portare: ꝛ aliquod non: nec tantum: igitur est dare maximum pondus quod sortes potest portare: vel mini-

Tertia. mum quod non. ❡ Si vero affirmatiua indifferenter verificatur pro maiori ꝛ minori: sic datur disiunctiua per maximũ qd̃ sic: ꝛ minimũ quod non: vt per aliquã distantiã tu potes videre a: et per aliquã non nec tantam: ergo est dare maximã distantiã per quã tu potes videre a: vel minimã per quam non: ꝛ etiam est dare maximam per quam non potes videre a: vel minimã per quam sic. ❡ Sed si affirmatiua verifice-

Quarta tur pro equali: illi pro quo verificatur negatiua sic: non sequitur aliqua disiunctiua per affirmationẽ vel negationem maximi vel minimi: vnde non sequitur: aliqua pars a: est alba: ꝛ aliqua nõ est alba: igitur est dare maximã partem a: albam vel minimã non albã: aut maximam non albam: vel minimã albam: dato enĩ ꝙ vna medietas a: esset alba ꝛ reliqua nigra: esset antecedens verum ꝛ cõsequens falsum. patet per exponentes: ꝛ hoc supposito ꝙ illud inanimatũ sit album: cuius maior pars q̃ medietas ƒm quãlibet partem superficialem eius est alba. ❡ His premissis sit

Prima conclusio. hec prima conclusio. Diuisione facta per affirmationem ꝛ negationem maximi ꝛ minimi mediante termino non distributo ꝛ sine limitatione eligenda est pars negatiua: ꝛ hoc tam respectu potentie passiue q̃ actiue. verbi gratia: si queritur vtrum sit dare maximum põdus ꝙ sortes potest portare vel minimũ qd̃ non. Respõdetur ꝙ minimum qd̃ non potest: ꝛ illud est equale potentie sortis. Similiter cum queritur: vtrum sit dare maximã potentiã a qua hic lapis nõ possit portari: vel minimũ a qua possit portari: Respondetur ꝙ maximã a qua non possit portari: ꝛ illa est potentia sortis respectu lapidis sibi equalis. Similiter si queritur: vtrum sit dare maximum visibile quod sortes nõ sufficit videre: vel minimũ qd̃ sic: dicatur ꝙ maximũ qd̃ non: ꝛ si est dare minimam distantiam per quam a: non põt apparere pedalis quãtitatis: vel maximã per quam sic: dicatur ꝙ minimã per quã non. ❡ Et notanter dico sine limitatione: quia limitando ad certum gradũ: ꝛ ad determinatũ medium sustineretur pars affirmatiua: vt fieret talis diuisio: vel est dare maximũ pondus quod sortes potest portare a gradu velocitatis in b medio: vel minimũ qd̃ non: dicatur ꝙ est dare maximũ quod sic: quia licet maius pondus illo sortes posset leuare: nõ tamen a gradu velocitatis in eodem medio. ❡ Secunda conclu-

Secũda cõclusio. sio. Diuisione facta per affirmationẽ ꝛ negationem maximi ꝛ minimi mediante termino distributo habente supposita finita: ꝛ sine limitatione eligẽda est pars negatiua. verbi gratia: vel est dare maximum pondus quod quilibet homo potest portare: vel minimũ quod non: dicitur qd̃ minimũ quod non: ꝛ illud est pondus equale debilissimo hominũ: vt patet per exponentes. ❡ Item si queritur vtrum sit dare maximum visibile quod nõ quilibet oculus potest videre vel minimũ quod sic: dicitur ꝙ maximũ qd̃ non: ꝛ illud est visibile quod non potest videri ab oculo debilissimo: sed si aliquo modo augeretur in quantitate vel in colore videretur ab eodem oculo. ❡ Tertia cõ-

Tertia cõclusio. clusio. Diuisione facta per affirmationẽ ꝛ negationẽ maximi ꝛ minimi mediante termino distributo habente infinita supposita eligenda est pars affirmatiua. verbi gratia: vel est dare maximũ põdus: quod quodlibet fortius sorte sufficit portare: vel minimum quod nõ: dicatur ꝙ maximũ pondus: ꝛ illud est pondus equale potentie sortis: quoniam illud quodlibet fortius sorte potest portare: ꝛ nullũ maius illo quodlibet fortius sorte potest portare. ❡ Item vel est dare maximã potentiã a qua nõ quelibet resistẽtia minor sorte potest pati: vel minimã a qua potest. Dicitur ꝙ est dare minimã potentiã a qua quelibet resistentia minor sorte potest pati: ꝛ illa est potẽtia sortis: vt patet per exponentes. ❡ Quarta conclusio. Diuisione fa-

Quarta cõclusio. cta per affirmationẽ ꝛ negationẽ maximi et minimi cum limitatione simpliciter sumpta semper est eligẽda pars affirmatiua: siue fiat mediante termino distributo: siue non distributo: siue fiat mediãte termino habẽte finita supposita: siue infinita: vt tangebat in prima conclusione. Unde si queritur: vel est dare maximã quantitatẽ que ceteris paribus in hora poterit a gradu voluntatis vniformiter pertransiri: vel minimã: que nõ dicatur ꝙ maximã. ❡ Item vel est dare maximã potentiã a qua hic lapis non potest leuari ab a: gradu velocitatis in b medio: vel minimã a qua potest. Respõdetur ꝙ est dare minimã a qua potest: vt patet per exponentes. Et notanter dixi: limitatione simpliciter. Quia si queritur vtrum sit dare maximã quantitatẽ: que in minori tempore q̃ in hora poterit pertransiri a gradu velocitatis: vel minimã que non eligenda est pars negatiua: ꝛ nõ affirmatiua: quia quacũq₃ quãtitate data que in minori tempore q̃ in hora potest pertrãsiri a gradu velocitatis: maior illa potest in minori tẽpore q̃ in hora pertrãsiri a gradu velocitatis: quia aliquo excessu diuisibili pertrãsiẽs excedit illã. Sed assignata quãtitate equalis potẽtie cum pertrãseũte illã nõ posset pertrãsire in minori tẽpore ꝙ in hora gradu velocitatis: ꝛ quãlibet medietatem posset pertransire. hec aũt non fuit limitatio simpliciter ex parte tẽporis: licet bene ex parte gradus.

Primũ. **Contra** predicta arguitur: ꝛ primo ꝙ potentia actiua terminat maximo: in quo potest agere: ꝛ pono ꝙ a: sit vnum graue quod sortes sufficiat portare: ꝛ crescat grauitas illius quousq₃ sortes erit insufficiẽs portare idem. pono iñ ꝙ proportionabiliter potentia sortis cõtinue fortificet: non ita velociter sicut a: ꝛ sequitur ex predictis ꝙ in primo instanti in quo sortes erit sufficiẽs portare a: ꝙ tunc a erit minimũ quod nõ. Sed cõtra: in illo instanti sortes erit fortior q̃ imediate ante: ꝛ a in nulla proportione erit grauius q̃ immediate ante: sed inmediate ante sortes sufficiebat portare a: igitur per idem in illo instanti sufficeret portare a. ❡ Scd̃o sequitur ꝙ

Secũdũ. in illo instãti sortes erit fortior q̃ imediate ante: ergo tunc sufficeret plus portare q̃ imediate ante: sed immediate ante sufficiebat portare a: igitur tunc suffi-

Cõ. 116. et 117. ceret portare a: et ad hoc videt̃ esse. Cõmẽtator p̃mo celi di. ꝙ potẽtia actiua terminatur maximo in quo potest. ❡ Tertio arguit̃ ꝙ potẽtia passiua terminat̃

Tertiũ. maximo a quo potest pati: quia potẽtia visiua terminatur maximo visibili. pbat̃: quia si non sit: ergo ꝙ a.

sit maximū non p se visibile:r signo vnum insenbilr maius a:quod sit b:et arguit sic.b.nō causat intensionē sensibilr fortiorez quā causat a.igitur qua rōne
Quartū. a.nō videt:nec illud insensibilr maius. ¶ Quarto:intendat a.insensibiliter:non tamē ad gradū b.tunc a. et b.apparebunt eque visibilia.:igit sub eodez gradu apparebunt.igitur per tantā latitudinē potest.a.remitti manēs cōtinue p se visibile:sicut d.sed si b.remittat ad gradū in quo est a.videbitur:igit si remittatur a.ad gradum pristinum videbitur.et per cōsequēs nunc non erit maximū non per se visibile.

Ad primū. **Ad primū** admisso casu nego vltimaz consequentiā:quia lz.a in nulla proportione erit tunc gradus q̄ȝ immediate ante:tunc tamen erit grauī in aliqua pportione q̄ȝ immediate
Ad scdm. te ante:igitur. ¶ Ad scdz negetur iterū secūda ɔña:sz oportet addere q a.nō velocius augebitur q̄ȝ sor.vel tūc erit grauitas sua minor potētia sor.sicut imedia
pū.c.16. te ante:q̄ȝ quodlibet est falsuz. ¶ Et ad Cōmen.dico
et.117. q ipse loquebat de potentia actiua cum limitatione
Ad tertiū. simplr. ¶ Ad tertium negeē ɔña.vñ cōcedo q b.non causat intensionem sensibilr fortiorē q̄ȝ a.ex quo a non causat intēsionē sensibilter fortem:concedo tamen q b.causat intensionez sensibilr fortem:quia licz excessus illius ad a.sit insenbilis:tamen ille excessus
Ad quartum additus toti residuo est satis sensibilis. ¶ Ad quartū dicitur:q sub diuersis gradibus apparēt illa duo lz appareat q sub eisdē appareāt:et ideo vnus gra
Notandū. dus est altero maior:licz insensibiliter. ¶ Intelligendum tamen q cū dicitur a: est maximum non per se visibile:dz itelligi cū illis circūstantijs:qm sophistice loquendo a:est p se visibile:quia est aptū natuz videri.cum sit aptū augeri r intēdi in colore.tamē stantibus illis circūstātijs non est p se visibile:sed quodlibet maius:vel tantum.

¶ Caput primum.

Elum igit vniuersuz neqȝ ortū esse neqȝ corrūpi posse:vt qdā inquiūt. Sz vnū esse ac sempiternum: principium quidem et exitū eternitatis vniuerse non habēs:infinitum autem habens:r cōtinens in seipso tempus r ex hisce que dicta sunt:r per opinionē eorum qui aliter dicunt ipsumqȝ generāt fidem sumere licet. Nam si sic quidē sese habere potest:eo autem modo quem illi dicunt nō potest: magnū r hoc vtiqȝ momentū ad faciendū fidem de immortalitate eternitateqȝ ipsius habet. Quare bene sese habet:quez que sibi psuadere veteres r maiorū maxime nostrorū sententias veras esse:que qdem asserunt esse quippiā eoruz immortale atqȝ diuinū:que motū quidē subeūt:talem tamen vt nullus ipsius sit finis.sz potius ipse ceterorū sit finis. Et finem enī ex his esse cōstat que cōtinent:r hic cum sit pfectus impfectos cōtinet r eos qui finē habent:atqȝ cessationē:ipse nāqȝ neqȝ pcipiū neqȝ exitū vllum habet: incessabilis est tempe infinito. Ceterorū autem:aut est principij causa:aut suscipit exitū cessationēve.atque superū locum celumqȝ veteres quidem dijs tribuerūt:propterea quod soluz est immortale. Presens autem oratio testis est incorruptibile ac ingenerabile esse: vacareqȝ preterea oī difficultate mortali:et insuper esse sine labore:propterea quod nullius idiget:vim inferentis necessitatis.que quidē prohibēs detineret ipsum aptū alio modo ferri. Omne namqȝ tale laboriosum est:quo magis perpetuū est r optime dipositionis expers. Iccirco neqȝ putanduz est ipsum ita sese habere vt veterū fabula dicit.q quidem salutē ipsius:atlante quodā indigere. Et ij namqȝ qui hanc sententiā attulerūt:idem quod posteri videntur existimasse.nam quasi pondꝰ haberēt supra corpa omnia:terreaqȝ essent.necessitatē anime participē ipsi fabulose supposuere. Neqȝ igit hoc modo. Neqȝ ob cōuersionē:propterea qd lationē habet motu suopte celeriorē vt Empedocles dicit. Cōseruari putādū est adhuc ipsum tempore tāto:atqȝ incolumen esse. At vero nec ab anima cogente sempiternū manere cōsentaneuz est rationi neqȝ enī talis ipsius anime vita sine dolore beataqȝ cē pōt. Et motum enim qui est cum vi: si mouet corpus primum aliter aptū ferri:continueqȝ mouet.negociosum atqȝ ab omni voluptate mēti semota esse necesse est:si neqȝ vt anime mortaliū animalium reqēs inest:ea que circa somnū fit corporis relaxatio:sed Ixionis fatum cuiusdā ipz ppetuuz insupabileqȝ detinere necesse est Si igitur vti diximus res dicto modo de prima latione sese habere potest: non solum cōcinius est ita de eternitate ipsius existimare:sed etiam hoc modo dumtaxat cōsentaneus et vaticinationi quam de dijs habemꝰ sententias possumus certo proferre: sed r his hactenus.

¶ Caput secundum.

Um autem sint qui dextrū ipsius celi quippiam: et leuum inquiunt esse: vt ij qui pitagorici nuncupantur. Est enī hec illorum sentētia: considerādum est vtrum res sic sese habeat: vt illi dicunt

an alio potius modo: si hec pncipia corpori ipsius vniuersi sunt adiūgenda cōtinuo namqz si dextrū inest ei: leuumqz priora principia prius in ipso existimādum est esse: determinatū igitur de his e in his que de aīaliū motib⁹ sunt tractata: propterea quod hec priora sunt illorū nature atqz accommodata: manifeste nāqz animalib⁹ inesse videnť quibusdam omēs istiusmodi partes: dextrum inqz atqz sinistrū quibusdā nōnulle: plantis vero supera atqz infera solum. Quod si celo talium quippiam est adiungēdū e id ipsi ppetere quod primum: vti diximus: in animalib⁹ inest cōsentaneum: est rationi. Unūquodqz enim triū: dico autem trium: superum inferūqz: ipsum ante atqz oppositum: e dextrum leuumqz: vt principium quoddaz esse videtur. Has enim omēs dimēsiones perfectis corporibus inesse cōsonū est rationi: atqz superum quidē lōgitudinis: dextruz autez latitudinis. ipsumqz ante latitudinis pncipiuz est. Insuper alio modo motuum ratione: hec enim principia dicoe vnde motus iis incipit que hec habent. Est autem ab ipso quidez supero accretio: a dextris autē ea motio q̄ loco accomodatur ab hisce: ab q̄ ante sunt ea motio que fit sensu. Atqz id āte dico in quo sunt sensus. Quapropter et nō omi in corpe querēdum est superū atqz inferuz e dextrū leuumqz: atqz ante e retro sed in hisce que cum aīata sint mot⁹ in seipsis principiū habēt. in nullo eīz eorū que vacant anima id cernimus: vnde est principiū motus. Quedaz enim oīno nō mouēť: qdā mouēť, quidē fz oī et parte simili modo: veluti ignis sursum solum e terra ad medium. Sed in his superuz e inferum: dextrum leuūqz dicimus ad nosipsos referentes. Nam aut respectu nrī dextri leuiqz vt augures dicunt: aut silitudine nostri: vt ea q̄ sunt statue: aut ea que contrario modo sese habēt: positione. Etenī dextruz q̄ idē id dicimus: quod opponitur nostro sinistro: leuum autem contrariū. e retro ac ante simili modo. In his autez ipsis nullā differentiam cernimus. Si contra namqz vertatur: contraria dextra leua qz: supera ac ifera: āte retroqz sane dicemus. Quapropter et pithagoricos: quispiam mirabitur sola hec duo principia dixisse. dextrum inqz atqz sinistrū. Ceteras autē quatuor: differētias omisisse: non minus rationem principij sub euntes. Non enim minorem ad infera supera: e ad ea q̄ sunt retro ca ē sūt ante q̄ ad leua dextra vniuersis in animalibus differentiaz habēt. Hec enim vi solū: nulla figura etiā differūt. Et q̄dē superum ac inferum omnibus animantibus inest: tam animalibus q̄ etiā plantis. Dextrum autem leuūqz plātis non est. Preterea vt longitudo latitudinē antecedit: sic pri⁹ erit gnatione superū dextro. Cum multi plr prius dicať. Si lōgitudinis quidē superū: latitudinis vero dextrū principiumest: atqz prioris principium antecedit. Insuper si superum quidem est id vnde est motio: dextrum autem a quo: e ante ad quod. hoc quoqz modo vim quādam principij superuz ad ceteras species habet. Ji nere pande sunt igitur pithagorici: et quia maxime pncipia omiserunt. e q: in vniuersis hec similr inesse putabāt. Cū autem a nobis sit antea definitū tales potentias iis inesse q̄ principiū motus habēt et celū sit animatum: atqz pncipiuz habeat motus: patet ipsi superū inferūqz: et dextrum atqz leuum inesse. Non enim dubitare oportet ab vniuersi rotundam figuram: quoniā pacto aliud ipsius dextruz aliud leuū erit: si partes sint similes vniuerse: perpetuoqz motu cientur. Sed intelligere perinde oportet atqz si quispiaz in hisce q̄ dextrū ad leuum figuris quoqz differētiā habent circūposuerit spheram: habebūt enim potentiā differētem: ac ob figure similitudinem habere non videbitur. Eodē modo de principio quoqz motus intelligamus oportet. Etenī e si nunq̄ moueri celum incepit: principium tamē habeat ipsum necesse est. Unde incepisset si inciperet moueri: et rursus ciebitur motu: sistabit. Dico, autem lōgitudinē ipsius quidem eaz esse q̄ est, inter polos distātiam: et poloruz alterum superam: alterum inferam partē. Differentiā eīn in solis his hemisperioz cernim⁹: et eo quia poli nō mouētur: e insuper in mū

do nō ipsum superum atq₃ inferū: sʒ ea
que sunt preter polos latera dicere cō
sueuim⁹ quo patet hanc ipsius celi lon
gitudinē esse. Id est enim latus qḋ est
preter superum inferūq₃. Polorū autē
is: q̇dem qui apud nos videt̃ pars infe
ra est. is autē qui nobis manifestus nō
est partis rationem supere subit. Dex-
trum enim vniuscuiusq₃ id esse dicim⁹
vnde principiū ad locum accomodate
motionis emerget. Conuersionis vero
celi principium id est: vnde oriūtur stel
le. Quare hoc erit dextrum. id vero vbi
fiunt occasus leuum. Si agit̃ a dextris
īcipit et circūfertur ad dextra: polū euʒ
qui nō videtur superum esse necesse est.
Si eñ erit is qui videtur: motus ad p-
tes erit sinistras: quod quidem nō dici-
mus. Patet igitur eum polum qui nō
videtur a nobis celi partem superaʒ es
se: ⁊ eos quidem qui illic habitāt in se-
misperio supero esse: atq₃ i dextris: nos
autem in infero ac sinistris: contra atq₃
pithagorici dicunt. Illi eñ nos supra
faciūt dextraq₃ in parte. illos īfra atq₃
in leuis. Contrarium autē accidit. Ve
rum scḋe cōuersionis: veluti vagarum
stellarū: nos q̇dem in supis dextrisq₃ su
mus: illi ṽo in īferis sunt atq₃ sinistris.
Est enim p̄ncipiū motiōis dxtra. ppte-
rea qḋ latiōes cōtrarie sunt. Quare fit
vt nos in principio sim⁹: illi in fine sint
collocati. De partib⁹ igitur per dimen
siones locoue definitis tot a nobis sint
dicta.

Caput. xiij.

2. ce. a.: c. 4. vsq₃. ad. 1. 7

Post quā dictū est de mundo in gñali: cōsequenter de partibus eius est dicendum q̄ sunt corpora celestia ⁊ elementa. querēdo vtrū in corporibus celestibus reperiantur differēntie positionū vt in aīalibus: sursum ⁊ deorsuʒ / dextruʒ ⁊ sinistrū ante ⁊ retro. Ad quod declarandū notandū est p̄mo q̄ differentie positionū quibusdā corporibus attribuuntur simplr. et quibusdam s̄m quid. ⁊ in respectu illis attribuūtur simplr in quib⁹ repetiūtur s̄ʒ diuersas partes diuersarū virtutū: et diuersarū rationū: sicut hoībus ⁊ aīalibus perfectis sursuʒ eñ est principiū augmēti ⁊ ratiōis: ⁊ sic caput est sursum: ꝙ os p quod capiūt nutrimētū. partes aūt opposite. s. pedes dicūtur deorsuʒ. ⁊ s̄m hoc radices per quas plāte capiūt nutrimētū dicunt̃ sursuʒ: s̄m ph̄m. ij. de anima. ac frondes ⁊ folia deorsū: licʒ in respectu ad loca elemētorū. frondes dicunt̃ sursum / ⁊ radices deorsuʒ Pars aūt hoīs a qua sit mot⁹ dicit̃ dextra et pars opposita sinistra. Sed pars eiusdē vbi magis viget vita sensitiua dr̃ ante: ⁊ pars opposita dr̃ retro: In illis autem corporib⁹ dicte differētie repeciunt̃ i respectu

primum.

T. c. 3. 8.

que nō sunt diuersarū naturarū ⁊ virtutū in diuersis partibus: vt lapides ⁊ metalla. illa eniʒ pars lapidis dicitur sursum que est versus elementa leuia: et illa dicitur deorsum que est versus elementa grauia ante et retro. dextrum et sinistrum reperiuntur in eisdē per respectum ad nos: ita q̄ illa pars que respicit dextrum nostrum dicitur dextera. et illa que respicit sinistrum nostruʒ seu ante vel retro dicitur esse huius modi. Et hoc potest declarari et hoc quoniam illa pars que prius fuit dextra potest fieri sinistra. et illa que fuit sursum potest fieri deorsum: et que fuit ante potest fieri retro: sed hoc non contingit in perfectis animalibus: quoniam qualitercunq₃ voluatur vel muteturhomo semper tenent eedem partes eandem denominationem quo ad singulas differentias positionum. Secundo notandum q̄ in celo sunt sex puncta

Secundū

pedes que sumuntur dimensiones tres. Primus punctus est polus antarticus. et secund⁹ polus articus: super quos mouetur celum: quorum dimentio ab vno ad reliquum dicitur longitudo: tertius vero punctus est oriens. quartus occidens: quorum demensio ab vno ad reliquum dicitur latitudo. quintus vero punctus est meridies. et sextus septemtrio: vel angulus terre. quorum dimentio ab vno ad reliquum dicitur profunditas celi et mundi. Et partes celi circa dicta puncta aliā ⁊ aliā virtutē habent. vñ sol et alij planete aliā virtutē habēt in oriente et aliā in occidente: et aliam in meridie: et aliam in septētrione. Similiter stelle aliam virtutem habent in polo artico ⁊ aliam in polo antartico. ⁊ q̄ hoc sit verum potest patere ex effectu: quoniam racemi siti v̄sus oriēs sūt dulciores racemis sitis v̄sus meridieʒ. Istis presuppositis sit hec prima cōclusio. In celo repeciuntur omnes differētie positionum. pbatur. in celo reperiuntur dextrū et sinistrum. ergo a fortiori sursum et deorsum. patet consequentia: q̄r sursum et deorsum sunt differentie priores alijs. Primo. quia capiuntur penes longitudinem: sed lōgitudo est prima dimensio simpliciter. igitur. Secundo. quia reperiuntur simpliciter vbi non reperiuntur alie: nisi in respectu scilicet in plantis. antecedens autem probatur: quia vbi reperiunt̃ determinate principium motus ab vna parte in aliā ibi debet poni dextrum et sinistrum. sed determinate mouetur celum ab vna parte in aliam. scilicet ab oriente in occidens per meridiem. ergo ⁊c. Ex consequenti potest argui q̄ ibi sunt differentie positionuʒ scilicet ante ⁊ retro: quia vbicunq₃ reperitur longitudo: ibi reperitur profunditas. et consequenter differētie reperte ex natura profunditatis. Secunda conclusio. Omnes differentie positionum debent sumi in celo penes sex puncta reperta in illo facientia tres dimensiones celi: ita q̄ oriens est dextrum celi / et occidens sinistrum: et meridies añ / et septemtrio retro: et polus antarticus sursum / et articus deorsum. probatur. nam ex dextro incipit motus: vt habetur in libro de motibus animalium: sed ab oriente incipiūt astra moueri super nostrum emisperium. igitur oriens est dextrum. Ex quo sequitur q̄ occidens cum sit punctus oppositus orientis est sinistrum in celo. Item motus celi incipiens ab oriente vadit primo per meridiem. ergo meridies est ante in celo: et consequenter septentrio punctus oppositus dicitur esse retro. Item polus antarticus est nobilior polus: penes eum sūt nobiliores stelle: igitur est sursū in celo. patet consequentia: quia in animali pars nobilior dicitur esse sursum. Ex quo sequitur q̄ polus articus qui est punctus oppositus est deorsum in celo: ista conclusio debet itelligi de toto celo: seu d̄ primo mobili. Tertia conclusio. Differentie positionum aliter reperiuntur in orbibus planetarum, et aliter in primo mobili: patet quia vbicunq₃ est dextrum primi mobilis ibi est sinistrum planetarum: et vbi sinistrum primi mobilis. ibi dextrum planetarum probatur: nam ibi est dextrum planetarum vbi incipiunt moueri super nostrū emisperiū: sed incipiunt moueri a sinistro

Prima conclusio.

Secūda conclusio. t. 1. 5.

Tertia cōclusio.

primi mobilis .s. ab occidēte in oriēs. igitur &c. Sil'r poli primi mobilis nō sunt sursum & deorsum orbiuȝ planetarū: sed poli zodiaci super q̄bus mouent̄ orbes planetarū. ¶ Quarta cōclusio. Oēs differētie positio
4ª ccl's. nū repertunt̄ in celo ex natura rei: & non solū in respectu p ater: q̄m celum hȝ terminatū motū ab vna parte in aliā partē: & est corp⁹ nobilissimū ac animatū ȝ Cōmē. si ergo aialia habēt simplr: & ex natura rei huiusmodi differētias positionum. a fortiori celum habet illas differentias. quare &c.

Primū. Contra p̄dicta arguit̄: & primo ꝙ in celo nō sit sursum. nam ignis in sua sphera est sursum. igitur in celo super ipsum nō dȝ esse deorsum: ali' eni deorsum esset supra sursum: qḋ est impossibile. ¶ Et cōfirmat̄ sursum & deorsum habēt sumi penes lōgitudinē: ȝ in celo nō est lōgitudo distincta a latitudine ex quo celū est sperleū: ergo ibi nō est
Secūdum. sursum & deorsuȝ. ¶ Scdo arguit̄ ꝙ sursum & deorsuȝ in celo nō debēt sumi penes polos: q2 ſm Cōmentatorem vbi est magis principiū motus: ibi est sursum sed magis est principium motus circa equinoctialē. igitur &c. ¶ Item in nobis sursum est nobilior pars: vt patet de capite. ideo in celo pars nobilior dȝ poni sursum: sed illa non est polus: imo illa per quā mouētur planete: & in qua ponuntur imagines signoruȝ si
Tertium. cut zodiacus. ¶ Tertio arguitur ꝙ polus antartic⁹ est sursum in celo: quia est nobilior: cum terra habitabilis sit magis sita prope polum articū q̄ꝫ antarticū.
Quartū. ¶ Quarto arguit̄ ꝙ nō sint iste differētie i celo ex natura rei: quia celum est sphericum: & eadeȝ pars que non est in oriente est posita in occidente ecōtra: ergo non est ratio quare vna dicatur plus oriens q̄ꝫ alia: & quare plus dicatur occidens ꝙ oriens. ¶ Et confirmatur: quia non est idem oriens apud omnes: quia quando sol nobis oritur: aliis occidit: igitur non apparet ratio quare aliquis determinatus punctus dicatur oriens vel occidens.

Ad primū. Ad primum dicit̄ ꝙ habēdo respectū ad loca elemētorū: sic in celo nō est deorsum: tamen comparando partes celi inuiceȝ in ordine ad motum bene est deorsum in celo: & concedo consequentet ꝙ penes longitudinem sumitur sursum & deorsum: & cum dicitur ꝙ in celo longitudo nō differt a latitudine. hoc negetur: quia longitudo celi dicitur linea supra quam mouetur celuȝ: latitudo autem dicitur linea a qua incipit motus versus meri-
Ad scdm. diem. ¶ Ad secundum dicitur ꝙ Commenta. loquitur de motu augmentationis & nutritionis: ꝙ vbi est magis principium talis motus: ibi est sursum: & hoc est verum in animali: in celo autem non est augmentatio: nec nutritio: & cum dicitur ꝙ pars nobilior celi debet esse sursum: hoc negetur: nec est similitudo de nobis & de celo: quia in nobis sumitur sursum penes motum nutritionis: & ex ea parte qua animal nutritur & augetur: sic autem non est in celo sed solum secū
Ad tertiū. dum lineam longam vel longitudinis. ¶ Ad tertiuȝ dicitur ꝙ non oportet terram esse sitam versus omnē partem nobiliorem orbium planetarum: modo licet orbis astrorum sit nobilior versus polum antarticuȝ tamen orbis planetarum est nobilior versus polum
Ad quartū articum. ¶ Ad quartū dicit̄: licet celū sit sphericū: tamē habet differentias positionum: sicut haberet hō si esset spericus: et hoc rōne partium diuersarū rationum in celo: nec sequitur: eadē pars est oriens et occidens successiue: igitur non datur oriens simpliciter & ex natura rei: q2 licet mutet̄ pars tamen eadē manet per equiualentiam. ¶ Et ad confirmationeȝ dicitur ꝙ duplex est oriens: scilicet verum & non verū. Oriēs verū est in ciuitate Arym. sub equinoctiali & occidēs verū est pars opposita. Oriēs nō verū est q̄libet alia pars orizontis ſm ortū solis: & occidēs nō verū pars est opposita: modo non quodlibet oriēs est pars dextra celi: nec quodlibet occidens: sed solum verū oriens & verum occidens. quare &c.

¶ Caput tertium.

Cum aūt cōuersio ꝯuersiōi nō sit contraria: ꝯsiderandū cur plures sunt latiōes. Quā q̄ꝫ enim⁹ facere inq̄sitionē conamur. Eminusq̄ꝫ nō ab eo loco: ȝ multo magis hoc ipō qḋ accidēti in ipsis celis per paucorū sensuȝ habem⁹. Dicam⁹ tū atq̄ꝫ de ipsis cāȝ hinc sumam⁹ opȝ: corū qḋq̄ꝫ quorū est op⁹ opis ipsi⁹ eē gr̄a constat. Dei vō opatio īmortalis est. Hoc autem est perpetua vita: quare deo perpetuū inesse motum necesse est. Cum autem celum sit tale: est eniȝ corpus quoddam diuinum: ideo corpus rotundum habet quod suapte natura semper conuertitur. Cum igitur totum corpus celi tale non est. Quia corporis eius qḋ versatur aliquid: id īquā quod est in medio manere necesse est. Huius autē manere nulla pars aut omnino aut in medio potest. Naturalis enim ipsius motus ad ipsum medium esse. At ipsum suapte natura versatur. Motus enim sempiternus non esset: quippe cum nihil preter naturam sit sempiternum. Id enim quod est preter naturam: posteri⁹ est eo quod est ſm naturam. Sit igitur terra necesse est: hoc enim in medio sane quiescit. Atq̄ꝫ nunc quidem hoc supponatur posterius autem de ipso dicetur. At si terram esse necesse est: ignem etiam esse necesse est. Contrarioruȝ eñi si alterum est natura: & alterum eē natura necesse est: si sit contrarium: atq̄ꝫ aliquam ipsius esse naturam. Est enim eadem contrariorum materies & affirmatio priuatiōe est prior: veluti calidū frigido. Quies vero ac graue per leuitatio motus ve priuationē dicuntur. Atq̄ si terra est atq̄ꝫ ignis: ea quoq̄ꝫ corpora esse que sunt inter ipsa necesse est. Elementorum enim vnūquodq̄ꝫ contrarietatem ad quodq̄ꝫ nimiruȝ habet. Atq̄ꝫ hoc etiam nunc supponatur posterius autem est demonstrandum. Hec cū sint patet necessario generationem esse propterea quod nihil ipsorum perpetuum esse potest. Agunt enim inter se contraria ipsa: mutuoq̄ꝫ a se patiuntur ac corrumpuntur. Non est preterea consentaneum rationi: mobile quippiam perpetuū. Esse. Cuius motus ſm naturā ppe

tu⁹ esse nō pōt. At hoꝝ est motus. Ex
his igitur patet necessario generatio-
nē esse. Qđ si generationē esse necesse
ē: ꝛ aliā lationē aut vnā aut plures eē ne
cesse est: nā vt sese hꝫ totius motio celi:
sic elemēta corporū inter sese respectu
generatiōis habere necesse est. Et hoc
est: in sequētibus dilucidi⁹ declarabit.
Nūc tm̄ ptꝫ quā ob cām plura sunt cor
pora q̄ versant: gñationē em̄ eē necesse
est: ꝛ gñationē si ꝛ ignē esse necesse est: ꝛ
hanc propterea quod cōsistat aliquid
maneatqꝫ semper necesse est: ꝛ si moue-
ri quippiam semper oportet.

Caput quartum.

Iigurā aūt celū rotūdū hr̄e ne
cesse ē. Hec em̄ est accōmoda
tissima substātie ipsi⁹: ꝛ natu-
ra etiā prima. Dicam⁹ aūt vni
uersaliter que naꝫ ꝛ in plantis: ꝛ in soli
dis figura sit p̄ma. Omnis itaqꝫ figu
ra plana: aut a relictis lineis: aut a cir-
cūferentia cōtinet: ꝛ illa quidē a pluri-
bus hec ab vna linea solū. Cū vnū igit
in vnoquoqꝫ genere prius sit multis na
tura. Cōpositoqꝫ simplex: figurarū pla
narū pfecto circulus erit prima. Pre-
terea si perfectū idest: extra qđ nihil co
rum que sunt ipsius accipi pōt: quēad-
modū prius est definitū: ꝛ linee quideꝫ
recte semꝑ additio fieri pōt: linee vero
circulari nunq̄ patet ꝑfectā eā lineā eē
q̄ ipsum circulū cōtinet. Quare si pfe-
ctū prius est imꝑfecto: ob hec circulus
prima erit figura eodē ꝛ sphera mō so-
lidaꝝ prima erit figura. Sol nanqꝫ ab
vna supꝑficie cōtinet: rectaꝝ vero linea
rū figure a pluribus cōtinētur. Ut em̄
in planis circulus sese habet sic in soli
dis sphera. Qui preterea solida diui-
dunt in plana: atqꝫ ex planis corpora
generāt. His testes fuisse vidētur. So
lam enim figuraꝝ solidarū spherā non
diuidūt: vt nō plures supꝑficies q̄ vnaꝫ
habentē. Diuisio em̄ in plana nō perin
de efficit: vt quispiā diuidēs in partes
diuidet totū sed vt in specie diuersa: pa
tet igit spherā figurarū esse solidarum
primā. Et insuper maxime consonū rō
ni: si ordo per numeꝝ etiā assignat: hoc
ipsaꝫ modo disponere. Unitatē quidē
circulo: dualitatē aūt triangulo tribuē
do: cū duob⁹ equales suos angulos ha
beat rectis. Si vero vnitas triāgulo tri
buatur. Circul⁹ nō erit sane figura pri
mi sit corporis. Primū vero corpus id
sit qđ est vltima in conuersione: ꝛ id er-
go qđ illi heret: qđ em̄ heret rotūdo: id
rotundū etiā est. Siꝉiter et ea que ī me
dio collocant: ea namqꝫ que a rotundo
corpore cōtinent ac tangūt: rotūda esse
cuncta necesse est. Atqꝫ sunt sub vaga-
rū spa: superā spaꝫ tāgūt. Quare ipsuꝫ
vniuersum rotundū erit. Omnia nāqꝫ
tangunt herentēqꝫ spheris. Preterea
cū videat ac supponat vniuersum ipm
versari: demōstratūqꝫ sit extra cōuersio
nē extimā neqꝫ locū neqꝫ vacuū esse: ro-
tundū ipsum esse ob hec etiā ipsa neces
se est. Nam si rectaruꝫ linearū erit figu
ra versatur: nūq̄ eūdem occupabit locū
sꝫ vbi pri⁹ erat corp⁹ nūc nō erit ꝛ vbi nūc
nō ē rursus ob āgloꝝ trāsitionē erit. Ea
dem euenient: ꝛ si quispiā aliquā figu-
ram aliā ipsi tribuerit: nō habētē eas li
neas que ex medio progrediunt equa-
les: veluti lentis figure similē: aut oui.
In omnibus enim eueniet ꝛ locū esse ꝛ
vacuū extra celū. Preterea qđ totū nō
eundē occupat locū. Preterea si celi la
tio q̇dē mēsura est motuū. Propterea
qđ sola cōtinuus est ꝛ vniformis sempi
ternusqꝫ motus. In vnoquoqꝫ autem
genere mensura id est qđ est minimum.
Minimus vero motus is est celerrim⁹
patet celi motum omniū motuū celerri
mum esse. At eorū que ab eodeꝫ ad idē
pergunt minima ipsius circuli linea est
per minimā autē est motus celerrimus
quare si celū ꝯuertitur celerrimeqꝫ mo
uetur: rotundum ipsum esse necesse est.
Sumere etiam quispiam ꝛ ex hisce cor
poribus que citra mediuꝫ collocantur
hanc fidem potest. Si enim aqua qui-
dem est circa terrā: aut aerē circa aquā
ꝛ ignis circa aereꝫ collocatur. Et supe
ra corpora per rationem eandem ita se
habent. Etenim continua quidem non
sunt: tangunt autem hec: aque vero su-
perficies rotunda est sane. Atqꝫ quod
rotundum tangit: circaqꝫ rotunduꝫ est
situm: ꝛ ipsum tale esse necesse est. Pa-
tet hec etiam ratione celum rotundum
esse. At vero superficiem que talem esse

patebit si suppositionē sumpserimus aquā suapte natura semp ad magis cōcauum locum cōfluere:et eum locū magis concauum esse:qui est propinquior centro. Ducantur igitur ex A cētro recte linee A B:et A: C:et ex B in C.linea producat B C:ad quā ab A ppendicularis ducat A D:et protrahat in E:patet itaq3 lineam A D:minorē esse lineis A B:et A C:ergo hic locus magis concauus est: quare affluet aqua quousq3 fuerit in equalitatem redacta At A:E:equalis est hisce que a centro sunt ducte. Quare aquam ipsam in hisce esse q̄ sunt ex centro ducte necesse est. Tūc eīn quiescit. At ea que tāgit eas que sunt ex centro ducte: circunferentia est.

Rotunda est ergo superficies aque:que quidem est B:E: C: Patet igitur ex hisce:que dicta sunt mundum esse rotunduz atq3 adeo exacte:vt nihil eorum que manu conficiuntur:nec aliud quicq3 eorum que apud nos oculis cernuntur:sit tam exacte rotunduz. Nihil enim eorū ex quibus constat adeo vniformitam : exactamue rotunditatem suscipere potest:vt ipsi⁹ corporis obeuntis natura. Manifestum est enim rationem eam subire:quā aqua subit ad terram:et ea que plus semper remota sunt atq3 distant.

Caput.xliij.

2.t.c.17. vsq3 ad 22. Primū.

Necessitatem pluralitatꝫ motuum celi ostendit Phs.ij.celi.ex necessitate motuu horum inferiorum. ¶ Ad quod inuestigandum est primo notandum q̄ celum tripliciter agit in hec inferiora.s.motu:lumine:et influentia. Motu quidem trahendo serum speram ignis vna cum aere existe vltra montes altissimos.sicut pz primo methaurorum. Lumine etiā vt ad experientiam patet.quo agit in hec inferiora calorē. Influentia autem:q2 in profundo terre vbi non attingit motus celi nec lumē:generantur metalla mediante influentia celesti:que est qualitas spiritualis

Secundū.

⁊ non sensu pceptibilis:sicut lumen ⁊ motus. ¶ Secūdo notandum iuxta doctrinā philosophi primo methaurorū:q̄ necesse est mundū hunc inferiorē ꝯtinuari superioribus lationib⁹:vt ois virt⁹ eius gubbernet inde:ita q̄ iste mūdus inferior essentialr subordinatur celi lationib⁹.⁊ sicut amota prima intelligētia tollerentur omnes inferiores.ij.methaphy.⁊ corrupta luce vel corpore luminoso statim desineret lumen pro-

T.c.7.

pter ordinem essentialē:ita deficiente motu celi deficerēt hec inferiora:eo q̄ deficiente motu celi deficerēt omnes influentie celestes:⁊ omnes virtutes preseruatiue horum inferiorum:quia celum non habet illas a sua forma substantiali:sed ab intelligentia applicata ei:quas naturaliter non posset imprimere sine motu corporibus celestibus. ¶ His premissis pono quatuor conclusiones de intentione phyl.ij.celi. Pria cō[clusio]

Prima conclusio. Si celum est:necesse est ipsum moueri.pbat.si celū ē necesse.est elemēta esse ē.pbatur cōsequentia.quia celum et elementa essenti aliter ordinantur.modo in essentialiter ordinatis a priori ad posterius est bona consequentia tanq3 a causa ad effectū.vnde bene sequitur.lux est ergo lumen est.prima causa est.ergo secunda intelligentia est . tunc sic.elementa sunt.igitur motua celi est patet consequentia ab affectu ad causam essentialiter ordinatam.igitur a primo ad vltimū celū est.ergo,et⁹ motus est.et per consequens si celum est:necesse est ipsum moueri.

Secūda cō clusio. T.c.18. Cō.17...

¶ Secunda conclusio. Si celum mouetur: necesse est terram quiescere . probatur.celum mouetur ;igitur generationes et corruptiones istorum inferiorū sūt patet consequentia ab effectu ad causam finalez:eo q̄ motus celi secundaria intentione est propter generationes ⁊ corruptiones horum inferioruz.vt asserit Commen[tator] ... celi. Tunc sic.generationes ⁊ corruptiones inferiorum sunt.ergo elementa sunt ⁊ cetera requisita ad generationem et corruptionem:seu ad salutez generabilium ⁊ corruptibilium:sed terram quiescere est necessarium ad salutem generabilium ⁊ corruptibilium:scilicet hominum/animalium/et plantarum igitur necesse est terram quiescere. et per consequens a primo ad vltimum si celum mouetur necesse est terram quiescere.

Tertia cō clusio.

¶ Tertia conclusio. Si necesse est generationem ⁊ corruptionem esse horum inferiorum: necesse est esse plures motus celestes:quia si solum esset vnus motus celestis/aut ergo motus primi mobilis:au motus planetarum.si soluz esset motus primi mobilis sine motu planetarum tunc non influeret in hec inferiora:eo q̄ orbes planetarum non possunt esse medium receptiuum influentiarū primi mobilis nisi per suum motum.⁊ si non influeret non necesse esset hec inferiora generari vel corrūpi. Si autem esset solum motus planetarum:tunc planete nō influerent in hec inferiora:eo q̄ recipiunt influentiā a primo mobili q̄ illis communicare non posset sine motu.quare necesse est plures esse motus celestes.

Quarta cō clusio.

¶ Quarta conclusio. Si celum semper mouetur : necesse est semper ipsum moueri pluribus motibus.pbatur.si celum mouetur:necesse est terram quiescere. et consequenter esse.et si terra est:necesse est ignem esse:quia si vnum contrarium est in natura : reliquum etiaz est in natura.⁊ si duo extra extrema; sunt:necesse est intermedia esse.scilicet aerem et aquam.et consequenter omnia elementa esse.⁊ si omnia elementa sūt necesse est esse generationes et corruptiones horum inferiorum/eo q̄ elementa necessario agunt ⁊ reagūt inuicem.⁊ si necesse est esse generationes ⁊ corruptiones istorum inferiorum.necesse est celum moueri pluribus motibus:vt probatum est. igitur a primo ad vltimū.si celum semp mouetur:necesse est ipsuz moueri pluribus motib⁹.

Primū

Contra predicta arguitur.⁊ primo sic.q̄ non necesse sit celum moueri:quia aliquod celum quiescit.probatur. nam omne corpus p se mobile localiter debet habere locū naturalem:sed quodlibet celum motum est per se mobile localiter. igitur quodlibet tale habet locum naturalem.s3 hoc non posset esse nisi vltimum celum quiesceret. ¶ Se-

Secūdū

cundo. Una pars terre est habitabilis ⁊ non alia:⁊ hominum diuersarum terrarum sunt diuersi mores naturaliter:⁊ diuersarum plantarum et arborum sunt diuersi fructus diuersorum saporuz.ergo aliquod est celum quiescens a quo veniunt semper et vniuersaliter consimiles influentie.patet cōsequentia.quia talia diuersitas non potest esse a celo moto:eo q̄ quelibet pars fertur super quālibet partem terre . Et hec videtur fuisse intentio Aristo.in de motibus anima

lum: dicentis ꝙ omne per se mobile indiget aliquo fixo: sed celum non indiget aliqua fixione terre. igit celum motum indiget fixione alicuius celi quiescen-
Tertiū. tis. ¶ Tertio arguitur: ꝙ terra non quiescat: quia cōtinue est maior grauitas ex vna parte terre q̄ ex alia. ergo continue mouetur vt medium eius fiat mediuꝫ mundi antecedens patet: quia continue ratione so-
Quartū. larium radiorum fit terra maior in superficie: ꝛ consequenter leuior. ¶ Quarto arguitur ꝙ celum non moueatur pluribus motibus: quia celum est ita corpus simplex sicut aliquod elementorum: sed de nullo elementorum dicitur ꝙ moueatur pluribus motibus. ergo ꝛc. Deinde hoc non videtur necessarium ratione generationis et corruptionis inferiorum: quia dato ꝙ celum quiesceret adhuc elementa manerent ꝛ essent inuicem contraria: et consequenter agerent: ꝛ paterentur inuicem.

Ad primū. **Ad primum** concedo ꝙ omne celum motum habet locum naturaleꝫ non quidem ambientem: sed situantem: et hic locus
Ad secūdū est medium mundi vt alias dictum est in primo libro ¶ Ad secundum negetur consequentia ad probationem dico: ꝙ lꝫ celū moueatur circulariter secundū quālibet eius partē: non tamen partes mote portant secum influentias quas receperunt: sed in diuersis punctis celi sunt diuerse virtutes: a quibus secundū equiualentiam nunq̄ recedunt: ita ꝙ in oriente sunt alique virtutes que non possunt esse in occidente et econtra: que quidem virtutes numero vel spē nunq̄ sunt nisi in partibus existibus in eisdem sitibus secūdum equiualentiam. ¶ Et ad phylo. dicitur omne p se mobile indiget fixione. Respondetur ꝙ ipse loque-
Ad tertiū batur de mobili motu progressiuo: nam quodlibet tale indiget fixione elementi terre. ¶ Ad tertium negetur consequentia: quia licet sit inequalis grauitas in medietatibus terre: non tamē propter hoc mouetur vsq; quo medium grauitatis sit medium mundi: et hoc propter resistentiā aque et aeris: naꝫ dictum est: alias in primo: ꝙ stat duo esse equalia pondera: ꝛ inequilibra: et per additionem grauitatis ad vnū illorum non descendet. ¶ Ad quartum respondetur. ꝙ li-
Ad q̄rtū. cet celum sit corpus ita simplex sicut aliquod elementorum: non tamen est vnum numero sicut aliud elementorum vocat enim celum phs in proposito aggregatum ex omnibus speris celestibus. et ideo quilibet orbis celestis mouetur vnico motu proprio. Qꝺ enim orbes planetarum moueantur duobus motibus: hoc est ratione primi mobilis: ad cuius motum omnes mouētur secūdarie. Et ad probationē fundamenti. dico ꝙ si celum non moueret elementa non essent: ratio: quia si celum non moueretur itelligentia applicata illi non daret sibi virtutem calefactiuam: nec frigefactiuam: nec humectatiuam: nec desiccatiuam: nam sicut corpus luminosum non causat lumē nisi mediante luce: nec lucem: nisi mediante dyaphanitate: ita intelligentie non conseruant hec inferiora nisi mediantibus influentijs: nec influunt nisi mediante motu: et q̄ primo deficerent in corporibus supercelestibus qualitates virtuales preseruatiue qualitatum formalium: tam primo deficerent qualitates formales et consequenter elementa: quare ꝛc.

¶ Caput quintum.

Cum autem in circulo duo motus fieri possint: vt ab A: vnus ad B: aliter ad C: non esse quidem hos cōtrarios prius est dictum: Sꝫ si nihil in eternis esse fortuito: aut a casu potest. Celum vero perpetuum ē atq; ipa cōuersio: quam ob causam ad altera et nō ad altera fertur. Nā et hoc principium esse: aut ipsius principium esse necesse est. De nonnullis igitur atq; de omnibus eniti quippiam dicere: nihilq; pretermittere: aut insignis stultitie forsitan aut valde parati animi videbitur esse. Non tamen omnes similiter sunt increpādi: sed dicendi causam quenam sit videre oportet: ꝛ quo preterea modo se habet in credēdo. Utrū humane: an ita vt asserat atq; persistat. Cum igitur quispiam exactiores necessitates fuerit nactus: tunc hisce qui inueniunt gratias agere oportet. Nunc autem id quod videtur dicendum est. Natura semper id facit: quod est optimum eorum que fieri possunt: vt aūt lationum rectarum ea prestabilior est: qua locus superus petitur. Est enim diuinior locus superus inferior: sic et ea qua itur versus anteriora prestabilior est ea qua itur retrorsum: siquidem ita sese habēt et dextrum atq; sinistrum vt prius est dictum. Atq; dubitatio dicta declarat: prius posteriusve celum habere. Hec enim causa dubitationem soluit. Nam si sese habet: vt potest optime: hec erit profecto causa eius qꝺ diximus. Est enim optimum sane simplici ac incessabili motu cieri: atq; hoc ad id quod prestabilius est.

¶ Caput sextum.

Post hec motū ipsius vniformem et non difformem esse demonstremus oportet: atq; hoc dico de primo celo: ꝛ de latiōe q; prima. In his enim que sunt sub illo plures lationes in vnum iam conuenere: nam si difformiter mouebitur: patet intensionem lationis statum remissionemq; fore. Omnis enim difformis latio remissionem intensionem ac statum habet: status autem est aut vnde mobile fertur: aut ibi quo fertur: aut in medio. Ueluti forsitan hisce quidem que natura feruntur: in eo ad quod mouetur. In his autem qui preter naturam feruntur in eo vnde mouentur. Hisce

vero que proijciuntur in medio: at conuersionis: neq; vnde: neq; q̄ neq; mediū est: neq; enim ipsius principium: neq; finis: neq; medium est absolute nam ꝛ tẽpore est sempiterna et longitudine coacta; nec frangetur. Quare si lationis celi status nō est: neq; difformitas erit. Difformitas enim ob remissionẽ intensionemue fieri solent. Preterea si om̄e quod mouetur: ab aliquo moueat̄: difformitas motionis: aut ob id quod mouet aut ob id qḋ mouetur: aut ob vtrūq; fiat necesse est: nam si id quod mouet non eisdem viribus moueat; et si id quod mouet̄ alteretur; nec idem permaneat: et si vtrūq; mutetur nihil ꝓhibet id qḋ mouetur difformi motu cieri. Nihil autẽ horuz citra celum euenire pōt. Id enim quod mouetur: ꝛ primū: et simplex ꝛ ingenerabile: atq; incorruptibile ꝛ om̄ino imutabile demonstratuz est esse. Id etiā qḋ mouet: longe magis tale esse cōsentaneū est rōni. Primi nāq; primum ꝛ simplicis simplex: ꝛ incorruptibilis generabilisve incorruptibile īgenerabileue motiuū ē. Cū igit̄ id qḋ mouetur non mouet̄: ꝛ si est corpus: nec id qḋ mouet mutari pōt corpe vacans. Quare impossibile est lationẽ esse difformem. Etem̄ si sit difformis; aut ipsa tota mutatur: ꝛ interdū celerior īterdū tardior fit: aut ipsi⁹ ptes. Patet igitur partes difformes nō esse. Iam em̄ distātia stellaꝝ in tempore infinito fuisset: si alia tardius alia celerius moueret̄. At nulla in distantijs aliter sese habere videt̄. At neq; tota mutari pōt: remisse nāq; cuiusq; ob ībecillitatẽ fieri solet: imbecillitas vero res est ꝓfecto p̄ter naturā: etem̄ om̄es ībecillitates: que ī aīalibus īsunt: preter naturā esse vident̄: vt senectus et decremẽtū: tota nāq; fortasse cōstitutio aīalium ex talibus cōstat: que proprijs differunt locis: nulla eniz partium est suo in loco. Si igitur in hisce que prima sunt non est id qḋ preter naturā inest: simplicia namq; sunt ꝛ non mixta: ꝛ suis in locis sunt: atq; nihil ꝓrsus est contrariū ipsis: neq; ꝓfecto ībecillitas erit in ipsis. Quare neq; remissio neq; intẽsio: nam si intensio fuerit: ꝛ remissio etiam erit. Preterea cācellos etiam egredietur rationis: id quod mouet viribus carere tpe īfinito: ꝛ rursus alio tpe infinito vires hr̄e. Nihil em̄ tẽpore infinito p̄ter naturam esse videtur ꝛ ībecillitas res est: vt pz p̄ter naturā: nec equali in tpe preter naturā: ꝛ fm naturam est: nec omnino potens ac ībecille. Si vero motus remittatur: infinito in tempore remittat̄ necesse est. At vo neq; fieri pōt: vt semp intendatur; aut rursus remittat̄. Erit em̄ infinit⁹ indeterminatusq; ipse motus. Omne aūt ex quopiā esse: dicimus definitūve. Preterea hoc idem emerget: si quispiā sumpserit tempus quoddā minimū esse minore in quo celū moueri nō pōt. Ut em̄ neq; ambulare quispiam: neq; pulsare citharaz quouis in tempore potest; sed vniuscuiusq; actionis definitum est minimū corpus in nō exuperādo; sic neq; celum moueri quouis ī tẽpore pōt. Si igit̄ hoc verū est: non erit sane lationis semper intensio. Quod si non erit intẽsio: neq; remissio erit. Similiter em̄ ambo erunt: ac alterum; si eadem celeritate aut maiore intenditur: atq; tempore infinito. Restat igitur dicere motui celeritatẽ vicissim: ac tarditatẽ inesse. Hoc autem ratione penitus vacat: ꝛ figmento est simile: insuper et ratiōi magis cōsentaneū est: nos ipsum si ita sit non latere. Ea namq; que iuxta se ponuntur: facilius sane sensu percipiuntur. Unicum igitur celum esse et hoc ingenerabile ac sempiternū: et vniformi semper motu cieri per ea: satis que iam dixim⁹ patuit.

Capitulum. xv.

De regularitate et irregularitate motus celi et planetarū sequitur inquirere. Ubi primo notandum: q; motus dr̄ regularis dupliciter: scilicet quo ad tẽpus ꝛ quo ad subiectū. Motus regularis quo ad tp̄s dicitur eē ille quo in equali parte temporis equale spatium pertransitur vt dato quod aliquis pertransiret in vna hora vnum pedale semper eodem gradu velocitatis. Motus aūt regularis quo ad subiectum est ille cuius omnes partes eque velociter mouēt̄: vt in motu grauis descendẽtis deorsum. Consi'r dicatur de motu irregulari; quod duplex est: scilicet quo ad tempus ꝛ quo ad subiectum. Motus irregularis quo ad tẽpus est ille quo in equali parte temporis inequale spatium pertransitur. vt motus grauis descẽdẽtis deorsuz: continue em̄ velocitatur motus ille: iō

in tempore equali spatium pertransitur inequale. Sz
motus irregularis quo ad substantiā est ille cuius nō
omnes partes eque velociter mouentur: vt motus ro-
te cuius partes centrales tardius mouent̄ q̄ partes
dum. circūferētiales. Ista distinctio est eadē cū distinctio-
ne vniformitatis et difformitatis motus: eo ꝙ omīs
motus irregularis est vniformis: ꝛ ecōtra: et omnis
motus irregularis est difformis: ꝛ econtra. ¶ Secun
do notādum ꝙ orbes celestes nō equalr̄ cōplēt suos
cursus: sed aliqui tardius ꝛ aliq̄ velocius: nā primuz
mobile omni die ꝛ in spatio .xxiiij. horarū complet suū
cursum: celū stellatū in trigintasex millibus annoruz
centū annis vno gradu: saturnus fo. in .iij. annis cō-
plet cursum suū: et iuppiter in .xij. annis: mars vero
pclo. in duobus annis: et sol in vno anno: venus et mercu
rius complent suos cursus in minori tēpore q̄ in an-
no: lz non multū in minori tēpore: luna aūt in vno me
se complet suum cursum. ¶ His visis sit hec prīa con
clusio. Quilibet motus celestis tam ab oriēte q̄ ab oc
c.85. cidente est vniformis ꝛ regularis quo ad tēpus: ꝛ dif
ph.76. formis ac irregularis quo ad subiectū. Prīa pars pz
quia quilibet orbiū celestiū semp in equali tēpore de
scribit lineā veram vel imaginariā. Secūda vero ps
est phi. vi. physic. di. ꝙ partes celi versus centrū tar-
dius mouentur q̄ versus circūferentiā: vnde quanto
pclo. aliqua pars ē ꝓpinquior equinoctiali vel circūferētie
tanto velocius mouetur: et quanto propinquior po-
lis vel centro tardius mouetur. ¶ Secunda pclusio.
Quilibet planeta iferior velocius circuit q̄ aliq̄s plane
ta superior: lz tardius moueat̄. Prima pars patet: eo
ꝙ velocitas circuitionis attendit̄ penes angulū de-
scriptū in tanto vel in tanto tēpore: sed in equali tem
pore maiorem angulum describunt planete inferio-
res q̄ superiores: quia citius complēt suos circulos.
Secunda pars est nota: eo ꝙ in equali tempore ma-
iorem lineam describit planeta superior quam infe-
rior: dato enim ꝙ a. pertransiret in tota hora medie-
tatem circuli quadrupedalis: et b. in eadez hora to-
tum circulū pedalem prope centrū maioris a. in du-
plo velocius moueret̄ q̄ b. tamen b. in duplo velo-
cius circuiret: quia in eodem tempore in duplo ma-
tertia pclo iorem angulum describeret duplo maius spacium
pertransiret. ¶ Tertia conclusio. Celum stellatum
tardius circuit: ꝛ tardius mouetur quam aliquis
aliorū orbium: pz: quia cursum suum complet .xxxvj.
millibus annorū pertrāseundo vnum gradū celi 1 cē
tum annis: modo nō est verisimile ꝙ pertranseundo
in centū annis vnum gradum ita velociter moueret̄
sicut sol in centū annis centies pertransiens circulū
suum. Quod autem tardius circuit: hoc est manife-
stum: nam ex quo idem est centrum illius ꝛ orbiū pla
netarū: et orbes planetarū velocius mouent̄: igit̄ eis
velocius circuit. ¶ Quarta conclusio. Primum mobi-
le velocius mouetur: et velocius circuit q̄ aliq̄s alio
rū orbium: pz: quia in tanto tempore maiorē lineā de
scribit veram vel imaginariā: q̄ aliquis aliorū orbiū
pz: quia est maior orbis: et cōplet cursuz suū in .xxiiij.
horis: quod non cōtingit de aliquo alio: ex quo sequi
tur ꝙ etiam velocius circuit: quia in minori tempore
primum. maiorem angulum describit: vt patet intuenti. ꝛc.

Contra predicta arguo: ꝛ primo ꝙ celum nō
moueatur regulariter quo ad tem-
pus quia celū naturalr̄ mouetur: igitur mouetur cō-
scdm. tinue velocius ꝛ velocius: pz consequentia per phylo.
ij. celi ꝛ mundi: ꝙ motus naturalis est velocior i fine
q̄ in pncipio: motus autem violentus per oppositū
est velocior in principio q̄ in fine. ¶ Secūdo arguit̄
ꝙ celū mouetur regulariter quo ad subiectū: qr si nō:
sequeret̄ ꝙ celum infinita tarditate moueret̄: pbat̄:
naz si infinita velocitate moueretur aliqua pars celi
illud infinita tarditate moueretur: igitur pariformi
ter si infinita tarditate moueret̄ aliqua pars celi illō
infinita tarditate moueretur: patz ꝯsequētia: qr non
est maior ratio de vno q̄ de alio: sed ita est ꝙ infinita
tarditate mouet̄ aliqua pars celi: ergo celum mouet̄
infinita tarditate: minor pz: quia aliquāta tarditate
mouet̄ aliqua pars celi: ꝛ in duplo maior: et sic in infi
nitū: ex quo quāto aliqua pars est propinquior cen-
tro: tāto mouet̄ tardius. ¶ Tertio arguit̄: ꝙ motus
planetarū ab occidente in oriēs sit irregularis ꝛ dif- tertium.
formis quoniā planete in minori tpe describūt vnaz
medietatē zodiaci q̄ aliam: igitur difformiter moue-
tur pz ꝯsequētia: ꝛ añcedēs est ꝯmuniter omniū astro
logorū di. ꝙ in minori tēpore sol pertrāsit vnā medie
tatem zodiaci q̄ aliam. ¶ Quarto arguitur: ꝙ celum
stellatū velocius mouetur ceteris orbibus planetaꝝ quartum.
quia id mouetur motu diurno ab oriente in occidēs:
sicut ceteri orbes planetarū: ꝛ est maius illis: igit̄ ma
ius spacium lineale describit punctus eius velocissi-
me motus q̄ punctus velocissime motus alicuius or
biuz planetarum.

Ad primum negetur cōsequentia. Et ad Ad primū.
philosophum respondet̄ ꝙ
ipse loquebatur de motu locali recto: de hoc tamē fa
ciam ante finem huius libri aliquam specialē sermo
nem. ¶ Ad secundum negetur cōsequentia: ꝛ ad 1paz
probationem concedo: ꝙ infinita tarditate mouetur
aliqua pars celi non tamen celum mouetur infinita
tarditate: ꝛ cum dicitur: si infinita velocitate moue-
retur aliqua pars celi celum moueretur infinita ve-
locitate: ergo eodem modo moueretur infinita tar-
ditate: sed infinita tarditate mouetur aliqua pars
celi: negetur consequentia: quia si infinita velocitate
moueretur aliqua pars celi: illa moueret̄ versus cir-
cūferentiam: et si infinita tarditate mouetur aliqua
pars celi: illa mouetur versus centrū: sed quia veloci
tas motus circularis non attenditur penes punctuz
motum versus centrum: sed versus circunferentiaz.
Igitur. ꝛc. ¶ Ad tertium negetur consequentia: qr li-
cet planeta difformiter moueat̄ sub zodiaco: tñ vni-
formiter ꝛ regularit̄ mouet̄ quo ad suū ecentricum: qr.
semper in tempore equali tantum precise pertransit
de ecentrico: de zodiaco antē inequaliter acquirit ra
tione sue obliquitatis. ¶ Ad quartum dicitur vt se-
pe dictum est: ꝙ celum stellatum habet duplicem mo
tum. s. ꝓpriū ab occidente in oriens centū annis vno
gradu: ꝛ motum cōem sibi ꝛ alijs orbibus planeta-
rū ab oriente in occidens: ꝛ hoc raptu primi mobilis
motu ꝓprio tardius mouetur: ꝛ tardius circuit q̄ ali
quis alius orbis planetarū: sed motu primi mobilis
velocius mouetur q̄ aliquis orbiū planetaruz: lz nō
velocius circuit. Unde omnes orbes motu primi mo
bilis equaliter circuiunt: sed inequaliter mouentur: ꝛ
secundum ꝙ vnus orbis est altero maior: tanto velo
cius mouetur. Nunc autē conclusionibus positis locu
tus sum de motibus proprijs orbium ꝛ non commu-
nibus: quare ꝛc.

¶ Tractatus secundus.

¶ Capitulum primum.

De his aūt que stelle vocātur
deinceps dicendum esse vide
tur ex quibus constāt quasq̄
figuras habent: ꝛ q̄ sunt mo-
tiones ipsarum: consonum est itaq̄ ma
xime rationi: et ea que dicta sunt comi-
tat̄ vnamquāq̄ stellarum ex hoc assere-
re esse corpore in quo lationem habet.
Cum quippiam esse dicamus: qd̄ aptū
est suapte natura ferri conuersione. Ut
enim qui dicunt igneas esse: ideo dicūt
quia superum corpus ignem inquiunt
esse. Quippe cum consonuz sit rationi

ex ijs vnamquamqꝫ constare in quibus est queqꝫ: sic ⁊ nos hac in sententia nostra dicimus. Caliditas autem ab ipsis lumenqꝫ ideo fit: qꝛ aer ab illaꝝ motione fricat᷑. Motus enim ⁊ ligna ⁊ lapides ⁊ ferrū ignire solet. Magis igit᷑ consentaneū est rationi id qđ est ꝓpinquius igni: ꝓpinquius vero est aer: quale fit ⁊ in hisce sagittis que ferunt᷑. He nāqꝫ adeo igniunt᷑ vt ipsum plūbuꝫ qđ est in ipsis liquescat. Atqꝫ cum in ipsis hoc fiat: circundans etiā ipsas aer hoc idem patiatur necesse est. He igit᷑ ideo calefiūt: qꝛ in aere feruntur: qui quidē ob ictū motione fit ignis. Superoꝝ aūt corpoꝝ vnūquodqꝫ fertur in sphera: vt ipsa quidem nō igniātur: sed aer cum subeuntis corporis sphera sit: ob illius motum necessario calefiat: ⁊ maxime hac in qua sol est infixus. Quocirca cum proprius accedit ac oritur et super nos est: fit ⁊ calor. Hec igit᷑ a nobis sint dicta de ipsis quibus: ptꝫ neqꝫ igneas ipsas esse neqꝫ in igne ferri.

Caput secundum.

Cum autem ⁊ stelle transferri videantur ⁊ totum celum: aut vtrisqꝫ quiescentib⁹ aut vtrisqꝫ subeuntibus motuꝫ aut altero q̄escēte alt̄o subeunte motum: hinc fieri mutationē necesse est: ambo igitur quiescere terra q̄escente īpossibile est. Nō enim fierent q̄ videntur: at supponat᷑ terrā quiescere. Restat igitur ambo moueri: aut alteꝝ quiscere: alterū motu cieri. Si igit᷑ ambo mouebuntur: ratione profecto vacat easdem stellarum aut circuloꝝ esse celeritates. Vnaqueqꝫ enī eque celeris erit atqꝫ circulus: in quo fertur. Simul enī eum circulis in idem redire videt᷑. Accidit simul stellam circulum transiuisse: et circulum lationem suā egisse: suāqꝫ circumferentiam transijsse. Non est autē consentaneum rationi celeritates stellarum ⁊ magnitudines circulorum eandem rationem habere. Circulos enim non est absurdum: sed necessarium celeritates habere rationem subeuntes eādē: q̄ ⁊ magnitudines subeuntes. Stellarum autem earum quāqꝫ que sunt in istis nullo modo consentaneum est rationi: nam si necessario ea celerior erit: que per maiorē circuluꝫ fertur: patet si circulos terre suos mutabunt alia celerior alia tardior erit: hoc autem modo motionē propriam non habere: sꝫ ab ipsis orbibus ferri videntur sin casu accidit. Necqꝫ hoc pacto consonuꝫ est rationi vt in omnibus simul ⁊ circulus sit maior ⁊ latio stelle que est in ipso celerior. Vnam eniꝫ vel duas hoc modo sese habere non est absurdum. Uniuersas vero simili modo sese habere figmēto est simile. Et insuper in hisce que sunt natura non est id quod fit casu: neqꝫ id qđ vbiqꝫ ⁊ in omnibus est proficiscit᷑ a fortuna. At vero si orbes quiescāt stelle: autem moueantur eadem absurda ⁊ similiter erūt euenict enim celerius eas moueri que sunt extra: ⁊ celeritates per orbium magnitudines esse. Cū igit᷑ neqꝫ vtraqꝫ neqꝫ stellam solum moueri cōsentaneum sit rationi restat orbes quidem moueri stellas vero quiescere ⁊ infixas in ipsis orbib⁹ ferri hoc enim modo dūtaxat nihil accidit quod rationis fines egrediatur. Et velocitatem enim orbis maioris celeriorem esse consentaneum est lationi circa idem centruꝫ in orbib⁹ stellis infixis. Ut enim in ceteris mai⁹ corpus celerius latione propria fert᷑ sic ⁊ orbibus ipsis. Pars enim orbis maioris maior est hisce partibus que auferuntur ab eo plano quod per centruꝫ extenditur. Quare congrue equali tēpore maior orbis circūferetur ⁊ celum accidet non diuelli ⁊ propter hoc ipsum qꝛ demonstratum est totum ipsuꝫ cōtinuū esse. Preterea cū stelle sint rotūde quēadmodū ⁊ ceteri dicūt ⁊ nos etiā ⁊ nr̄is ꝯsonum sentētijs dicimus ex illo corpore ipsas generantes rotundiqꝫ ipsi⁹ due sint per se motiones volutio ⁊ cōuersio. Si stelle per se mouentur harum altera motione mouentur at neutra moueri videntur. Si versarentur enim eodem in loco sane manerent locumve non mutarent. Videntur autem locuꝫ mutare ac omnes dicunt. Preterea omnes quidē consentaneum est rationi eodem motu cieri. Sol autem stellarum solus hoc facere videtur: cū oritur atqꝫ occidit ⁊ hic

non per se sed ob nostri sensus remotio nem. Visus enim longe sese extendens versatur ob imbecillitatem qui quidē forsasse causa est ꝛ vt stelle quidem fixe micare vagantes autem non micare vi dentur. Vage namq stelle sunt prope quare visus sui compos ad ipsas acce dit. Ad fixas autem longevalde sese ex tendens ob longitudinem tremit. Tre mor autem ipsius facitvt hec motio stel le ipsius esse videatur nihil enim inter est visus an id quod cernitur moueatur At vero nec volui stellas perspicuum esse videtur. Id enim quod voluitur versetur necesse est. Ad id lune quod facies nuncupatur semper videtur. Quare cum consonum sit rationi stel las hisce motibus qui ad ipsas sunt ac commodati moueri si per se mouean tur his autem mouerinon videantur: patet ipsas per se non moueri. Insu per nullum ipsis instrumentum ad mo tum tribuisse naturam metas egredi tur rationis. Nihil enim casu natura facit: neq animalia quidem ipsi cure fuere. Adeo vero prestabiles res despe xit: sed vniuersa vester tanquam de in dustria abstulisse: quibus per se proce dere ipsa possent: atq ab hisce que in strumenta ad motum habent quam plu rimum se mouisse. Quapropter totum celum rotundum cum ratione: et vna quaq stellaꝝ esse videbit. Spherā em fi gurarum maxime vtilis est ad eum mo tum qui eodem in loco fit. Sic enim et celerrime moueri: ꝛ eundem maxime lo cum occupare potest. Ad motum autē eum quo ad ea pergitur loca que sunt ante maxime inutilis est. Est enim mi nime similis hisce que per seipsa moue tur. Nihil enim dependens nihil emi nens habet: vt rectarum linearum figu ra: sed plurimum a corporibus hisce q progrediuntur figura remota est. Cum igitur celum quidem in seipso moueri oporteat: stellas autem non per ipsas precedere: cum ratione nimirū fit. vtrū q figure rotunde sit. Sic enim alterus quidem motu ciebitur: alterum vero quiescet.

Capitulum .xvj.

Irca p̄dicta oriri posset difficultas vtrum motus planetaruꝫ sint alij a motibus ecētricorum ꝛ epiciclorꝫ. Pro cuius declaratione est primo no tandum q triplices circuli reperiuntur in orbibus planetarū. s. equans vel con centricus: deferens vel ecentricus: ꝛ epicicl⁹ vel paru⁹ circulus. Circulus equans seu concentric⁹ est ille cu ius medium est centrum mundi cuiusmodi est super ficies concaua vel conuexa totius orbis. Circul⁹ autē deferens vel ecentricus est ille cuius centrum est ex tra medium mundi: cuiusmodi est circulus deferens planetam. Sed epiciclus est paruus circulus: cui⁹ cē trum est in medio ecētrici: cuiusmodi est circulus cō tinens planetā in vna par te sui versus circunferen tiam. Secundo notan dum q tam ecentricus q̄ȝ epiciclus habet augem et oppositum augis. aux est ecentrici vel epicicli est pūctus maxime elōgat⁹ a medio mundi: ꝛ punct⁹ op positus dicitur oppositū augis: puncta vero inter medie: dicunt lōgitudines intermedie: quādo planeta est in auge maxime elōga tur a terra quādo autē in opposito augis est maxi me propinquus: quando autem in punctis medijs di citur magis vel minus elongari: sm q magis vel mi nus appropinquat augi: vel opposito augis: ꝛ quan do planeta est in arcu augis dicitur direttus quan do autem in acru opposito augis dicitur retrogra dus: ꝛ quando est in puncto sectiōis dicitur stationa rius ꝛ sicutsunt due sectiones: ita ꝛ due statiōes. Pri ma statio est in puncto sectionis a quo planeta icipit moueri ab oriente versus occidens. Secūda statio est in puncto secunde sectionis. vbi planeta incipit mo ueri ab occidente versus oriens. His premissis sit hec prima conclusio. Necesse est solem habere ecentri cum: vel epiciclum: sed non necesse est ipsum habere vtrūq illorum. Prima pars patet eo q sol est nobis aliquando propinquior: ꝛ aliquando remotior: quod non posset esse: nisi haberet ecentricum vel epicicluꝫ. Similiter luna est aliquando magis eclipsata: ꝛ ali quando minus sm q magis vel minus intra vmbrā terre: quod non posset esse nisi sol haberet ecentricuꝫ vel epiciclum: in cuius aliquo puncto magis vel mi nus distaret: ꝛ sm hoc terra causaret maiorem vel mi norem vmbram. Secunda pars patet: quia frustra fit per plura quod potest fieri per pauciora: sed omnes apparentie solis possent ita bene fieri per vnum illo rum: sicut per ambo igitur frustra ponunt ābo. Et si dicitur qd ergo illorum habet Respondetur per cō munem opinionem astrologorum q habet ecentricū ꝛ non epiciclum: quia melius saluantur omnes appa rentie per ecentricum q̄ȝ per epiciclum: deinde rece pta diffinitione epicicli non posset habere epiciclum: nisi haberet ecentricum: ꝛ sic haberet ambo: quod est reprobatum. Secunda conclusio. Quilibet plane ta alius a sole habet tam ecentricum q̄ȝ epiciclū. Pri ma pars patet ex superiori probatione: quia quilibet planeta ali⁹ a sole aliqñ nobis remotior ꝛ aliqñ nobis ꝓpinquior sicut sol. Scd'a est nota q qlibet planeta ali⁹ a sole aliquando est directus vel astationarius vel re tro gradus: aut tardus vel velox: quod esse nō posset nisi haberet epiciclum. Tertia conclusio. Necesse est motum epicicli esse differentem specie a motu ecē trici patet: quia motus essentrici est ab occidente in oriens: et motus epicicli est econuerso ab oriente in occidēs mouet q planeta motu ecentrici velō feretꝫ ab occidente in oriēs, et motu epicicli ab oriēte i occidēs.



Primũ
Secũdum
1ª ɔclusio
2ª ɔclusio
3ª ɔclusio
4ª ɔclusio

¶Quarta ↄclo. Nullũ astrorum ꝑter lunã hꝫ motũ propriũ cõdistinctũ a motu orbis ecentrici ꝛ epicicli: probatur:nam ꝙ alij planete vel astra haberẽt motũ proprium hoc videretur esse superfluum:cum non sit necessariũ hoc ponere:de luna autem signo demonstratur:nam si nõ haberet alium motũ a motu ecentrici ꝛ epicicli:tunc illa imago apparens in ea aliqñ deberet apparere versa:quod est contra experientiã: oportet igitur assignare motum propriũ lune contra motum epicicli eque velocem cum illo:vt semper appareat equalis positio partium imaginis. Et si contra hoc allegatur Phs.ij.celi di.ꝙ nullum astrum habet motum per se:quia tunc astrum esset scindens celum. Dicitur ꝙ ipse loquebatur de motu delationis et non volutationis contra illos qui putent stellas de loco ad locum moueri.

Primũ. **Contra** predicta arguit:ꝛ primo contra ecentricos: quia positis illis sequitur ꝙ terra est in medio' mundi:et ꝙ nullum graue simplex potest moueri naturaliter. Primũ ptꝫ: quia terra est in medio orbium planetarũ:modo mediũ planetarum est extra mediũ mundi. Secũdũ etiã seqtur quia cum duo sint centrũ in mundo:scꝫ centra terre ꝛ

Secũdũ. centrũ orbium planetarũ nõ est ratio quare plus ad vnum centrorũ mouerentur grauia q̃ ad alterũ eorũdem. ¶Secũdo seqtur ꝙ aliquis motus celi nõ est simplex:ꝛ ꝙ in celo est vacuũ ꝛ penetratio dimẽsionũ. Primuꝫ patet eo ꝙ motus ecentrici componitur ex ascensu ꝛ descensu:ex quo planeta motus in illo aliquando appropinquat medio mundi:et aliquando elongatur. Secundũ etiam sequitur ꝙ cum oppositum augis venerit ad augem:ibi erit vacuũ:et cum aux venerit ad oppositum augis:erit penetratio dimensionum:ex quo huius circuli vna pars est altera

Tertiũ. grossior:et non contingit dare in celo condensationẽ et rarefactionẽ. ¶Tertio arguitur ꝙ motus epicicli non differat specie a motu ecentrici:quia illi duo circuli sunt eiusdem speciei:cum sint partes eiusdem orbis:immo epiciclus est pars ecentrici: igitur etiam motus illorum sunt eiusdem speciei:patet consequẽtia ßm Philosophũ.j.celi di.ꝙ cuiuslibet corpori sim

Quartum. plici ßm speciem inest tantũ vnus motus simplex ßm speciem. ¶Quarto arguitur ꝙ astra alia a luna mouerentur motu proprio:quia interduꝫ experimur de mane solem moueri:quasi motu saltatiuo: ꝛ stellas scintillare:ꝛ hoc est signum ꝙ habent alium motum a motu orbis ecentrici vel epicicli:deinde non videtur quare luna plus debeat habere motum propriũ q̃ alij planete.

Ad primũ. **Ad primũ** negatur cõsequẽtia. Et ad probationẽ dicitur ꝙ licet terra nõ sit in medio ecentrici vel deferẽtis:tamen est in medio totalis orbis planetarũ:eo ꝙ orbis totaliter est concentricus mundo:lꝫ aliqua eius pars sit ecentrica illi:et ex hoc grauia mouẽtur naturaliter ad medium mundi ꝛ ad centrum terre quod est centrum or

Ad secũdũ bis signorum ꝛ orbium planetarũ:licet non ecentricorum. ¶Ad secundũ negetur consequentia:ꝛ dicitur ꝙ non omne appropinquare medio mundi est descẽdere:nec omne elongari est ascendere:sed solum elõgari ꝛ appropinquari per semidyametrũ mundi:qđ non contingit de aliquo motu circulari: nec oportet dari vacuum aut penetrationẽ dimensionũ:nec rarefactionem aut condẽsationem celi:quia mediũ ecentrici nõ est mediũ mũdi:nec est inequalis spissitudinis:sed bene aliquãdo orbes partiales collaterales: ex quo medium ecentrici est extra medium mundi. Et si contra opi.ponentium ecentricos ꝛ epiciclos al

Ad tertiũ, legaretur Auerro.di.opinionem illam esse impossibilem in toto respuatur sine glosa:quia potiꝰ est credendum astrologis q̃ sibi. ¶Ad tertiũ respondetur ꝙ epiciclus ꝛ ecentricus eius sunt diuersaruꝫ specierum:nec id est inconueniens:quia celum non est corpus homogeneũ:sed etherogeneũ:ßm Cõmentatorẽ ꝑ lib.celi:dicentem ꝙ celum est sicut animal: modo distinguitur specie ab aliquibus partibus suis vt a carne et sanguine:ꝛ partes inuicem distinguuntur specie:ita celum distinguitur specie ab astris ecentricis ꝛ epiciclis:et hec omnia differunt inuicem specie.

Ad quartũ ¶Ad quartum dicitur ꝙ sol non mouetur motu saltatiuo:sed sic apparet moueri propter motum vaporum existentiũ inter solem ꝛ oculum nec astra motu proprio mouentur:licet appareãt scintillare: quia talis apparentia non est ex motu astri:sed ex motu oculi,ꝛ speciei stelle debiliter fixe in oculo. Et cuꝫ dicitur: luna habet propriũ motum:igitur ꝛ alie stelle,negeꝛ cõsequentia:quia luna habet diuersitatẽ in suis partibus:ratione cuius indiget motu proprio.alie autẽ stelle non habent diuersitatem: ideo non indigent motu proprio:quare ꝛc.

¶Caput.xvij.

Ex quo celum ßm Cõmentatorem est corpus etherogeneũ vt animal ꝛ motum a virtute cognitiua vt animal a virtute sensitiua posset dubitari vtrum celũ moueatur cum resistẽtia pena ꝛ fatigatione:vt animal. ¶Ad quod inquirendũ est notandum primo ꝙ resistentia est inclinatio ad non sic moueri: vel ad motũ oppositum vel ad quietẽ. verbigratia: si esset aliquod corpus habẽs quatuor gradus grauitatis ꝛ duos leuitatis:ꝛ cum ipsuꝫ descenderet illi duo gradꝰ leuitatis resisterẽt illis quatuor gradibꝰ grauitatis ꝑpter inclinationẽ ad motum oppositũ scꝫ sursum. ¶Secũdo notandũ:ꝙ fatigatio est diminutio virtutis actiue cognitiue propter longaꝫ eius actionem potẽtie recuperari per quietem. Primo dicitur virtutis actiue:quia virtus pure passiua nõ est fatigabilis. Secũdo dicitur cognitiue:quia potentie actiue nõ cognitiue nõ sunt fatigabiles: lapis enim in descendẽdo non fatigatur:nec ignis in comburẽdo. Tertio dicitur propter eius lõgam actionẽ:quia homo nõ proprie fatigatur factus impotẽs ex senectute vel egritudine aut defectu membri: sed factus impotens ex nimia ambulatione vel altero labore: que quidem remissio potẽtie fit propter exaltationẽ spirituum:quibus reassumptis a natura per requiem recuperaꝛ virtus. ¶His visis sit hec prima cõclusio. Omnis fatigatio fit mediante actione disponẽte ad corruptionẽ. ꝓbatur:oĩs fatigatio est diminutio virtutis:sed impossibile est virtutẽ diminui aut remitti sine preuia actione disponẽte ad corruptionẽ:vt ptꝫ: igitur ꝛc. ¶Secũda ↄclusio. Nulla virtus agens sine resistẽtia est fatigabilis. patet:quia ibi deficit causa fatigationis:scꝫ resistentia ꝛ cõtrarietas:ꝛ si dicitur: sensus agit sine resistentia ꝛ cõtrarietate:ꝛ tamen fatigatur. dicendũ ꝙ ad cognitionẽ sensitiuã concurrunt plures actiones scꝫ immutatio organi ab obiecto:ꝛ alteratio eiusdem ratione spirituum concurrentium prima non disponit ad corruptionem:sed bene secunda:ꝛ ideo ex prima actione non fatigaꝛ sensus: sed bene ex secunda. ¶Tertia conclusio. Licet contrarietas sit causa fatigationis:non tamẽ omnis potentia agens cum cõtrarietate est fatigabilis. Prima pars ptꝫ:quia fatigatio fit mediante actione corruptiua:ꝛ omnis talis actio fit cum cõtrarietate: ergo cõtrarietas est causa fatigationis. Secũda pars patet:quia ignis agit cõtrarietate ꝛ tamen non fatigatur. ¶Quarta conclusio. Omnis potentia cognitiua agens cum cõtrarietate est fatigabilis.patet:qꝛ talis potentia potest diminui per longã actionem et per quietem recuperari. ¶Ex predictis seqtur ꝙ sicut motus celi fit sine cõtrarietate ꝛ resistentia:ita fit sine fatigatione ꝛ pena:celum enim non habet inclinationẽ ad motum oppositũ:nec aliquid continet cõtrarium intelligentie mouentis ipsum ꝛc. Unde arguitur sic. Intelligentia mouens celum est indiuisibilis ßm Phm.xij.Meta. igitur non est diminuibilis. ptꝫ ↄña:qꝛ diminutio nõ fit in indiuisibili:ꝛ seqtur:intelligẽtia nõ est diminuibilis:igiꝛ nec fatigabilis:ptꝫ

consequētia per diffinitionem fatigationis.

imū Contra illud correlarium arguo primo sic. Celum mouetur cum resistentia:et mouetur a virtute cognitiua:igitur motus eius est cum fatigatione τ pena.ptz cōsequētia:et antecedēs probatur.nam celū mouetur certa velocitate:et cum certa velocitas motus sequitur proportionem proportionum mouentis ad suam resistentiā: vt patet vij.physi. Secūdūz Secundo nisi celum moueretur cum resistentia τ fatigatione pena sequeretur ꝙ moueret velocitate infinita:et ꝙ eius virtus esset infinita intensiue.Primū ptz: quia potentia naturalis mouēs sine resistentia mouet velocitate infinita:vt videtur velle Philosophus.iiij.physi.de motu facto in vacuo. Secundū etiam patet:quia non videtur talem virtutē eternaliter mouere circa velocitatē sine fatigatione τ pena quin ipsa sit virtus infinita intensiue.

Tertium Tertio animal mouetur cum resistentia τ pena.patet:quia habet in se duplicem virtutē tendentem ad diuersos motus:sed celum etiam habet consimilem duplicē virtutem tendentē ad diuersos motus:igitur maior patet:quia animal habet virtutem grauitatis tendentē deorsum:et appetitū cognitiuū tendentem ad aliquam differentiā positionis motu progressiuo.minor vero est nota ex eo quia celū habet vnam virtutē motiuā ab oriente in occidens:et

Quartū. vnam aliam motiuā ab occidente in oriens. Quarto sic primū mobile trahit secum omnes spheras planetarum:τ non nisi motu violento: igitur τc. antecedens patet pro prima parte:et pro secunda declaratur:eo ꝙ motus ab occidente in oriens est naturalis orbibus planetarū:igitur motus ab oriente in occidens est eis violentus.patet cōsequentia:quia si aliquis motus est naturalis alicui: motus oppositus est violentus illi. Preterea arguitur intentuz authoritate Aristo.in libro de somno τ vigilia dicētis: ꝙ omnis virtus naturalis est fatigabilis:et.xij.Metaphysic.inquit idem Philosophus ꝙ si alicui orbi adderetur maior stella motor moueret cum fatigatione: igitur tam est fatigabilis cum sit eadem virtus que tunc esset.

Ad primū. Ad primum respōdetur ꝙ illa regula de velocitatibus motuū intelligitur de agente mere naturali τ non cognitiuo:aut de agente coniuncto materie:τ non separato. Modo intelligentia est agens separatum τ non coniūctum.

Ad secūdm. Ad secundū respondetur negando consequentiā. Et ad probationem dicitur ꝙ omnia illa vera sunt de agente mere naturali:τ non separato:qualiter nō

Ad tertiuz est in proposito. Ad tertium dicitur ꝙ non est simile de celo τ animali:quia licet celum habeat diuersas virtutes tendētes in diuersos motus:tamen nullus illorum motuum repugnat alicui illarum virtutum: immo est sibi naturalis vel saltem indifferens:sed in

Ad quartū animali motus factus aliter ꝙ̄ deorsum repugnat grauitati. Ad quartum nego ꝙ primū mobile secum trahat violenter alios orbes. Et ad probationē negetur ꝙ illi duo motus sint oppositi cum nō fiant super eisdem polis nec per eandem viam vel equiualentem:nam motus primi mobilis fit super polos mundi et motus planetarum super polos zodiaci. Sed ad Philosophū in de somno τ vigilia:respōdetur ꝙ ipse non locut⁹ est de omni virtute naturali sed solū de virtute cognitiua cui possunt competere passiones potentie sensitiue scilz dormire τ vigilare ambulare et hmōi:modo certum est ꝙ nulli intelligentie possunt cōpetere tales passiones:cum sit vir-

Cō.4.1. tus separata a materia. Et ad Philosophū.xij.Metaphysi.dicitur ꝙ ipse nō locutus est vbi ppríe de fatigatione que est diminutio virtutis:sed solum de fatigatione que est diminutio motus. vnde cum aliquid remittitur in motu dicitur ꝙ large loquendo debilitatur τ fatigatur: propterea cōcedo ꝙ si alicui orbi adderetur maior stella motor fatigaretur.i.non tanta velocitate moueret illum orbem quanta iam mouet:eo ꝙ virt⁹ eius determinata est ad hunc orbem τ non ad maiorem τ ad hunc planetam τ nō ad aliquem alium:quare τc.

Caput tertium.

Ex his autez patet id quod dictum est a quibusdā horum inquā latione ꝯcentū fieri sonis emergētib⁹ inde ratione rata distinctis: lepide quidē esse dictū atꝗ concinne non tamen esse verum:nec ita rem se habere. Sunt enim quib⁹ necessariū esse videt̄ sonū fieri tantoꝝ corporū latione quippe cū τ eoruz corpoꝝ motu que apud nos sunt neꝗ molem habentium equalē neꝗ talē motionis celeritatem qualis est solis τ lune sonus efficiat̄ et insuper cū tot multitudine tanteꝗ magnitudine stelle tāta celeritate motus ferantur impossibile est sonū non fieri grandē. Hec autē supponētes τ celeritates insup cōcētuū rationes ex interuallis habere varios equaliter sonos stellarū ꝯuersione fieri dicūt. Quoniā vero ratiōis fines egredi videbat̄:nos hunc sonitū non audire. Causam hui⁹ inquiūt esse cōtinuo sonū hunc esse cū orimur vt nō sit ad silentiū ꝯtrariū manifest⁹. Vocis em̄ silentijve perceptionē vicissitudine fieri dicunt. Quare vt hisce qui mulcent ferrū ob consuetudinem nihil interesse videtur sic τ hominibus idem accidere aiunt hoc vt dictum prius est. Concinne quidem musiceꝗ dicunt impossibile est autem ita sese habere. Non enim solum hoc est absurdum:nihil inquā nos audire qđ quidem soluere aggredientes dictam causam afferūt:sed etiā illud sine sensu nihil omnino pati. Exuperantes enim soni τ inanimatorū corporū moles offendunt. Tonitrui nanꝗ sonus lapides τ robustissima corpora scindit. Nō si tot ferunt̄ corpora atꝗ ad eam magnitudinem que fertur multiplicem sonitus magnitudinem transit, huc profecto perueniat ipse sonus ac ipsi⁹ violentie magne sint queādmodum vires necesse est. Sed nō sine rōne neꝗ nos audimus,neꝗ corpora pati q̄cq̄ violētum videtur:ppterea ꝙ nullū stelle motione sonū efficiūt:atꝗ simul istoꝝ causa ptz:et testis est hisce q̄ a nobis sunt

dicta veraqꝫ esse declarat. Id eñ quod dubitatū est pytagoriscosue compulit hanc sententiam ferre stellarum inquā latione ꝯcentū fieri idiciū efficitur nobis. Que nanqꝫ ꝑ se ferūtur: ea sonitū ictumue faciūt. Que vero in eo qđ fert̄ infixa sunt vt in nauigio partes: ea sonum elicere nequeunt: neqꝫ ipsuz nauigium si in fluuio feratur. Et tñ eadē dicere licebit absurdū eē: si tāte nauis mal⁹ motiōe puppisue aut ipꝫ nauigiū vehementē non faciet sonū. Qđ vero fertur in eo qđ nō fert̄: id facit sonuz: si qđ est in eo qđ fertur ictūue nō facit: id efficere sonū impossibile est. Quare dicēdum est hic: si per stellarū corpora ꝑ aerem fusuz per vniuersuz: aut ignem. vt omnes aiunt cum ferātur necessario vehementem fieri sonū: atqꝫ huc ꝑuenire: ⁊ hec offēdere corpora. Sed cū fieri nō videat̄ neqꝫ animantis motu: neqꝫ violēto vlla stellarū ferri posset: q̄si futurū ipsa prouidente natura. Quod si hoc modo non sese habet motus stellarum: nihil prorsus eorum esset que hoc in loco sunt: qđ simili mō sese haberet: stellas igitur esse rotundas: ⁊ ꝑ seipsas nō moueri satis iam diximus.

Capitulum quartum.

De ordine vero ipsarum quomodo queqꝫ disposita est vt q̄dam sint priores: quedā posteriores ⁊ quomodo sese habent in interuallis: ex hisce que ī astrologia dicuntur cōtēplemur oportet: dicitur eñ ibi sufficienter. Accidit autem per rationem singularū fieri motiones ipsis nimiruz interuallis: vt alie sint celeriores: alie tardiores. Nam cū supponatur extimam quidem celi latiōnē simplicem atqꝫ celerrimā esse. Ceteras vero tardiores ac plures: queqꝫ nāqꝫ stella motu fertur contraria: atqꝫ celuz suo in orbe. Consentaneum iam est rationi eam quidez que propinquissima est simplici primeqꝫ conuersioni: plurimo ī tēpore suum orbem transire: eā vero q̄ remotissima est in minimo. Ceteraruz autem semper eam que est propinquior in maiore: eam vō q̄ est remotior in minore. Propinquissima namqꝫ maxime superatur: remotissima vero minime omnium ob remotionem. Et media per distantie iam rationem: vt mathematici quoqꝫ demōstrant. Atqui figurā vniuscuiusqꝫ stellarum rotundam maxie nō absqꝫ ratione quispiaz esse existimabit nam cum demonstratuz sit stellas haud aptas esse ꝑ se moueri: naturaqꝫ nihil absqꝫ ratione: frustraqꝫ faciat: patet iā figuram ipsam immobilibus tribuisse: q̄ minime est motiua. Talis autem est rotunda: propterea quod instrumentū nullum habet ad motum. Quare patet stellarum mollem rotundam esse. Preterea simpliciter sese habent omnes ac vna: at luna per ea que circa visum accidunt rotunda esse ostenditur: non eñ accrescens atqꝫ decrescens pluries quidem altera ex parte curua altera concaua fieret: aut vtraqꝫ ex parte curua: semel autem duas in partes equales bipartita diuideretur: ⁊ rursus per astrologiam. Non enim sol cum deficit: concauus ea ex parte qua deficit videret̄. Quare si stella vna est talis: patet ⁊ ceteras omnes rotundas esse.

Capitulum quintum.

Cum autem due sint dubitationes de quib⁹ quiuis nō immerito dubitauerit enitamur dicere quod nobis videtur. Atqꝫ hunc omniū veneratione potius dignum q̄ temerarium arbitrari oportet. Et si quispiam ob philosophie sitim exiguas etiam in hisce rebus facultates amet: de quibus maximas dubitationes habemus. Est aūt ī talibus que multa sunt n ōminus admirabile: quam ob causam non semper he stelle que plus a prima latiōe distant pluribus motibus: sed medie plurimis mouentur. Consentaneum enim rationi videbitur primo corpore vnam lationem subeunte propinquissimū minimis motibus moueri: ceu duob⁹. Id autem quod heret illi trib⁹: aut aliquo alio ordine tali. Nunc vero contrariuz accidit: paucioribus eniz sol ⁊ luna mouentur: q̄ stellarum nonnulle vagarum que tū longius a medio distant: et propinquiores primo corpori sunt. Manifestum autem hoc de nonnullis etiaz ipso visu fuit. Lunam enim vidimus di

midia parte lucidā. Martis stellam subisse: que celata quidem fuit in parte obscura: egressa autē per lucidā parte. Similiter de ceteris stellis egyptij et Babilonij dicunt: qui plurimis iā annis ante hec obseruauerunt: et a quibus multa fide digna de singulis stellis accipimus. Hoc etiā non iniuria quispiā dubitauerit quam ob causam etiam in prima quidē conuersione tanta est multitudo stellarum: vt vniuersus ordo subire non posse numerum videatur. In ceteris autē vna seorsum est stella. Due vero aut plures eodem in orbe non videntur esse infixe. De his igitur bñ sese hꝫ et maiorem querere cognitionē: et sic parue occasiones habentur tantaqꝫ est eorum remotio que accidūt circa ipsa. Si tamen ex talibus contēplemur: nō egre di metas rationis videbitur id quod nūc dubitatur: sꝫ nos de ipsis vt de corporibus ac vnitatibus ordinem quidem habentibus: inanimatis autem penitus cogitamus: oportet autem ipsa viuentia esse existimare: atqꝫ actionem habere. Sic enim id quod accidit: non videbitur a ratione exorbitare. Nam ei quidem quod optime sese habet inesse: ipm bonum sine actione videtur: ei vero quod illi est ꝓpinquissimum per paruam ac vnam. At hisce que sunt remotissima ꝑ plures: quemadmodum ꝛ in corporibus fieri solet. Aliud em̄: bene sese hꝫ nullum exercitium subiens: aliud qui deambulatione facta: aliud ꝛ cursu indiget ꝛ luctatiōe ac puluere: alij rursus neqꝫ quouis exercenti modo hoc nūqꝫ inerit bonum: sed aliud quippiam consequetur. Recte autem agere aut multa aut sepe difficile est: veluti talesenses mille percutere impossibile est: sed vnū vel duos facilius est. Et rursus cū hoc quidē illius gratia: illud autem ob aliud ꝛ illud item ob aliud est faciendum: in vno qui dē duobus ue facilius quispiā finē attinget. Ac vero ꝑ plura ꝓcedit eo illud difficilius assequetur. Quapropter ꝛ stellarū actionem talem existimare oportet: q̄lis animaliū est ac plantarū. Etem hic hominis actiones plurime sunt. Multa enim bona cōsequi pōt: quare multa agit ꝛ aliorū nimirū gratia. Ei vero qd̄ optime sese habet non est opus actio ne: est em̄ id gratia cuius cetera agunt. Actio vero semper in duobus consistit qm̄ ꝛ id gratia cuius agit est: ꝛ id qd̄ huius gratia agit: ceterorum animaliū pauciores sunt: ꝛ plantarum parua quedā est ac vna fortasse: aut vnū quidē est qd̄ consequi possunt: quemadmodū et homo aut ꝛ ipsa multa omnia antecedunt ad ipsum optimum consequendum. Aliud igitur habet optimū ipsum: ꝛ particeps est ipsius: aliud ꝑ pauca prope accedit: aliud ꝑ multa. Aliud nō aggreditur: sed satis est prope ad ipsum vltimum peruenire: veluti si sanitas est finis: aliō semper est sanū: aliud in macie affectū: aliō cursu facto in maciē que deductum: aliō ꝛ alio quopiā acto ipsius gratia cursus: quare pluris ipsius sunt motiōes. Est ꝛ id quod ad sanitatem ipsam accedere nequit: sed ad cursum solum aut ad maciē: atqꝫ horum alterū est ipsi finis. Nā maxime quidem est optimū omnibus illum cōsequi finem. Quod si hoc nō fiat: semper melius est quanto optimo propinquis est: ꝛ iccirco terra quidem non mouetur omnino: propinqua vero paucis motibus mouentur. Non em̄ ad vltimum ipsum perueniunt: sed quousqꝫ cōsequi diuinissimi: ipsum principiū possunt. Primū autē celū cōtinuo p vnum motū illud assequitur: at eo que sunt in medio primi ac vltiorū pueniūt quidem: hec ꝑ plures tñ motiones perueniūt. Illud aūt in prima latione magnā copiā esse stellarum. Ceterarū vero stellarū quāqꝫ seorsum: ꝑprias motiones habere: qd̄ quidem dubitatio est scda. Ob vnū qd̄e primum quispiam cum ratiōe esse putabit. Primo naqꝫ vite principiū cuiusqꝫ primi magnam ad cetera intelligere excessionem esse oportet. Hoc aūt accidere ꝑ rōnem videtur: prima nanqꝫ vna quidem est: multa autem diuinorum cum corporum mouet: cetere vero multe quidem sunt: vnū tñ quequꝫ tantūmodo mouet. Vagarum stellarū enim quequꝫ pluribus latiōibus fertur. Hoc igitur pacto natura ipsa inequalitatē hec redigit: atqꝫ ordinē quēdā facit: vni quidē latiōni multa corpa: vni corpori lationes complures reddens. Et insuper ob hoc vnum cetere sphere

corpus habēt: qđ multa corpora mouēt et que sunt ante vltimam: et que vnā possidēt stellam. In multis eñ spheris vltima sphera ligata fertur. Sphera autē quoqȝ corpus est: illius igitur ipsum opus cōmune erit. Etenim cuius propria natura latio. Ipsa autem quasi adiacet ad finitū vero finiti corporis oīs potentia est. Sed de stellis quidē que conuersione feruntur qualesnam substantia sint atqȝ figura. et de loco ipsarum atqȝ ordine satis iam diximus.

Caput.xviij.

2.c.42.et 52. Prima. Multi putauerūt in corporib⁹ celestibus: esse calorē et solum ratione mot⁹ et luminis: sicut in istis inferiorib⁹. Ideo ad horū inuestigationē est primo notandū q in corporib⁹ se inuicem tangentib⁹ causatur calor ex refractione alicuius illorū: vel alicuius intermedij. Exemplum primi: vt quando aliquis ambulat: vel aliquis mouetur in aliquo medio: tunc ex refractione medij causatur in parte superficiali calor. Exemplū secundi: vt quādo duo lapides inuicem confricant ex refractione aeris mediantis calefiūt illi lapides: quia fm Phm.ij.de ala.

T.cix. Secundū. impossibile est duo corpora dura esse inuicem immediata. Secūdo notandū q nō oē productiuū alicuius qualitatis formalis habet illā qualitatē: vel sibi similem in se formaliter. Nam piper inducit in stomacho caliditatē formalē: et tamen nō habet in se caliditatē formalē. Similiter aqua calefacta seipsam reducit ad frigiditatē formalē: et non per aliquam frigiditatē formalē: q tūc a proportiōe minoris inequalitatis proueniret motus. habet ergo piper caliditatem virtualē fm quam producit caliditatē formalē: et aqua frigiditatē virtualē fm quam generat frigiditatem formalem.

Prima conclusio. His visis sit hec prima cōclusio. In corporibus celestibus nō est sonus nec aliqua qualitas elemētaris. Primū ptz: quia sonus generatur de potentia percutientis et percussi.ij.de anima. sed in celo nō potest esse aliqua percussio nec aliqua cōfricatio: cum ibi non sit reperibilis asperitas aliqua: igitur non potest esse sonus. Secūdū etiam ptz: quia in celo non est cōtrarietas: nec violentia nec resistentia: igitur ibi non sunt qualitates elementorū.

Secūda conclusio. Secūda cōclusio. Celum in hec inferiora agit suū lumen et motū in specie. Prima pars ptz: quia non apparet vnde lumen productū a sole in hec inferiora sit alteri⁹ speciei a lumine producto in orbe signorū. Secūda pars ptz: quia ostenditur ex hoc: quia ignis in sphera sua et aer supra altissimos montes circulariter mouetur ad motum celi: cuius signum est: nam aliter comete et impressiones generate in aere nō mouerent circulariter circa terrā: cuius oppositū est visum quoniā expertū est q cometa mouetur ab oriēte

Tertia conclusio. in occidens et econtra: sicut sol. Tertia conclusio. Celum nō agit qualitates primas in hec inferiora ratione cōgregationis et segregationis: sed ratione applicationis. Primū patet: quia caliditas formalis aliquando generatur a celo in hec inferiora: et non congregando illa: nec segregando vnum a reliquo: vt est manifestū. Secundū etiā est manifestū eo q per applicationē luminis ad hec inferiora generatur calor

Quarta conclusio. in eis. Quarta conclusio. Omnia astra tam fixa q̄ erratia suo lumine calefaciūt hec inferiora. Ista conclusio ptz: primo de sole qui calefacit omnes hoīes existentes in lumine suo. Secūdo idem ostenditur de luna: et cōsequēter de omnibus alijs stellis: eo q luna fm astrologos est naturaliter frigida et humida. vnde Aristo.xiij. de partibus animaliū: dicit q noctes in plenilunio sunt calidiores: quod non esset verum nisi lumen lune esset productiuum caliditatis. Ex predictis sequitur q sol suo lumine magis calefacit hec inferiora q̄ alij planete vel astra. patet: quia sol habet complete et perfecte lumen: cetera autem astra aliqualiter diminute: quia recipiunt illud a sole: vt in sequenti capitulo ostendetur.

Contra predicta arguitur: et primo q in corporibus celestibus est sonus: quia orbes celestes sunt corpora solida non condensabilia: nec rarefactibilia: igitur in confricatione adinuicem per suum motum videntur causare sonum: quia sic videmus fieri in alijs corporibus. Deinde videmus per experientiam q corpora velociter mota in aere causant sonum vt virga vel chorda cythare: sed corpora celestia velocissime mouētur: ergo etc. Secundo arguitur: q in corporibus celestibus sunt qualitates elementares: quia corpora celestia agunt qualitates primas in hec inferiora per tertiam et quartā conclusiones: sed omne quod agit: agit vt est in actu iij. Physi. igitur in actu sunt qualitates elementares in celo: deinde si sol agit in hec inferiora qualitatem necessario agit per mediū: igitur prius inducit qualitatem in orbe veneris: mercurij et lune: q̄ in hec inferiora. Tertio arguit q nō omnia astra sunt productiua formalis caliditatis in hec inferiora: quia aliqua astra sunt frigefactiua: igitur illa nō sunt calefactiua: antecedēs patet per astrologos ponentes aliqua astra esse calefactiua: et aliqua esse frigefactiua: et huiusmodi fm qualitates primas: immo ipsi ponunt cōplectiones elementorū qualitatū primarum: sicut in elementis. Et ad hoc attestatur Phs.ij. metheororum di. q iste mundus inferior reperitur in celo in omnibus suis qualitatibus et dispositionibus et hoc penes diuersas partes celi. Quarto arguitur: q sol non calefacit hec inferiora mediante lumine: quia tunc magis calefaceret montes q̄ valles: cōsequens est falsum: et contra experientiam: et contra determinationem Philosophi.j. Metheororum. et probatur consequentia: quia maius lumen producit ad partem propinquam q̄ ad partem remotam: ergo maiorem caliditatem inducit in partem propinquam q̄ remotam.

Primū. Secūdū. Tertiū. Quartū.

Ad primū dicitur negando consequentiā: q in corporib⁹ duris horū inferiorū repetitur aer qui est subiectum soni: in corporibus autem celestibus non est reperibilis aer: et consequēter nec sonus: quātūcunqȝ corpora celestia sint dura: aut velociter mota. Ad secundum negetur consequentia: quia licet omne quod agit: agit secundum q est in actu: non tamen oportet q sit in actu formali effectus producti: sed sufficit q in actu virtuali ex secundo notabili: sol enim producendo caliditatem formalem non necessitatur esse calidus formaliter: sed sufficit quod sit actu calidus virtualiter per virtutem in actu productiuam caliditatis. Et cum dicitur: sol nō agit in hec inferiora caliditatem nisi per medium. concedo: non tamen oportet q in illo medio agat caliditatē: sȝ sufficit q agat aliquā qualitatem mediāte qua producat caliditatē in hec inferiora: et illa qualitas vt dixi est lumen. Ad tertium negetur consequētia: quia sicut idem elementū producit diuersas operationes diuersis qualitatib⁹: et vinum agit caliditatem in stomacho mediante caliditate virtuali: et frigiditatem in manu mediante frigiditate formali: ita aliqua astra sunt productiua caliditatis et frigiditatis: diuersis tamen dispositionibus: producunt et caliditatē mediante lumine: et frigiditatē mediante alia qualitate scilȝ frigiditate virtuali. Ad quartū negetur ↄsequētia. vnde si montes sunt ita alti q attingāt ad mediā regionē aeris q̄ calefiūt a lumie rōne nimie frigiditatis existentis

Ad primū. Ad secūdū. Ad tertiū. Ad quartū.

in eadem regione:que quidem est magis apta nata impedire caliditatē q̃ lumen sit aptum natū pducere. Si aūt montes sunt parui adhuc causatur maior caliditas in vallibus:nō ratione luminis simpliciter: sed ppter maiorē cōgregationē radiorꝫ solariū factā ex maiori reflexione luminis:sicut enim in speculis cancauis fit maior cōgregatio radiorꝫ q̃ in speculis gibbosis ita magis invalle q̃ in montibus:quare ꝛc.

¶Caput.xix.

Non solum in hec inferiora:sed etiā in seinuicem motū ꝛ lumen influūt corpora celestia.pmū enim mobile ceteros orbes mouet ꝛ sol cetera astra illuminat:quod per eclipsim lune faciliter potest monstrari. ¶Et ideo ad hoc ostendendū est

Primum. primo notandū:ꝙ triplex est vmbra:scꝫ chilindroides : calatoydes:et conoydes. Chilindroides est vmbra consurgens ex opaco equali lucido talis siquidem vmbra lineis eque distantibus porrigitur in longum:ꝛ dicitur a forma chilindri:que est forma columnaria.

Chilindroydes.

opacū

lumen

Calatoydes

Opacum

lumen

¶Calathoydes ē vmbra consurgēs ex opaco maiori lucido:ꝛ talis habet figurā calati quia incipit ab angusto:et tendit in latum. Conoydes est vmbra cōsurgens ex opaco minori lucido:talis enim habet figuram coni ad modū pyramidis cuius basis est in

Secunduꝫ opaco:ꝛ conus in vmbre termino. Secūdo notandū ꝙ si spericū opacum minus luminoso obijciatꝛ eidē pluſq̃ medietas illuminabitur:quia radij cōtingentes opacum procedūt vltra terminos dyametri:alias nunq̃ cōcurrerēt:quod est contra primum notabile. ¶Ex isto notabili sequitur primo:ꝙ per approximationē luminosi sperici ad opacum spericū minus eo plus illuminatur de opaco ꝛ per elongationē minus:quia in approximatione radij contingentes opacum plus capiunt de opaco:et in elongatione minus. ¶Secundo seqtur ꝙ luna in nouilunio quando est propinquior soli plus recipit de lumine q̃ in plenilunio:patet dato ꝙ luna lumen suū recipiat a sole. ¶Tertio seqtur ꝙ quando sol est propinquior terre plꝰ de illa illuminat q̃ qñ est remotior:ptꝫ vt supra. ¶Quarto sequitur ꝙ maior pars terre illuminatꝛ in hyeme q̃ in estate:quia in estate sol est in auge sui ecentrici:ꝛ in hyeme est in opposito augis. ¶Quinto seqꝛ ꝙ. vmbra terre:

conoides

opacū

lumen

maior ē i estate q̃ i hyeme:qꝛ i hyeme plus de terra

Correlariū illuminatꝛ q̃ in estate. ¶Sexto seqꝛ ꝙ eclypsis lune ceteris paribus maior est in estate q̃ in hyeme.patet quia in maiori vmbra fit maior eclypsis:sed in estate est maior vmbra q̃ in hyeme: igitur. ¶His visis sit

Prima conclusio. hec prima cōclusio. Omnia astra alia a sole luminis influentiam recipiūt ab ipso. patet:quia luna recipit lumen a sole:igitur per idem quelibet alia stella:antecedens patet in decremēto luminis eius per accessum ꝛ recessum a sole.ptꝫ etiā in eclypsi lune que semper contingit quādo radij solares nō possunt ipsam cōtingere. Idem potest declarari ex macula apparēte in luna que ideo sic apparet:quia sol nō equaliter illuminat omnes partes lune:sed cū alique sint densiores ꝛ alique rariores magis illuminantur:quia in eis magis incorporatur lumen:eo ꝙ magis reflectant radios solares q̃ partes rariores permittentes leuiter radios penetrare. ¶Scdā cōclusio. Eclypsis lune est priuatio luminis eius ppter interpositionē terre inter solē ꝛ lunā.patet:quia nunq̃ eclypsatur luna nisi quādo interponitꝛ terra in cuius vmbra lumen perdit receptū a sole:vnde cum terra sit corpus opacum minus a sole ꝛ obijciatꝛ illi: oportet ꝙ faciat vmbrā conoydem ex parte opposita sub eclyptica:ex quo semper mouetur sol sub eclyptica:voco enim lineam eclypticam lineam diuidentē zodiacū in duo equalia ſm longitudinē:modo luna nō defertur semp sub eclyptica:sicut sol:sed vt plurimū declinat a via solis:nunc ad partē zodiaci meridionalē: nunc ad partē septētrionalē:sic ꝙ ecentricus lune intersecat eclypticā in duobus punctis:ꝛ punctus septētrionalis eius a quo incipit luna moueri versus partē septētrionalē zodiaci vocatur caput draconis: punctus autēꝫ oppositus a quo incipit moueri versus partē zodiaci australē vocatur cauda draconis: luna ergo cuꝫ in omni plenilunio opponatꝛ soli si erit extra quālibet illarū sectionū nō patietur eclypsim: si aūt erit in aliqua illarū sectionū eclypsabitur:quia erit in vmbra terre:ꝛ ſm ꝙ magis vel minus erit in vmbra terre:tāto magis vel minꝰ eclypsabitꝛ. ¶Tertia cōclusio. Eclypsis solis nō est per priuationē luminis:sed per solā interpositionē lune inter solē ꝛ nos. Prima pars ptꝫ:quia sol a se habet lumē:ꝛ a nullo recipit.secūda pars est euidēs eo ꝙ quādoq̃ luna dyametraliter ponitꝛ inter solē ꝛ nos:cū ratione sue opacitatis vel densitatis radij solares nō possint penetrare nō percipimꝰ solē ꝛ hoc est ipm eclypsari. ¶Quarta cōclusio. Nullū astrū aliud a luna potest eclypsare solem aut eclypsari ab illo. Prima pars ptꝫ de astris supra solem:de venere autēꝫ ꝛ mercurio ostēditur ex multa ppinquitate ad solē:ꝛ ex tenuitate per interpositionē terre ac pspicitate ipsorum ratione cuius radij totū penetrāt:ꝛ sic qualibet in parte illorꝫ planetarū imbibitur lumen solis:qđ nō ɔtingit in luna. secūda pars ptꝫ per Campanū in sua theorica di.ꝙ vmbra terre transit vsq̃ ad orbem mercurij exclusiue et dato ꝙ transiret vlterius adhuc nō eclypsaretꝛ mercurius nec venus:quia nunq̃ tantū a sole recedūt ꝙ dyametraliter interponatur luna.

Scdā conclusio. Tertia conclusio. Quarta conclusio.

Aristoteles secūdo celi regulariter ponit quod omnis motus naturalis grauium ₇ leuium est velocio₂ in fine q̄₃ in principio ₇ per oppositū eorūdem motus violentus est velocio₂ in principio q̄₃ in fine, nō faciēdo mētionē de motu locali celi. nec de motu alteratiōis vel ad quātitatē: q₂ in illis dicta phi veritatē non haberent. ¶ Ideo ad declarationē illo₂ est p₂imo notandū ꝙ ꝓiectum post exitum eius a manu ꝓiicientis mouetur a quadā leuitate accidentali, sibi impressa a ꝓiiciente. ₇ q₂ virtus violēter imp₂imit᷑ p₂oiectio continue remittit᷑. ₇ ſm q̄ remittit᷑ virtus illa ita remittit᷑ motus. ₇ hoc est q₂ motus violentus est velocio₂ in principio ₇ tardio₂ in fine. non em̄ mouet᷑ ab aere: ne fiat vacuū. quia cōtinue aer tangit p₂oiectū. Etiam mola fabri mouet᷑ circualiter post recessum mouentis ₇ nō ab aere: q₂ est semper in eodē loco. ergo a virtute impressa. Et ſcḋm hoc scitur cā quare velocius p₂oiicitur lapis q̄₃ pluma: et velocius lācea longa q̄₃ breuis etiā fo₂tius percutit. q₂ lapis plus recipit de illa virtute q̄₃ pluma: ₇ diutius p₂eseruat, ₇ lācea longio₂ ꝓportionabilis manui plus de virtute impressa recipit et melius retinet q̄₃ lancea breuio₂. ¶ Secundo notandum ꝙ in motu naturali grauium ₇ leuium acquiritur quedā grauitas accidētalis per diuisionem medij ₇ cōtinue maio₂ ₇ maio₂ ideo continue est maio₂ p₂opo₂tio potentie ad resistentiā ₇ cōsequēter velocio₂ motus. ob quā cām motus ille naturalis debet esse velocio₂ in fine q̄₃ in medio: ₇ in medio q̄₃ in p₂incipio. nō enim potest dici ꝙ iste motus fiat velocio₂ propter maiorē raritatem aeris causatam a graui per calefactionem. q₂ in hyeme percipimus graue ita fo₂titer percutere sicut in estate. ₇ tamē aer est densio₂ in hyeme q̄₃ in estate. Quis em̄ possit acquiri talis impetus qui est qualitas accidētalis mo₂tuus patet. Primo de mola que velociē mouetur post separationē a voluēte. nō em̄ mouetur ab illo q₂ stat ipsum esse mo₂tuū. nec ab aere impellente. quia cōtinue est in eodē loco. ergo a virtute impetus acquisita. ij. de currente qui nō pōt quādo vult se retinere. ₇ hoc est signū acquisiti impetus. ¶ His p₂emissis sit hec p₂ima cōclusio. In p₂oiectione grauiū ₇ leuiū occurrūt tres motus vnus naturalis: ₇ duo violenti. patet. nam dum p₂oiicitur lapis ille violenter mouetur. q₂ in p₂incipio extrinseco p₂eter inclinationē passi et aer ꝓcedēs etiā violēter mouet᷑ ₇ diuidit᷑: q₂ cōtra inclinationē eius. s₃ aer sequēs lapidē naturaliter mouet᷑ ne fiat vacuū. ¶ Secūda cōclusio. Licet in medio vniformi velocitet᷑ motus naturalis grauiū ₇ leuiū: nō tamē in medio difformi. Prima pars patet. q₂ cōtinue manet eadē resistētia ₇ potētia augetur. Secūda est etiā euidens. quia si graue aut leue mouet᷑ per latitudinē vniformiter difformē incipiēdo a gradib⁹ remissio₂ibus resistētie medij. tūc eque velociter p₂ecise moueret᷑ p totū. quia quāto augeretur impetus tanto resistentia medij reperiretur maio₂. immo mediū posset esse difformiter difforme in quo graue aut leue tardius moueret᷑ circa finē q̄₃ in ꝑncipio. p₂imā partē cōclusionis intellexit philosophus. ₇c. ¶ Tertia conclusio. Locus naturalis grauiū ₇ leuiū non est causa effectiua motus ipso₂ū: sed solū formalis: finalis vel p₂eseruatiua. Prima pars patet: q̄m mouēs et motū debēt esse simul. vij. physico₂ū. sed locus ₇ graue aut leue locabile in eo quādo mouetur nō sunt simul: ergo. Secunda pars patet de loco naturali q̄ est influentia celestis: q̄m ipsa influentia ꝑseruat locatū ac actuat ipsum extrinsece: ₇ per illā existentē in tali circūferētia vel situ mouetur graue vel leue. ¶ Quarta cōclusio. Motus naturalis grauiū ₇ leuiū est effectiue ab intrinseco formaliter: a generante virtualiter. Prima pars patet. ex quo dū graue mouet᷑ deo₂sum mouet᷑ a sua forma substātiali. Similiter q̄n leue mouet᷑ sursum mouet᷑ a sua forma substātiali. Secunda pars declarat᷑ ex intētione phi. viij. phy. ₇ iiij. celi. vbi dicit motū ille esse a generāte: vñ sicut elemēta dicunt᷑ esse virtualiter i mixto. s. qualitates p₂ime: ita generans dicit᷑ virtualiter mouere graue aut leue: quia virtus producta ab ipso generāte est in graui. vel leui motiua eiusdē scilꝫ grauitas vel leuitas.

Contra p₂edicta arguit᷑. ₇ p₂imo. Quod motus lapidis sursum sit naturalis. q₂ est a ꝑncipio intrinseco. s. ab illa virtute impressa: vt dictum est. ¶ Secundo arguit᷑ ꝙ in medio vniformi non velocitat᷑ cōtinue motus naturalis. ₇ pono ꝙ. a. componat᷑ ex duobus gradibus leuitatis ignis: et ex duobus leuitatis aeris: ex duobus grauitatis aque ₇ duobus grauitatis terre: ₇ si medium ignis ₇ aeris per quos debet descendere resistentia: vt vnū p totū. et sequitur ꝙ. a. in toto elemento ignis velocius mouebat᷑ q̄₃ in elemēto aeris: quia ibi. vj. gradus trahēt deo₂sum: ₇ erit solū resistētia vt vnū q₂ gradus ignis est in p₂op₂ia spera nō trahens sursum nec deo₂sum: dūmodo medium sit vniforme: in elemento autē aeris trahunt deo₂sum quatuo₂ gradus solūmodo. scilicet duo aque ₇ duo terre. et tres resistēt. s. duo ignis ₇ vnus gradus resistentie medij. ¶ Tertio arguitur

ꝙ locus nõ sit causa formalis alicuius grauis vel leuis qꝛ locus ƺ phm̃.iiij.phy. non est materia nec forma

tertiũ. locati: ƺ superficies diuisa ab eo. ¶ Quarto arguit ꝙ aliquis est motus grauiũ vel leuiũ naturalis q̃ nõ est ab extrinseco nec a gñante. ptƺ de motu aque sursum: ne fiat vacuũ. non em̃ est ab aliquo intrinseco: qꝛ nõ a materia. vt ptƺ: nec a forma: qꝛ ipsa tendit deorsum. Item a nõ generante: qꝛ supposito ꝙ sit corruptũ generans per annum ante.

primũ. **Ad primum** negetur ꝙ mot⁹ lapidis sursum fit a pncipio intrinseco. Et ad probationẽ nego illã cõsequẽtiã: ille mot⁹ est a virtute existente in lapide: ergo est a principio intrinseco: qꝛ hic per pricipiũ itrisecũ itelligo ꝙ sibi nãliter determinat cõpositũ naturale: modo lapis nõ determinat sibi nec inclinaẽ ad leuitatẽ nec idẽtalẽ nec ali-

scḋm. qua pars eius. ¶ Ad scḋƺ dr̃ ꝙ impossibile est naturaliter tale mixtũ esse: ideo argumentũ nõ ꝓcedit ꝛ dato ꝙ tale esset diceret ꝙ illud velocius ꝛ veloci⁹ moueretur. Et cũ dicitur quod in aere tardius moueret q̃ in igne hoc negeẽ: quia licet habeat pauciores gradus essentiales trahentes deorsum ꝛ plures resistẽtes tamen hƺ plures gradus accidentales ratiõe ipetus acquisiti: ex quibus omnibus continue fit maior velocitas motus intelligendũ tamẽ ꝙ cum dico motũ naturalẽ esse velociorẽ in fine q̃ in principio dƺ intelli-

tertiũ. gi versus finem ꝛ circa principiũ: qꝛ tam in fine q̃ in principio quiescit. ¶ Ad tertiũ respõdetur ꝙ Aristo. iiij.phy. locutus est de loco qui est superficies: sed hic loqɯr de loco q̃ est q̃litas ꝛ virt⁹ ꝯseruatiua locati eo modo quo loquit phũs.iiij.celi locus est causa mot⁹

quartũ sui locati. ¶ Ad quartum dicit ꝙ aqua ascendens ne fiat vacuũ mouetur a forma appetibili grauis in descensu autem mouetur appetitu speciei vt alias dicebam. Sed verum est ꝙ absolute nõ mouet a generante: sed mouetur virtualiter a generante. i. habuit virtutem a generante. s. appetitum essendi cum corpore: qua virtute sic mouetur,

¶ Caput primum.

De primo igitur celo ac partibus et de stellis que in ipso feruntur: ex quibus constant ꝛ qualia sunt natura: ꝛ insuper ingenita ac incorruptibilia esse: prius iam pertractauimus. Cum autem eorum que natura dicuntur esse: alia sint substãtie: alia harƺ opera: affectusve atqꝫ substantias quidẽ dico: simplicia corpora: ignẽ: terram: ꝛ que eiusdem sunt seriei et iteƺ ea que ex his constant: veluti totũ celũ ipsiusqꝫ partes ꝛ animalia plantasve ꝛ horum partes. Affectus autem operave: motiones horuƺ cuiusqꝫ. Ceterorumqꝫ quorum hec elementa vi sita sunt cause ꝛ alterationes iteƺ mutuasve migrationes: patet plurimam de natura scientiã de corporibus esse. Omnes enim substãtie naturales aut corpora sunt aut cũ corporibus ac magnitudinibus fiunt. Hoc autem patet ꝛ ex diffinitione: que emerscre que sunt natura: ꝛ ex singulorum etiam contemplatione. De primo igitur elementorum ꝛ quale quid est natura: et incorruptibile ac ingenerabile esse satis iam diximus. Restat autem dicere de duobus. Quod si de hisce dicam⁹: fiet et de gñatiõe simul corruptione ve consideratio. Generatio enim aut omnino non est: aut in hisce dumtaxat est elementis: atqꝫ in hisce que ex his cõstant. Hoc autem ipsum primum est cõtemplandum: vtrum sit an non sit. Hi igitur qui prius de veritate philosophati sunt: itam in hisce sermonibus quos nunc nos dicimus: quã inter sese discordes fuere. Quidam enim ipsorũ generationem e medio corruptionẽve tollunt. Nihil enim eorum que sunt generari aut corrumpi: sed solum ita nobis videri dicunt: vt Melissus atqꝫ Parmenides quos et si bene cetera dicunt non naturaliter tamen dicere oportet putare. Esse namqꝫ rerum aliquas ingenitas omninoqꝫ immobiles ad aliam magis atqꝫ priorem: quaƺ ad naturalem considerationeƺ spectat. Illi vero quia nihil aliud preter substãtiam sensibiliũ esse existimabant: ꝛ quasdam primi tales naturas intellexerunt si cognitio aliqua aut prudentia erit ad hec illis accommodatas sententias traduxerunt. Alij vero quasi de industria contrariam his habuerunt opinionem. Sunt enim qui nullas rerum ĩgenerabiles esse: sed omnes fieri dicunt. Generatas autem partim permanere: partim corrumpi. Est autem sententie talis maxime quidem Hesiodus: deinde ceterorum ij qui primi de natura dixerunt. Quidam autem cetera quidam omnia fieri fluereqꝫ dicũt: ac nihil prorsus stabile esse: vnum autem quod solũ permanere ex quo hec vniuersa transfigurari sunt apta: quod quidem ceteriqꝫ cõplures ꝛ heraclitus ephesius dicere velle videtur. Sunt et qui corpus omne generabile faciunt componentes ipsum ex planis ac dissoluentes in plana.

Caput secundum.

Ceteris igitur alius erit sermo: hisce vero qui hoc dicunt modo omniaque corpora ex planis constituunt: quod accidit contra scientias dicere mathematicas perfacile est videre. Erat tamen equum aut non dimouere ipsas: aut credibilioribus rationibus quam suppositiones sunt dimouere. Deinde patet eiusdem esse sententie solida quidem ex planis: ex lineis autem plana: et has ex punctis componi. Que si ita sint: non necesse est partem linee lineam esse. Sed de hisce prius in sermonibus de motu considerauimus: demonstrauimus enim indiuisibiles nullas longitudines esse. Que vero de naturalibus corporibus impossibilia accidit hisce dicere qui lineas in diuisibiles faciunt: parum per nunc etiam contemplemur. Ea namque impossibilia que in illis accidunt: et in naturalibus sane sequentur. At non omnia que in his sequuntur in illis accident: propterea quod mathematica quidem abstractione dicuntur: naturalia vero additione. Complura autem sunt que indiuisibilibus competere non possunt naturalibus autem necessario competunt. Cetum si quippiam indiuisibile esse dixerimus. In diuisibile enim diuisibile esse non potest. Affectus autem omnes diuisibiles dupliciter sunt: aut specie: aut per accidens. Specie quidem vt coloris albi et nigrum: per accidens autem: si id in quo est diuisibile sit. Quare qui sunt affectuum simplices omnes hoc modo sunt diuisibiles. Quapropter impossibile ipsum in talibus est considerandum. Si igitur impossibile est vtraque parte ponderis nihil habente: totum habere pondus: sensibilia vero corpora aut omnia aut aliqua pondus habent: et cum terra et aqua vt et ipsi etiam dixerint: si punctum nihil ponderis habet: patet neque lineas ipsas habere. Quod si non habent: neque plana etiam habent. Quare neque corpus vllum ipsum habet. At vero punctum pondus habere non posse patet: graue namque omne grauius etiam et leue leuius aliquo esse potest. Grauius autem aut leuius forsasse non necesse est graue vel leue esse. Quemadmodum et magnum quidem est maius: maius autem non omne magnum esse necesse est. Complura enim sunt: que absolute quidem sunt parua: quibus quidem autem alijs sunt maiora. Si igitur quod cum graue sit grauius est: id pondere maius esse necesse est: et ex graue diuisibile sane erit: punctum autem indiuisibile supponitur esse. Preterea si graue quidem est densum: leue autem rarum: et densum hoc a raro differt quod equali in molle plura ipsi insunt: si punctum sit graue ac leue et densum nimirum et rarum erit. At densum quidem est diuisibile: punctum autem diuidi nequit. Quod si omne graue: molle aut durum esse necesse est: impossibile aliquid ex his inferri facile potest. Est enim id molle quod in seipsum cedit: durum autem id quod non cedit. At quod cedit: diuisibile esse constat. At vero neque ex hisce que ponderis expertia sunt pondus erit. In quo enim hoc: atque in qualibus accidat: aut quonam modo definient: si haud fingere volunt. Et si omne maius pondere pondus ponderemaius est: et vnumquodque sane partibus vacantium pondus habebit. Nam si puncta quatuor pondus habent: quod vero ex pluribus constat quem hec grauius est: atque quod grauius est: graue esse necesse est: perinde vt album est quod albo albius est id sane quod maius est vno puncto grauius erit equali ablato: quare et vnum punctum pondus habebit. Preterea si plana solum: vt linee componi possunt: absurdum esse videtur: nam vt et linea ad lineam vtroque modo et per longitudinem et latitudinem componitur: sic et cum plano componi planum oportet: linea vero componi cum linea potest si supponatur non solum si apponatur. At si per latitudinem etiam componi possunt: erit quippiam corpus quod neque est elementum neque ex elementis: si ex hoc pacto planis compositis componatur. Preterea si planorum multitudine corpora sunt grauiora: vt in Timeo est definitum: patet et lineam et punctum pondus habere: subest enim inter sese rationis similitudinem: vt prius etiam diximus. Sin vero non hoc differunt modo: sed ex eo quia terra quidem est graue: ignis autem leue erit et planorum: aliud graue aliud leue: et linearum similiter et punctorum etenim terre planum grauius erit quam ignis planum. Omnino autem accidit: aut

nullā vnquā magnitudinē esse: aut tolli posse: si similiter se habet punctū qdem ad lineā: linea vero ad planū: et hoc ad corpus oīa enim si resoluant in ipsa resoluent nimirū prima. Quare fieri potest: vt sola sint puncta: corpus aūt nullum. Insup si tēpus etiā similiter sese habet tollet aliqn vel tolli pōt: seipsuz enim nunc indiuiduū est: perinde atqz linee punctū. Idem et ijs accidit: qui ex numeris celū componūt: quidā eniz ex numeris naturā cōstituūt: vt pithagoricorū nōnulli. Corpora nāqz naturalia pondus habere leuitatēqz vidētur. Unitates aūt neqz corpus facere composite: neqz pondus habere possunt.

¶ Tractatus secundus.

¶ Capitulum primum.

Esse autem necessariū corporibus simplicibus natura motū aliquē vniuersis competere: ex hisce dilucidum fiet: nam cum moueri videant: vt nimirū ipsa moueri necesse est: si propriū motū nō habēt. Idem vo est vi moueri: et preter naturā. At si pret naturā est quispiā mot⁹: et fm naturā eē necesse est pter quē ille ē: si multi sunt ij q preter naturā sunt: vnū eum esse qui est fm naturā necesse est. Unūquodqz enim fm qdem naturā simpliciter se habet: pter aūt naturā multos habet motus. Preterea ex quiete hoc idē patet. Etenim aut vi: aut fm naturā quiescāt necesse est. Ui aūt ibi manent quo et vi ferunt: et fm naturā itidem ibi manent quo et fm naturā ferunt. Cum igit aliquid in medio manere videat: si fm naturā: patet et lationē qua huc fertur fm naturā ipsi cōpetere. Sin vi qd est qd prohibet ferri. Si enim id quod prohibet ferri quiescit: eadem verba sane voluem⁹. Aut em id qd primū quiescit fm naturā quiescit: aut in infinitū abibitur: quod qdem est impossibile. Sin mouetur vt Empedocles terrā quiescere dicit cōuersione: aliquē in locū sane moueret. Cum impossibile sit in infinitum ferri. Nullū enim impossibile fit: impossibile aūt est infinitum transire. Quare stet alicubi quod fertur: et illic non vi maneat: sed fm naturam necesse est. Qd si est fm naturā quies et motus erit fm naturā ea latio qua ad hūc itur locum. Quapropter et leucippus dicat oportet atqz Democrit⁹: qui prima corpora semp in vacuo infinitove moueri dicunt: quonā motu mouent: et quis est ipsoz fm naturā motus. Nam si elemētorū aliud ab alio vi mouet: et fm naturam etiā aliquē vniuscuiusqz motum esse necesse est: preter quē est hisce qui violētus est: et id quod primū mouet nō vi: sed fm naturā mouere oportet. In infinitū enim abibit si non erit quicqz primū mouens fm naturā: sed semper ipsum prius vi subiēs motū mouebit. Hoc idem accidat necesse est: et si vt in timeo est scriptum elemēta inordinate mouebant antea qz mūdus ortus esset. Motū em aut violētū aut fm naturā esse necesse est: qd si fm naturā mouebātur: mundū esse necesse est: si quispiā velit cū diligētia cōtēplari. Primū nāqz mouēs mouere necesse est: ipsum fm naturam subiens motū. Et ea que mouētur non vi in suis quiescētia locis cum quē nunc habēt ordinē facere ea qdem que pondus habent ad mediū: ea vero que leuitatem habent a medio suopte pergētia nutu. Hunc aūt ordinē mundus habet. Preterea tm quispiā interrogauerit: fieri ne poterat: an nō poterat vt inordinate subeūtia motū talib⁹ etiā mixtionib⁹ aliqua misceant: ex quibus ea corpora cōstant que fm naturā constituūtur: ossa inquā et caro et istiusmodi cetera: quēadmodū Empedocles in cōcordia fieri dicit. Ait em cōplura capita sine collo sunt orta. Apud autē eos qui infinita in infinito ea que mouentur faciūt: si vnū est id quod mouet vno moueantur motu necesse est: quare nō sine ordine mouebunt. Sin vero ea que mouēt sunt infinita: et lationes infinitas esse necesse est: nam si finite sint ordo quidem erit. Non enim quia in idem non ferūtur: inordinatio accidit. Neqz enim nunc in idem vniuersa feruntur: sed ea tantum que eiusdē generis sunt. Preterea inordinate quippiam fieri nil aliud est qz fieri preter naturam. Ordo enim proprius sensibilium natura nimirū est. At vero et hoc

absurdum est ac impossibile:infinitum inquam inordinatū motū habere. Est enim ea natura rerū:ꝙ plures et pluri in tempore habent. Contrariū igit̄ ipsis accidit. Inordinationes quidem eē ſm naturā. Ordinem vero mundūve preter naturā:ꝛ tū nihil eoꝝ ꝗ sunt ſm naturam fit forte fortuna. Videt̄ autē Anaxagoras hoc ipsum bene accepisse Ex immobilibus em̄ incipit conficere mundum. Enituntur autem ceteri cōgregātes aliquo modo rursus mouere ac segregare. Ex distantib⁹ autē ac sub eūtibus motū generationē facere non est ꝯsonū rationi. Quapropter ꝛ Empedocles omittit eum motum qui est in cōcordia. Nō enim celum cōstituere potuisset. Ex separatis q̄dem extruens: ob concordiam autē faciens cōgregationem. Et segregatis enim elementis mūdus est cōstitutus:quare ex vno fiat ꝛ cōgregatio necesse est. Naturalē igit̄ motum vniuscuiusqꝫ corporum eē:quo non vi mouentur:neqꝫ p̄ter naturam ex hisce que diximus patuit.

Capitulum secundum.

Esse autem necessariū ponderis nōnulla corpora momētū ac leuitatis habere ex his dilucidū fiet. Dicimus necessariū esse moueri. Si vero id quod mouetur momētū natura nō hꝫ:fieri nō pōt vt aut e medio aut ad mediū moueatur sit enim A quidē pondere carens: B: vero habeat pondus:atqꝫ transeat: A quidem C D:spatium:B:vero equali in tēpore spatium C E:p maius enī spatiū id quod pondus habet feretur. Si igitur corpus qd hꝫ pondus ea rōne ꝗ diuisum est C E spatium diuidat:pōt em̄ ad partium suaꝝ aliquā sic se habere:vt C E se hꝫ ad C D:si totū p totū C E fert̄:pars eodem tēpore per C D feratur:necesse est. Quare id quod pōdere vacat:et id quod est ponderis particeps:pequale spatiū tpe eodē feretur:qd impossibile est. Eadē ꝛ in leuitate ratio fieri potest. Preterea si quippiā corpus ꝛ ponderis expers ꝛ leuitatis motuꝫ subibit vi moueat̄ necesse est. Si vero vi moueatur:īfinitū efficit motū:nam cū potētia quedā sit ea que mouet id aūt qd est minus ac leuis plus ab eadē potētia moueat̄. Sit motū A quidē pondere carens p C D E spatiū: B vero pondus equali in tpe per C D. Si igitur diuisum fuerit id quod pōdus habet:ea ratiōe quam C E:ad C D habet:fiet vt id qd auferet̄ ab eoqꝫ pō dus habet equali in tpe per C E feratur: quoniā totū per C D moueba t̄. Celeritas em̄ minoris ad celeritatē maioris ita sese habebit: vt maius corpus se hꝫ ad minus. Per equale ergo spatiuꝫ et id qd pondere vacat:ꝛ id qd est pōderis particeps tēpore codē feretur:quod quidē fieri nequit. Quare si omni quouis ꝓposito p maius spatium id mouebit qd pondere caret:per infinitū vtiqꝫ fieri pōt:ptꝫ igitur omne definitū corpus:pondus aut leuitatē habere. Cum autem natura q̄dē id fit principiū motus quod est in seipso:potētia aūt id quod est i alio: vt aliud est:atqꝫ motus alius fit ſm naturā alius violentus. Naturalis q̄dem motuꝫ celeriorē facict eo ꝙ potētia mouet vt eū quo lapis deorsuꝫ fertur. Eū autem qui est preter naturā omīno potentia ipsa. Ad vtrumqꝫ autē vtit̄ aere ipso vt instrumēto. Est enim hic aptus ꝛ leuis esse et grauis:lationem. igitur eaꝫ qua sursuꝫ itur:faciet vti leuis. Cū pulsus fuerit:principiūqꝫ sumpserit a potentia ipsa. Latiōnē autē eā qua descenditur:faciet vti grauis:potētia eū quasi viꝫ impressaꝫ tradit vtriqꝫ. Quapropter non sequēte eo quod mouit:id fertur qd preter naturā est motū. Si em̄ non tale quod corpus esset violent⁹ motus sane nō esset. Motui quoqꝫ ſm naturā cuiusqꝫ modo eodē ꝯducit suo ad mobilis terga concursu. Omne igitur corpus:leue esse aut graue:ꝛ quomodo sese habeant in hisce motus preter natu.

ram: ex hisce que diximus patet.

Tractatus tertius.

Caput primum.

Est autem manifestum ex dictis neque omnium neque nullius simpliciter generationem corporis esse. Impossibile est enim vniuersi corporis generationem esse: nisi non et vacuum esse quod separatum potest. Quo enim in loco id quod generatur erit: cum fuerit: ortum: in hoc prius vacuum esse si nullum sit corpus necesse est. Aliud enim ex alio corpus fieri potest: velut ex aere ignis: sed omnino ex nulla alia antecedente magnitudine fieri possibile est. Maxime enim ex potentia corporea. Corpus actu fieri potest. Sed si id quod est potentia corpus non est prius: aliud corpus actu separatum vacuum erit. Restat autem dicere quorum est corporum generatio: et quam ob causam est. Cum igitur in omnibus cognitio sit per prima. Prima vero eorum que insunt sint elementa. Prius quenam: et cur sunt talium corporum elementa de inde quot et qualia sunt considerandum esse videtur. Hoc autem dilucidum fuerit si supposuerimus quenam sit ipsius elementi natura. Sit igitur id corporum elementum: in quod cetera corpora diuiduntur: in quibus inest potentia aut actu. Hoc enim vero modo se habet adhuc ambigitur. Ipsum autem est in forma diuersa induuisibile. Tale quid enim omnes ipsum elementum: et in omnibus dicere volunt. Quod si id quod est dictum est elementum. talia quedam corporum esse necesse est. In carne enim ac ligno et similibus inest ignis potentia atque terra. Manifeste enim ex illis hec segregantur. In igne autem caro aut lignum non inest: neque potentia neque actu: si enim esset segregaretur. Similiter neque si vnum quod solum sit tale: in illo est: neque enim si caro aut os aut quoduis ceterorum erit inesse potentia continuo est dicendum sed an tea quisnam si generationis modus est contemplandum. Anaxagoras autem de elementis contrario modo: atque Empedocles dicit. hic enim ignem et terram ceteraque eiusdem seriei corpora elementa corporum esse: ac omnia ex hisce constare dicit Anaxagoras vero contrarium asserit: ea enim que sunt similium partium. Ligna inquam carnem et os et quecumque talium elementa esse dicit. Aerem autem et ignem horum ac ceterorum omnium seminum mixtum esse. Utrumque enim ipsorum ex vniuersis inuisibilibus similium partium congregatis esse dicit: quapropter et omnia ex his esse censet. Ignem enim et ethere rem idem appellat. Cum autem omnis naturalis corporis sit proprius motus. Motus autem partim simplices sint: partim mixti et mixtorum sint mixti: simplicium simplices. patet corpora simplicia quedam esse: sunt enim et simplices motus. Quare et elementa esse et cur elementa sunt constat.

Capitulum secundum.

Consequens autem est vtrum sint finita an infinita: et si finita sint: quem numerum subeunt considerare ac contemplari. Primum igitur infinita non esse vt quidam arbitrantur contemplandum esse videtur. Et primum eos qui vniuersa que sunt similium partium elementa faciunt: vt Anaxagoras in medium afferamus. Nemo enim eorum qui ita censent recte accipit elementum. Videmus enim et multa mixtorum corporum: vt carnem: ossa: lapidem: lignum in similes diuidi partes. Quare si compositum non est elementum: non omne quod est similium partium est elementum: sed id quod in diuersa specie diuidi nequit vt antea diximus. Preterea neque sic elementum sumentes facere infinita necesse est: omnia enim eadem et si quispiam sumpserit infinita reddent. Idem enim faciet et si duo vel tria talia solum sint: vt et Empedocles facere conatur. Cum enim ipsis et hoc pacto non omnia ex similes partes habentibus facere accidit. faciem enim non ex faciebus faciunt: nec aliud quicquam eorum que secundum naturam sunt figurata. Patet longe melius esse principia facere finita: et hec quam minima si eadem omnia demonstrari possint. quemadmodum et mathematici censent. Semper enim aut forma aut quantitate finita principia sumunt. Preterea si corpus a corpore diuersum proprijs differentijs dicitur. Corporum autem differentie sint finite. ipsis enim sensibilibus differunt: atque hec sunt finita. quod quidem demonstrari oportet: patet et elementa necessario

esse finita. At vero neqꝫ vt alij quidam dicunt:vt leucippus ac abderites. Democritus:ea que accidūt consentanea sunt rationi: primas enim magnitudines multitudine q̄dē infinitas:magnitudine autē indiuisibiles esse dicunt:ꝛ neqꝫ ex vna multa fieri neqꝫ ex multis vnum:sed harum cōplexione mutatione ve omnia generari. Et hi nāqꝫ quodā modo numeros vniuersa que sunt: atqꝫ ex numeris faciūt:ꝛ si enim nō dilucide dicunt:hoc tamen dicere volūt. Et insuper cū figuris corpora differāt figure vero sunt īfinite:infinita ꝛ ipsa simplicia corpora esse dicūt. Quenam autem est vniuscuiusqꝫ elemēti figura nihil diffinierūt:sed igni solū rotundā tribuere figurā. Aerem v̄o aquā ac cetera magnitudīe paruitateqꝫ diuisere: quia natura ipsorū est:vt omniū semen elemētoꝝ. Primū igitur idem ꝛ ipsos error comitari videtur:non finita ipsa principia sumere cum oīa eadē ipsis dicere liceret. Deinde si corpoꝝ differentie non sint infinite:patet elemēta infinita nō esse. Preterea īdiuidua corpora esse dicentes mathematicis scientijs aduersenꝰ:compluraqꝫ eorum que sub opinione omniū cadunt:ꝛ eorū que sensu videnꝰ e medio tollant necesse est:de quibus antea diximꝰ in hisce que de tēpore motuve sunt dicta. Et insuper cōtraria ipsos dicere sibijpsis necesse est. Impossibile est enim si elemēta sint indiuidua: aerem:aquā:ac terrā magnitudine paruitateqꝫ differre. Est em̄ impossibile ex sese mutuo generari:corpora nāqꝫ maxima si segregenꝰ:semꝑ deficient. At hoc pacto terrā:aquā:ꝛ aerē vicissim ex sese fieri dicunt. Preterea neqꝫ hoꝝ sentētia infinita ipsa elementa fieri videbunꝰ:si corpora q̄dem figuris differūt. figure vero oēs ex pyramidibus cōstant:rectarū q̄dem linearū ex hisce que sunt rectarū linearuꝫ:sphera autem ex partibꝰ octo. Sint em̄ aliqua principia figurarū necesse est. Quare siue sit vnū siue duo siue plura:ꝛ simplicia corpora multitudinē tātā subibūt. Preterea si cuiusqꝫ quidem corporis motꝰ est ꝓprius quidā:simplicisqꝫ corporis motus est simplex:simplices aūt motus infiniti non sunt:propterea ꝙ neqꝫ simplices lationes plures q̄ͦ due sunt:neqꝫ loca sunt īfinita:neqꝫ hoc pacto sane ipsa elemēta infinita erunt.

Caput tertium.

QUoniam autē finita esse necesse est:cōsiderare restat vtrū plura sint an vnum. Quidaꝫ enim vnū solū esse supponūt: ꝛ horum:alij aquā:alij aerem:alij ignē: alij aquā quidē subtiliꝰ:aere vero densius:quod q̄dem celos vniuersos cū sit infinitū inquiūt cōtinere. Qui igitur hoc vnum aquā aut aerem faciunt aut aqua q̄dem subtilius:aere vero dēsius. Deinde ex hoc raritate cetera densitateqꝫ generant:ij sane ignorant aliquid aliud elemēto se facere prius. Generatio enim ex elementis compositio est vt dicunt: ad elementa vero profecto dissolutio. Quare id quod est subtilium partium: natura prius esse necesse est: cum igitur omniū corpoꝝ ignem subtilissimum esse dicant: ignis natura corporum primum erit:nihil autem refert. Unum enim quippiam ceterorū ꝛ non medium ipsum primum esse necesse est. Preterea raritate ac densitate cetera generare ꝛ subtilitate atqꝫ grossitie nihil differt. Subtile enim rarū:grossum autem densum esse volunt. Subtilitate rursus atqꝫ grossitie ꝛ magnitudine ac paruitate ideꝫ est. Subtile est enim qđ paruarum: grossum quod magnarum partium est. Quod enim ad multū extenditur:id subtile est:tale autem id est quod ex paruis partibus cōstat. Quare accidit ipsos magnitudine ac paruitate substātias diuidere ceteroꝝ. Accidet autem ita definientibus vniuersa ad aliquid dicere. Atqꝫ absolute non erit aliud ignis:aliud aqua:aliud aer: sed idē est ad hoc ignis:ad aliq̄d aliud aer. Quod quidē ꝛ ijs accidit qui plura quidem elementa esse aiunt. Magnitudine autem et paruitate differre dicunt. Nam cum vnūquodqꝫ quantitate sit definitum:aliqua ratio nimirum inter ipsas magnitudines erit. Quare eorum que hanc rationem habent: aliud aerem aliud ignem aliud terram

aliud aquam esse necesse est: propterea quod in maioribus rationes minorum insunt. Qui vero ignē elementū ipsum supponūt: hoc quidē euadunt: alia vō ipsis accidere absurda necesse est. Quidam enim ipsoꝝ igni figurā adiugunt: vt ij qui pyramidē faciūt. Quorū quidam simplici⁹ dicunt: pyramidē q̇dem dicentes id esse quod maxime figurarū incidere potest: ignem autē corporum. Quidā ꝓbabili⁹: corpora quidē vniuersa ex eo composita esse qḋ est omniū maxime subtiliū partium: solidas vero figuras ex pyramidibus constare dicētes. Quare cum corporū q̇dem ignis sit subtilissimū: figurarū vero pyramis maxime paruaꝝ est partiū: atq͂ prima: primaq͂ figura p̄mi sit corporis: ignis profecto pyramis erit. Quidam de figura quidē nihil dicūt. Subtilissimaꝝ autem partium solum elementū ipsum faciunt: deinde ex hoc compositionem subeūte cetera fieri dicunt: perinde vt auri arene conflantur: vtrisq͂ autem hec difficilia accidūt: nam si primū corpus indiuiduū faciunt: ille ratiocinationes quas antea dixim⁹ ad hanc eandem materiā: vt patet redibunt. Preterea si naturaliter cōtemplari volunt: hoc dicere nequeūt: nam si om̄e corpus ad corpus quantitate comparabile est. Magnitudies aūt similitudinē subeūt rationis: ꝛ similiū partiū inter se ꝛ elementoꝝ velut vniuerse aque ad aerem vniuersum: ꝛ elementi ad elementū ꝛ in ceteris codeꝫ modo: ꝛ aer maior est aq̄: ꝛ omnino id quod subtiliorū est partiū eo ꝙ est grossioꝝ: patet ꝛ elemētū aque minus ꝙ̄ aeris esse. Si igitur magnitudo minor inest maiori: elementum sane aeris diuisibile erit: ꝛ ignis idētidem ipsius ꝛ eorum omnino que subtiliorū partium sunt. Sin diuisibile faciunt ij quideꝫ qui igni figurā tribuūt: eueniet partem ignis ignem nō esse: propterea ꝙ pyramis nō ex pyramidib⁹ constat: ꝛ item nō omne corpus elementū esse aut ex elemētis cōstare. Pars enim ignis nec ignis est nec aliud elementū vllum. Hisce vero qui magnitudine definiūt: prius quid elemēto elementū esse: atq͂ hoc in infinitū abire: si omne corpus diuisibile est: et quod paruarū magis est partium est elementū. Preterea et hic etiam accidit idem ad hoc ignē esse dicere: ad aliud aerem ꝛ aquaꝫ rursus ac terram. Cōmune autē peccatū vniuersis est: qui elementū vnum supponunt vnum naturalē solū omniūq͂ eundem facere motum: omne nāq͂ naturale corpus principiū habere motus videm⁹. Si igit̄ omnia corpora vnū quid sunt: vnus omniū mot⁹ erit: ꝛ hoc eo magis quodq͂ moueri necesse est: quo maius fit: quēadmodū ꝛ ignis quo maior fit eo sua latione celerius fertur. Accidit aūt multa deorsum celeri⁹ ferri. Quare propter hec ipsa ꝛ insuper cum definitū sit prius naturales plures esse motus: patet vnū elementū esse non posse. Cum aūt neq͂ infinita sint: neq͂ vnum sit elementum plura esse profecto atq͂ finita esse necesse est.

Tractatus quartus.

Caput primum.

Considerādū est autē primo vtrum sempiterna sint an generent̄ ꝛ corrūpātur. Quo demonstrato: ꝛ quot et q̄lia sunt patebit. Sempiterna igitur esse impossibile est. Et ignem enim ꝛ aquam ꝛ vnūquodq͂ simpliciū corporū dissolui videmus. Dissolutionē vero aut infinitā esse aut stare necesse est. Si igitur infinita est ꝛ dissolutionis tēpus infinitū erit: ꝛ tempus rursus cōpositionis. Una queq͂ enim partium in alio tempore dissoluit̄ atq͂ componit̄. Quare fiet vt extra tēpus infinitū tēpus sit aliud infinitū. Oñ quidē ꝛ compositionis tempus est infinitum: ꝛ prius hoc dissolutionis tēpus vt extra infinitū sit infinitū: qḋ quideꝫ impossibile est. Sin stabit alicubi dissolutio: an id corpus in quo dissolutio stabit īdiuiduū erit: aut diuisibile quidem erit: non tū̄ vnq̄ȝ diuidet̄ vt Empedocles velle videtur. Indiuiduū igitur nō erit propter rationes antea dictas. At neq͂ diuisibile q̇dem erit: nūq̄ȝ autē dissoluetur. Minus enim corpus facilius ꝙ̄ maius corrūpi potest. Si igitur et maius hac corruptione corrumpitur vt in minori dissoluatur: corpus minus

id pati: magis consentaneū est rationi
ignem autē duob⁹ modis corrūpi vide
mus: nā ⁊ a cōtrario corrūpit̄ cū extin-
guitur ⁊ ipse a seipso marcescēs. Hoc
autem patit̄ minor a maiore ⁊ eo cele
ri⁹ quo minor est. Quare corporū ele-
menta corruptibilia ⁊ generabilia esse
necesse est. Cū autem gn̄abilia sint: aut
ex incorporeo aut ex corporeo ipsoruz
gn̄atio erit: ⁊ si ex corpe: aut ex alio aut
ex sese vicissim ipsorum gn̄atio erit. Is
igit̄ qui ipsa dicit ex incorporeo gene-
rari vacuū facit: naz oē qd̄ fit in aliq̄ fit
⁊ id qd̄ ē gn̄atio: aut icorporeū erit aut
habebit corp⁹: ⁊ si habebit corpus: duo
corpora simul in eodē erūt id inquā qd̄
fit: ⁊ id qd̄ precedit. Sin incorporeum
erit: vacuū esse definitū necesse est: hoc
aūt impossibile esse antea demōstraui-
mus. At neq̄ ex corpe quedā elementa
fieri possunt: eueniet em̄ aliud corpus
elementis prius esse: atq̄ hoc si pon-
dus aut leuitatem habet vnū quid erit
elementorum. Si nullū habet momen-
tum: immobile ac mathematicum erit
si tale autem est in loco non erit. Quo
enim in loco quiescit: in eum et moue-
ri potest: ⁊ si vi q̇dem preter naturā: sin
v̄o non vi secundū naturā. Si igit̄ in lo
co atq̄ alicubi erit: elemētoꝝ quippiā
erit: sin v̄o non erit in loco: neq̄ quicq̄
ex ipso erit. Id em̄ qd̄ fuit ⁊ id ex quo
fit simul esse necesse est: cum autem neq̄
ex corporeo neq̄ ex alio corpore fieri
possint: ex sese mutuo fieri restat.

Caput secundum.

Rursus igit̄ considerandū
est quisnam sit mutue gene
rationis ipsoꝝ mod⁹: vtrū
vt Empedocles dicit atq̄
Democritus: an vt ij qui i
plana dissoluūt: an alius quispiā sit p̄-
ter hos motus. Empedoclē igit̄ ⁊ De-
mocritū preterit non generationem se
mutuā sed apparentē facere gn̄ationē.
Inesse em̄ queq̄ ac segregari dicūt: q̄-
si e vase fit ipsa generatio: sed nō e mate
ria l quadā: neq̄ generari ꝑmutationē.
Deinde si hoc etiā modo fit gn̄atio: nō
minus ea que eueniūt sunt absurda: ea
dē em̄ magnitudo si d̄ēsef: grauior fieri
nō videt̄. Ad hoc dicūt ij q̇ aquā inesse
in aere: ⁊ inde segregari dicūt necesse est
cū em̄ aqua ex aere est orta grauior est.
Preterea corporꝝ mixtoꝝ alterꝝ sepa-
tum nō necesse est locū semper occupa-
re maiorē. At cū orit̄ aer ex aqua maio-
rem aer occupat locū. Quod em̄ subti-
liorū ē partiuz id maiorē occupat locū:
patet aūt hoc ⁊ in ipsa migratione: eua
porāte em̄ humido spūq̄ turgēte ea va
sa que moles cōtinēt ob angustiā rūpi
videtur. Quare si vacuū omino nō est
nec extendūtur corpora: vt ij qui hec di
cūt inquiūt ee impossibile patet. Sin
vacuū est ⁊ extēsio: vacat hoc porro rō-
ne: id inquā quod separatur maiorē sp
locum necessario occupare. Generatio
nem etiaz mutuā deficere tandē necesse
ē: si finita i magnitudine infinita finita
nō insint: cuz em̄ ex terra fit aq̄: ex terra
aliquid aufert̄: si gn̄atio est segregatio:
⁊ iteruz cum e reliqua simili modo orit̄
aqua. Si igitur hoc semp erit: eueniet
in corpore finito inesse infinita: cū aūt
hoc īpossibile sit: nō sp ex sese mutuo ge
nerabunt̄. Dictū est igit̄ elemētorū mi-
gratione in sese mutuā segregationem
non esse. Restat autē ipsa mutationem
subeuntia: i sese mutua generari. Atq̄
hoc dupliciter: aut em̄ trāsfiguratōe: vt
ex eadē cera pila fit: tessera ue: aut dis-
solutione in plana: vt quidā aiunt. at si
trāsfiguratiōe generant̄: fit vt ipsa cor-
pora necessario indiuidua esse dicāt̄. si
em̄ diuisibilia sint ignis pars ignis nō
erit: neq̄ terre pars terra: ꝓpterea q̄ py
ramidis ps pyramis nō ē: neq̄ tessere
tessera. Sin dissolutiōe planoꝝ: p̄rio q̇
dē absurdū ē nō oīa ex sese mutuo ge-
nerare. Qd̄ q̇dē ipsos dicere ē necesse
atq̄ dicūt. Neq̄ em̄ cōsentaneū ē rōni
vnam partē expertē esse migratiōis: ne
q̄ ꝑ sensum videt̄: sed om̄ia in sese mu-
tari vident̄ mutuo. Accidit aūt eos de
hisce q̄ apparēt dicētes: nō cōsentaneū
hisce dicere que apparēt: hui⁹ aūt cau-
sa est: non bene ꝓma principia capere:
sed om̄ia ad opiniōes definitas quas-
dam reducere velle. Sensibiliū em̄ pri-
cipia fortasse sensibilia sint: ꝑpetuoꝝ ꝑ
petua corruptibiliū corruptibilia: ⁊ oi-
no sub eodē sint gn̄e sub q̄ subiecta col-
locātur opz. Hi vero propter hoꝝ amo

rē idē facere videtur:qḋ.ij faciūt qui po
sitiões in rationib⁹. cōseruāt:oē eñ qḋ
accidit tolerant vt habentes principia
vera.proinde quasi nō ex hesce qne eue
niūt nonnulla maximeq3 ex fine dijudi-
care oporteret.Est aūt finis effectiue q̇
dem scientie ipsu3 opus:naturalis aūt
id qḋ semꝑ ꝓprie per sensus apparet.
Accidit aūt ipsis terrā elemētū maxie
esse:solāq3 incorruptibilē:si id qḋ indis
solutibile ē īcorruptibile est elemētum.
Terra est sola in aliud corpus indisso-
lubilis est.Ad vero neq3 in hisce q̇ dis-
soluutur triāgulorū iuxta suspēsio con
sona ē rōni:fit aūt ū hoc in migratione
qua in sase mutuo migrāt:ꝓpterea qḋ
ex inequalib⁹ multitudine triangulis
cōstat.Preterea ij qui hec dicunt:nō ē
corpore faciūt generationē necesse est:
cū eñ ex plenis fuerit ortū:nō e corpo-
re erit ortū Insuper nō oīe corpus di
uisibile sit seq exactissimis sciētijs ad-
uersenť necesse est.Ille enim et ipsum
intelligibile diuisibile accipiūt.At hi
neq3 oē sensibile diuisibile esse ꝯcedūt.
ꝓpea qḋ suppositionē suā seruare vo-
lūt.Qui nāq3 figurā cuiq3 tribuūt ele
mēto ⁊ hac substātias ipsoꝝ distiguūt.
ij indiuisibilia faciāt ipsa necesse ē.py-
ramide enim aut pila aliq̄ modo diuisa
non erunt ea que restant pyramis aut
pila.Quare aut ꝑs ignis nō ignis ē:s3
erit q̇d elemēto pri⁹:ꝓpterea ꝙ oē cor-
pus elemētū est aut ex elemētis constat
aut non omne corp⁹ diuisibile est.Om
nino aūt eniti simbplicib⁹ corꝑib⁹ figu
ras retribuer metas egrediť rōnis:pri
mo quidē quia accidet nō repleri totū.
In planis autē tres figure cōplere lo-
cum videnť:triāgulus:quadratū: ⁊ sex
angeloꝝ figura:in solidis aūt due sole
pyramis atq3 tessara.Plures autē hi-
sce sumāť necesse est:quia plura faciūt
elemēta.Deinde corpora simplicia vni
uersī figurā suscipere in loco cōtinenti
videtur.ū maxime aqua ⁊ aer.Perma-
nere igť elemēti figurā impossibile est
nō enim totu3 tangeret omni ex ꝑte id
quod continet ipsum.At si in aliam
verteretur figuram non vlterius erit
aqua:ipa differebat figurā.Quare pa
tet figuras horum definitas non esse.

Sed natura hoc ipsum nobis declara-
re videtur:quod et consentaneum est
rationi.Nā vt ⁊ in ceteris informe sub
iectum ipsum esse oporter maxime eni3
hoc pacto id quod omnia suscipit for-
mari figurasq3 suscipere potest.vt in
Timeo est scriptum:sic et elementa vt
materiā ꝯpositorū eē putare op3.Qua
propter ⁊ mutari ī se metuo possunt:cū
per affectus ipsorum differentie sepa-
rantur.Insuper quoniam modo gene
rari caro ⁊ os:aut quoduis composito-
rum corporum potest.Neq3 enim ele-
mentis ipsis quia non fit ex composi-
tione continuum:neq3 ex planis com-
positionem subeuntibus:ipsa enim ele
menta compositione generatur:et non
ea que elementis constant.Quare si
quispiam exacte tales sententias con-
sidera voluerit:et non sine exacta dis-
cussione probare ac acceptare genera-
tionem:ex hisce que sunt hasce tollere
profecta videdit.At vero ⁊ ad affectus
⁊ potentia atq3 motus figure non sunt
accomodate corporibus in que maxi-
me respicientes hoc pacto figuras ip-
sas distribuere:Veluti cū ignis facile
sit mobilis ⁊ calefaciat ac vrat:q̇dā spe
rum:quidam pyramidem ipsu3 fecerūt
hec enim facillime quidem mouentur:
propterea ꝙ minima tangunt:minime
q3 stabilia sunt maxime vero calefaciūt
maximeq3 vrunt:ꝙ alterum totum an-
gulus est:alterum acutissimum angu-
lum habet angulis astem calefaciunt:
vt aiunt ac vrunt.Primū igitur vtriq3
de motu peccarūt:nā tāetsi figurarum
he facillime mobiles sunt:non tamen
ignis motu facile mobiles sunt:Mo-
tus enim ignis ad supera fit atq3 recta
he vero facile ea motione mobiles sunt
que volutio nuncupatur.Deinde si ter
ra iō tessera ē q2 stabilis ē atq3 manet:
non aūt vbiuis:s3 suo in loco manet:ex
alieno ver fertur nisi ꝓhibeať:et ignis
etia3 et cetere simili mō:patet et ignem
et elementorum quodq3 in alieno qui-
dem loco sperā aut pyramidem quide3
esse:in proprio vero cubum.Preterea
si ignis ob āgulos calefacit ac vrit:vni
uersa elementa calefaciunt sane:alud
tamen alio forūtan magis.Uniuersa

enim angulos habent: vt id quod octo
ꝛ id quod duodecim sedium est. Demo
criti vero sententia spera etiā vrit: quia
quidā angulus est. Quare maiore dif-
ferunt minoreq; gradu: hoc autem fal-
sum esse patet. Simul etiam accidet et
mathematica corpora calefacere: vrere
q; et illa namq; angulos habent: et in
ipsis indiuidua ꝛ spere: ꝛ cubi et pyra-
mides insunt: p̄sertim si sint indiuidue
magnitudines: vti dicunt: nam si illa q̄
dez vrunt: differentia est dicenda. Sed
non sic simpliciter dicendum est vti di-
cunt. Preterea si id quod vritur ignit:
ignis autem aut spera aut pyramis est:
ea que cōburuntur pyramidez fieri aut
speraz necesse est. Inducere igitur atq;
diuidere sit accidēs per rationem figu-
re: pyramidem vero necessario pyrami-
dem fabere: vel speraz a metis penitus
egredit ratiōis: simileq; est atq; si quis-
piam gladium in gladios id quod diui
dit: diuidere censeat aut serram in ser-
ras. Preterea ad diuidendum solum
igni figuram reddere ridiculum esse vi
detur: ignis enim congregare magis si
nesq; in vnum redigereq; segregare vi-
detur. Segregat enim ea que non eius-
dem generis sint congregat autem ea
que sub eodem genere collocantur. Et
congregatio q̄dē per se est: fines enī in
vnuz cogere atq; vnire ignis ipsius est:
segregatio vero per accidens: congre-
gans enim id quod sub eodem est gene
re: id quod alienum est excipit. Quare
aut ad vtrunq;: aut potius ad cōgregā
dum figuram igni reddere oportebat.
Insuper cum calidum frigidūq; poten
tia sint cōtraria: reddere frigido figu-
ram aliquam impossibile est propterea
ꝙ reddere quidem contrariam figuraz
oportet. Nihil autem contrarium est fi
gure: quapropter ꝛ omnes omittūt hoc
ꝛ tamen aut omnia figuris aut nihil de
finire oportebat. Nonnulli autē de po
tentia ipsius dicere conati sibiipsis cō-
traria dicunt: frigidum enī id inquiunt
esse: quod magnarum partium est: pro-
pterea quod premit et per meatus non
transit. Patet igitur et calidum id esse
quod transictale autem erit quod par
tium subtilium est. Quare fit vt parui
tate magnitudineq; frigidum differat
calidumq;: licet non figuris. Preterea
si pyramides sint inequales: magne nō
ignis erunt: neq; figura erit vrendi cau
sa: sed contrarium. Non differre igitur
elemēta figuris ex iis que diximus pa-
tuit. Cum autem propriissime differen-
tie corporum per affectus sunt ꝛ opera
tiones atq; potētias: cuiusq; enim cor-
poris naturalis opera affectus poten-
tiasq; dicimus esse. Primum de his est
dicendum: vt post horum cōtemplatio-
nem cuiusq; differētias ad vnūquodq;
sumamus.

Finis libri tertij de celo.

Dubitare contingit circa vnū di
ctū phi. vij. et. viij. phy. Primū.
ac. iij. celi. ꝙ grauia ꝛ leuia seipsa nō mo
uent: ꝛ maxime inanimata. Ad cuius
declarationem est notandū primo ꝙ dif
ferētia est inter moueri a se: ꝛ per se: et ex
se. Illud dicitur moueri a se quod est principium acti
uum immediatū motus: vel habet naturalr ꝛ intrin-
sece huiusmodi principiū. Exemplū primi: vt aīa mo
uetur a se. i. de aīa, licz per accn̄s: quia ipsa est princi-
piū motus aīalis. Exemplū secūdi vt aīal mouet a se
quia habet naturaliter animam que est immediatuz
principium motus. Illud autē dicitur moueri per se
quod mouetur ꝛ non ad motum alicuius sibi imperti
nentis: ꝛ sic non solum mouetur per se illud qḋ moue
tur naturaliter: sed etiam illud quod violenter: vt la-
pis qui mouetur sursuz. Sed illud dicitur moueri ex
se quod mouetur sine indigentia alicuiꝰ intrinseci: et
sic aīal mouetur ex se: quia solo appetitu potest reci-
pere motum post quietē: nam post expergefactionez
potest moueri non cōcurrente remouente prohibens
extrinseco nec generante. Secundo notandū ꝙ ali Secūdum.
quid dicitur se habere ad motum dupliciter. s. i actu
ꝛ in potentia. In actu quod actualiter mouetur
In potentia vero quod non mouetur sed aptum
natum moueri: et sic iterum dupliciter. Nam
aliquid dicitur potentiale ad motum potentia essen
tiali: et aliquid potentia accn̄tali. Illud dicitur potē
tiale ad motū potentia essentiali ꝛ non habet formā
ad illum motū: tn̄ est aptum natum habere: ꝛ sic leue
est potentiale ad motum deorsuz: quia non hꝫ formā
motiuam deorsum sed potest habere per generatio-
nem grauitatis. Illud vero dicitur potentiale ad mo
tum potentia accn̄tali quod habet formā ad illū mo
tum: sed impeditur ne exeat in actum: et sic graue de
tensum sursum dicitur potentiale ad motuz deorsuz.
His visis et premissis sit hec prima conclusio. Mo
tus naturalis grauis aut leuis nō ē actiue immedia
te a generante nec a remouente prohibens: patet: qꝛ 1ª ꝯclusio.
potentiale graue aut leue mouetur naturaliter cor-
rupto generante ꝛ remouente prohibens. Secūda
conclusio. Impossibile est graue incipere motū deor- 2ª ꝯclo.
sum sine concursu generantis vel remouentis prohi-
bens: probatur: nam quando graue incipit moueri
deorsum: ipsum est sursum: igitur anteqū incipiat mo
ueri deorsum est graue in actu vel solum in potentia
si in actu ꝛ non mouebatur hoc erat ratione obstacu-
li qḋ oportet moueri ad hoc ꝙ incipiat moueri: si so-
lum in potentia: igitur indiget generāte producente
in ipsum grauitatem qua possit icipere moueri deor-
sum. Tertia conclusio graue in potentia essentiali
ad motum deorsum indiget generāte ꝛ in potentia tertia ꝯcl'

accidentali indiget remouente prohibens: primũ ꝑ
tet: quia graue in potentia essentiali ad motum deor
sum est actu leue: iõ indiget generãte grauitatẽ vt deor
sum moueatur. Secundum etiã patet: quia graue in
potẽtia accidentali ad motum deorsum est graue in
actu iõ nõ indiget generãte: sʒ solũ remouẽte ꝓhibẽs
Quarta cõclusio. ¶ Quarta conclusio. Licet grauia ⁊ leuia inanimata
moueantur a se ⁊ per se: non tñ possunt moueri ex se.
Prima pars patet: q: aqua descẽdẽs deorsum mouet
a se iʒ nõ prio: q: sua forma substantialis est principiũ
actiuum immediatum ⁊ principale illius motus: mo
uetur etiam per se quia non ad motum alicuius sibi
impertinentis. Secunda etiam declaratur: nam gra
uia et leuia inanimata aut mouetur naturaliter aut
violenter: si naturaliter: ergo indigerent in principio
motu generante vel remouente ꝓhibens: vt est ostẽ
sum. Si violenter: igitur a principio intrinseco et per
consequens ad talem motum indiget extrinseco.

Primũ. **Contra** predicta arguitur: ⁊ primo ꝙ gra
ue in actu incipit descẽdere non ꝯcur
Scdm. rente remouente ꝓhibẽs: quia lapis positus super
columnam potest etiam descendere pellendo lapidem
extra columnam absq; hoc: ꝙ moueatur colũna. ¶ Se
cundo sagitta mota sursum potest incipere descende
re deorsum sine concursu remouẽtis ꝓhibens. Simi
liter vapor vel argentum viuum motuʒ sursum repe
riens obstaculum mouetur deorsum: ⁊ tamen non ha
Tertiũ. bet aliquod remouens prohibens. ¶ Tertio arguit
ꝙ grauia ⁊ leuia inanimata non mouent a se: quia
talia per se mouentur vt concessum est: sed omne ꝑ se
mobile diuidit in partem per se mouentem et per se
motã: ergo grauia ⁊ leuia non mouetur a se: sʒ a suis
formis: minor est Aristo. vij. ⁊ viij. Phy. vbi etiam dicit
expresse ꝙ grauia ⁊ leuia non mouent seipsa. Quarto
Quartũ. arguitur mouentur ex se: quia naturaliter mouen
tur a principio intrinseco: ergo mouentur ex se: proba
tur consequentia: quia si nõ hoc est ideo quia in prin
cipio sui mot⁹ indigerent motore extrinseco: sed illud
non tollit quin animalia moueantur ex se fm Phm
viij. physi. et tamen indigent motore extrinseco: quia
aut generante aut remouente prohibens: aut appeti
bili post expergefactionem.

Ad primũ. **Ad primum** dicitur ꝙ licet nõ remoueat
columna tamen remouetur
Ad scdm. quies violenta ratione colũne: que quidem priuatiue
prohibebat motum sicut colũna positiue. ¶ Ad scdm
dicitur: ꝙ prohibẽs motum deorsum in motu sagitte
est leuitas accidentalis etiã impressa a ꝓiciente que
mouentur continue a forma substãtiali sagitte cũ sit
sibi disconueniens. Similiter in descensu vaporum
⁊ argenti viui exigitur generans grauitatem ⁊ remo
uens leuitatem prohibentem motuʒ deorsum. ¶ Ad
Ad tertiũ. tertium dicit: ꝙ licet omne per se mobile diuidat in
ptẽ ꝑ se mouentẽ ⁊ ptẽ per se motã: non tñ sequit quin
idẽ mobile moueat a se: qi mouet ab vna parte sua: sʒ
verũ est: ꝙ nihil mouetur a seipso primo per se. Et ad
phm di. grauia ⁊ leuia nõ seipsa mouere. Dico ꝙ Phs
intelligit illa nõ posse moueri a seipsis sine indigen
tia alicui⁹ intrinseci in principio mot⁹. ¶ Ad quartũ
Ad quartũ neget cõsequẽtia. Et ad probationẽ dico ꝙ lʒ aial mo
ueat ab appetibili: nõ tñ illud appetibile semper est ex
trinsecũ: sʒ põt esse intrinsecũ: vt ptʒ de sanitate mo
uente appetituʒ ad motum deambulationis que est
intrinseca ⁊ non extrinseca: in motu autem grauium
⁊ leuium inanimatorum semper exigitur i principio
motus motor extrinsecus deinde motus appetibilis
non est motus proprie: sed quedam mutatio seu incli
natio: modo in proposito fit mentio de motu proprie
sumpto facto ab extrinseco: vnde non potest tolli gra
uitas vel leuitas: nec induci sine motu proprie dicto
nec potest a moueri obstaculum suppositũ graui: nec
ipsum graue pellere aut attrahere sine motu proprie
dicto: quare ⁊c.

¶ Aristotelis de celo Liber quartus Jo. Ar
gyropilo interprete.

¶ Caput primum.

ne ente corruptione alterius ⁊ omni cor
ruptione ente generatione alterius nō
simpliciter attribuimus generari ⁊ cor
rumpi adinuicem transmutabilib⁹ qđ
autem postea dicetur: non hoc queret
sed quia discens: quidem non dicitur
simpliciter generari: sed quid generari
sciens et disciplinatum: planta au⸗
tem generari. ¶ Hec autem determi⸗
nata sunt in predicamentis sed hoc qui
dem hoc aliquid significat: hoc autem
quale: hoc autem quantum quecunqȝ
igitur non substantiā significat non di
cuntur simpliciter generari: sed secun⸗
dum quid fieri. Sed tamen in omni⸗
bus simplex generatio quidem secun⸗
dum quod in aliquo ordine dicitur: pu⸗
ta in substantia quidem si ignis sed nō
si terra in qualitate autem sicut sciens
⁊ disciplinatum sed non quādo nesciēs
⁊ indisciplinatum: de generari q̄dē hoc
simpliciter hoc autem secundum quid
et vniuersaliter dictum est in substātijs
ipsis ⁊ quoniam generationis esse con⸗
tinue causa: vt materia subiectum quo⸗
niā trāsmutatur in ꝯ̄ria: ⁊ ē alteri⁹ semp
gn̄atio ī substātijs alteri⁹ corruptio ⁊ al
teri⁹ corruptio alteri⁹ gn̄atio. ¶ Sed
nūc q̄rere opȝ q̄re gn̄atur aliq̄d semp ex
corruptis alijs. Quēadmodū eñi ⁊ cor
rūpi hoc simpl̄r inq̄ūt qn̄ ad insensibile

venit ⁊ non ens similiter ⁊ generari ex non ente inquiũt quãdo ex insensibili. Siue igitur aliquo ente subiecto siue nõ generatur ex nõ ente: quare ⁊ similiter generatur: ⁊ corrumpit̃ in non ens. Merito igit̃ nõ deficit generatio: generatio em̃ entis corruptio est nõ entis corruptio aũt entis gñatio non entis. ¶ Sed hoc non ens simpliciter quereret aliquis vtrũ aliquod cõtrariorũ est: puta terra ⁊ graue nõ ens ignis aũt ⁊ leue ens. ¶ Aut nõ sed est ⁊ terra nõ ens autem materie terra ⁊ ignis similiter. Et an alia vtriusq̃ materia aut nõ generãtur ex inuicẽ neq̃ ex cõtrarijs. His em̃ existunt contraria igni. Igitur ⁊ terre aque ⁊ aeri: aut est q̇dem qualiter eadẽ est autem qualiter alia quod q̇dem em̃ quoniã ens subijcitur: id idem esse aut non idem de his quidem igitur in tantum dictum est.

¶ Tractatus secund⁹.

¶ Caput primum.

De generatione autem ⁊ alteratione dicam⁹ quid differunt: de cuius enim alteras esse trãsmutatiões adinuicem. Quoniã igit̃ est aliud subiectum ⁊ aliud passio que de subiecto materiata est dici: ⁊ est trãsmutatio vtriusq̃ horũ alteratio quidẽ est quãdo manente subiecto sensibili ente trãsmutatur in eius passionib⁹: aut contrarijs aut medijs: puta corpus sanum est ⁊ rursus laborat manus: idem ⁊ metallum quãdoq̃ rotundũ: qñq̃ angulare idem ens. Quãdo aũt totũ trãsmutatur si manẽte aliquo sensibili: vt subiecto eodẽ sed quasi ex se inuicem toto sanguis aut ex aqua aer: aut ex aere oĩ aqua generatio: iam hoc tale huius autem corruptio. Maxime aũt generabit̃ ⁊ trãsmutabit̃ ex insensibili insensibile aut tactu aut oĩbus sensibilibus: puta quãdo aqua generatur aut corrumpit̃ in aerẽ: aer enim valde insensibile. In his autem si aliqua passio manet eadẽ cõtrarietatis in generato ⁊ corrupto: puta quãdo ex aere aqua si ambo dyaphana aut humida nõ oportet hm̃oĩ alteram passionẽ esse quod trãsmutatur. Si aũt nõ erit altero. v.g. musicus homo corruptus est: homo aũt immusicus generatus est: homo aũt manet id idem s̃ q̇dem igitur huius nõ passio esset ꝑm se musica ⁊ immusica: huius q̇dem generatio esset huius aũt corruptio: ideo hominis q̇dem hec est passio hominis autem musici ⁊ hoĩs immusici generatio quedã ⁊ corruptio: nunc autem hec passio manente: ideoq̃ alteratio scd̃m talia: quãdo q̇dem igitur scd̃m quantũ est trãsmutatio cõtrarietatis augmẽtũ ⁊ diminutio: quãdo autem scd̃m locum ratio quando autem scd̃m passiones et quale alteratio est quãdo autem nihil manet cuius alterum passio ⁊ accidẽs vniuersaliter ⁊ generatio est huius aũt corruptio est autem ille subiectũ maxime quidem propriũ generationis ⁊ corruptionis susceptibile: modo autẽ aliquo alijs trãsmutationibus quoniam omnia susceptibilia substãtia cõtrarietatem aliquorũ: de generatione quidez igitur est: siue non est: et quo modo est: ⁊ de alteratione determinatum sit hoc modo.

¶ Caput. xiij.

Ex predictis sequitur ꝙ trãsmutatio elementotum inuicem vel in mixtũ non est solũ per alterationẽ vt putauerunt antiqui: sed per veram generationem vel corruptionem formarũ substantialiũ. ¶ Ad quod ostendendum notandũ primo ꝙ dupliciter sumitur generatio: scꝫ simpliciter dicta et ꝑm quid. Generatio simpliciter dicta est mutatio immediate inductiua substantie vt mutatio qua immediate inducitur homo vel equus. Et notanter dixi immediate: quia per alterationẽ ꝓducit̃ substãtia nõ tamen alteratio est generatio simpl'r dicta: quia per alterationẽ nõ immediate inducit̃ substãtia: sed forma accidẽtalis. Generatio autẽ ꝑm quid est mutatio immediate inductiua accidentis: vel mutatio qua imediate producit̃ caliditas vel albedo aut quãtitas. Et isto modo cõcedatur alterationẽ ⁊ augmentationẽ esse generationẽ: non q̇dem simpl'r sed ꝑm quid. Cõformiter dicatur de corruptione simpliciter ⁊ ꝑm quid: ꝙ corruptio simpliciter dicta est mutatio immediate remotiua substãtie vt mutatio qua immediate corrũpitur homo vel equ⁹. Sed corruptio ꝑm quid est mutatio imediate remotiua accidẽtis vt mutatio qua deperditur quantitas vel qualitas. ¶ Secũdo notãdum ꝙ alteratio tripliciter sumitur: scꝫ large stricte ⁊ strictissime. Alteratio large sumpta est mutatio immediate inductiua noue denominationis predicamẽti qualitatis: ⁊ sic illuminatio medij dicit̃ alteratio. Sed alteratio stricte sumpta est mutatio inter qualitates contrarias aut medias: vt albefactio: de qua loquitur Phs. j. de gene. Alteratio ṽo strictissime sumpta est mutatio inter qualitates contrarias actiuas ⁊ passiuas inuicem vt calefactio. Primũ.

Secũdũ.

His visis sit hec prima conclusio. Possibile est aliq̇d generari ⁊ aliquid corrumpi tam simpliciter q̃ ꝑm quid. patet: quia possi-

bile est ꝙ aliquid incipiat esse homo ⁊ aliquid desinat esse equus: etiā possibile est ꝙ aliqd incipiat esse albuz ⁊ aliquid desinat esse nigrū. Sed forte diceret ꝙ inceptio hominis vel ignis aut aque non est per nouam inductionē forme substātialis sed per solam alterationē ponēdo omnes substāẽlas esse eiusdē speciei specialissime: vt ponebāt antiqui. Contra aqua calefacta corrumpit caliditatē ⁊ se reducit ad frigiditatem: ignis autem corrumpit frigiditatē ⁊ se reducit ad caliditatē: igitur in aqua ⁊ in igne videtur esse diuersitas specifica. patet cōsequētia: quia diuersitas specifica effectuū ducit in notitiā diuersitatis specifice causarum. ix. Meta.
Secūda conclusio. ¶ Secūda cōclusio. Si generatio simpliciter dicta est impossibilis: alteratio ꝓprijssime sumpta est impossibilis ⁊ ecōuerso. probatur alteratio naturaliter ordinatur ad generationē simpliciter dictam: igitur antecedēs ꝓbatur: ignis alterās alterat ꝑ ḡnationē ignis: ⁊ sic de alijs. igitur ⁊c. añs ꝓbatur nā ignis agit vt assimilet sibi passuz. j. de generatione. sed passum nō perfecte sibi assimilatur nisi sit actu ignis: ergo. Item videmus alterationē semper precedere generationē simpliciter in materia ⁊ non in actu: quia fit semper vel frequēter: igitur ex intēsione nature: ⁊ per ꝯñs ordinatur a natura in generationē simpliciter dictā tanq̄ in finē: modo si finis est impossibilis ⁊ ea que sunt ad finē sunt impossibilia: ⁊ econtra.
Tertia cōclusio. T. c. 17. ¶ Tertia cōclusio. Omnis generatio alicuius substantie est corruptio alterius ⁊ ecōuerso. Ista cōclusio est Phi. j. de generatio. di. ꝙ generatio vnius est corruptio alterius. ⁊ potest patere inductiue: nam quando generatur vnum elementū alterum corrumpitur vel mixtū ⁊ ecōuerso: quādo homo generatur sperma corrumpitur vel sanguis menstruosus: ⁊ quādo homo corrumpitur generatur cadauer: ⁊ sic de alijs suo modo: nec opponuntur generatio ⁊ corruptio nisi respectu eiusdē ⁊ ſm idem. vnde cōmuniter cōceditur motum simul ⁊ semel generari ⁊ corrumpi: sed hoc est ſm diuersas partes. nam ſm partem preteritā dicitur corrumpi ⁊ ſm futurā generari.
Quarta cōclusio. ¶ Quarta cōclusio. Oīs generatio qualitatis necessario producibilis successiue est corruptio alterius: ⁊ econtra. patet inductiue: quoniā nunq̄ corrumpitur aliqua qualitas prima vel secūda quin aliqua prima vel secūda generetur: ⁊ econuerso. Et notanter dixi primo qualitatis: quia ad generationē quātitatis nō sequitur corruptio alterius quātitatis nec ecōuerso: vt cōmuniter dicitur. Secūdo necessario dicitur producibilis successiue: quia ad generationē luminis vel speciei sensibilis aut intelligibilis nō sequitur corruptio alicuius alterius qualitatis nec econtra: tenebra enim nō est qualitas sed priuatio qualitatis. ⁊ hoc ideo quia lumen ⁊ species intelligibilis seu sensibilis nō producitur necessario successiue sed subito: vt habetur. iij. de anima. ꝙ autē illa ꝓducantur successiue hoc est per accidēs ratione producētis successiue moti vel ratione alicuius impedimenti existentis in medio.

Primū. **Contra** predicta arguitur: ⁊ primo ꝙ nulla est generatio simpliciter dicta: quia sicut se habet generatio ſm quid dicta ad nō ens ſm quid: ita generatio simpliciter dicta ad non ens simpliciter: sed generatio ſm quid fit ex non ente ſm quid: vt generatio albi fit ex nō ente albo: igitur generatio simpliciter fit ex non ente simpliciter. ꝯñs est contra
Secundū Phm. j. Physi. ¶ Secūdo arguitur ꝙ nulla substantia generatur: quia si sic maxime videtur forma substantialis: sed hoc nō. quod ꝓbatur: omne quod generatur in materia est accidens: sed nulla forma substātialis est accidens: igitur ⁊c. maior ꝓbatur. omne qđ generatur in materia adest ⁊ abest preter subiecti corruptionem: sed omne quod adest ⁊ abest preter subiecti corruptionē est accidens: ergo omne quod generatur in materia est accidēs: maior est Phi. j. Physi. di. materiam esse corruptibilē. minor vero est Porphyrij in predicabilibus: capitulo de accidente. Item videtur fuisse de intētione Phi. vij. Meta. di. formam nō fieri neq̄ materiā.
Tertiū. ¶ Tertio arguitur ꝙ si generatio simpliciter est impossibilis alteratio est impossibilis: quia sicut se habet alteratio huius ad generationē huius ita alteratio in cōmuni ad generationē in cōmuni ⁊ ecōuerso: sed nō si generatio huius est impossibilis: alteratio eiusdē est impossibilis: igitur ⁊c. tenet consequētia cum maiori a sufficienti similitudine: et minor est de se nota. Et cōfirmatur ex hoc: quia alteratio non ordinatur in generationē simpliciter cum in celo fit alteratio ⁊ nunq̄ generatio simpliciter ⁊ albefactio ⁊ nigrefactio sunt alterationes: ⁊ tamen nō videntur ordinari in formā substantialē.
Quartū. ¶ Quarto arguitur ꝙ generatio vnius substātie nō est corruptio alterius nec ecōtra: nam in generatione cadaueris nihil corrumpitur cuz nō corrumpatur materia hominis nec anima intellectiua: similiter in augmētatiōe corrumpitur alimentū: ⁊ tamen nihil generatur: quia nec materia nec anima intellectiua vel pars eius cum sit indiuisibilis.

Ad primum dicitur ꝙ illa similitudo nō est vniuersalis: quia generatio ſm quid est in ente in actu: sed generatio simpliciter est in ente in pura potentia. ¶ Ad secūdū nego ꝙ omne quod generatur in materia est accidens. Et ad probationē Respōdetur distinguēdo de subiecto scz ꝙ duplex est subiectū: scz inhesionis ⁊ denominationis: quod dicitur compositū naturale. Porphy. nō loquitur de subiecto inhesionis sed denominatiōis: ideo in argumēto est equiuocatio: quia in prima sumitur subiectum pro subiecto inhesionis ⁊ in secūda pro subiecto denoīationis: modo bene patet ꝙ omne qđ adest vel abest subiecto denominationis preter corruptionē eius est accidens: sed forma substātialis nō abest preter corruptionē illius subiecti: lz bene preter corruptionē materie. Et ad Phm dicitur ꝙ ipse loquitur de fieri complete qualiter non fit forma sed compositum: forma enim solum fit terminatiue ⁊ materia subiectiue.
Ad primū. Ad scōm. Ad tertiū. ¶ Ad tertium negetur antecedens pro prima parte: quia alteratio istius nō ordinatur in generationē istius sed alterius: alteratio aūt in cōmuni ordinatur in generationē in cōmuni. Et ad confirmationē dicitur ꝙ licz alteratio cōmuniter dicta vel proprie sumpta non ordinetur in generationem simpliciter dictam: tamen alteratio ꝓprijssime ⁊ strictissime sumpta ordinatur in generationem simpliciter dictam: de qua solum fecit mentionē secunda cōclusio.
Ad quartū. ¶ Ad quartū dicitur ꝙ in generatione cadaueris ex homine corrumpitur homo: ⁊ cum dicitur ꝙ non corrumpitur materia nec forma: negetur: immo corrumpitur forma: non quidem anima intellectiua: quia illa est perpetua: sed forma sensitiua a qua denominatur animal: et ſm quam fecit operationes sensitiuas. Et similiter dico in corruptione alimenti ꝙ generatur membrū, vel aliqua pars membri. Et si non generatur anima intellectiua vel pars eius tamen generatur aīa sensitiua: vel pars forme mēbri.

¶ Caput. xiiij.

Magna difficultas solet disputari vtrū in trāsmutatione elementorū inuicem vel mixtorum forma substantialis vel accidētalis ſm se vel aliquid sui maneat in genito que prius erat in corrupto.
Primū. Cōmē. ¶ Et ideo est primo notandum ſm Cōmentatorē circa finē primi Physi. ꝙ omne ens appetit se permanere: ita ꝙ nihil agit ad corruptionē suipsius: immo resistit corrumpēti: si ex alteratione ipsa corrumpitur ⁊ generatur mixtum: hoc est illis a casu vel preter intentionē: quia non intendunt se corrumpere sed alia sibi assimilare. Ex isto sequitur ꝙ effectus non per se cōtrarietur cause sine qua esse nō potest: quia si per se contrarietur illi per se ageret ad corruptionē illius: ⁊ ꝯsequēter per se ageret ad corruptionē sui.
Secūdū. ¶ Secūdo notandū iuxta doctrinā Phi viij. physi. ꝙ nulla operatio nec aliqua denominatio potest competere duobus eque primo: ita ꝙ si moue-
re primo

de prima forme cõpetit ⁊ moueri primo materie: nullum illorum pmo cõpetit cõposito: licet sibi per se cõpetat: quia per se competit parti: econtra currere vel nutrire primo cõpetit toti parti: autẽ non posset competere nisi forte ex consequenti.

Prima. cõclusio. **His visis** sit hec pria ꝯclusio. Qualitates pme ⁊ alie secunde cõsequẽtes ad illas sunt inhesiue primo ⁊ per se in materia prima: probatur: caliditas introducta in aqua solũ materie aque inheret primo: ergo pari ratione ⁊ quelibet alia nominata qualitas primo inheret materie: antecedens pbatur: nã si caliditas illa inheret ipsi aque ergo aqua est subiectum illius: ⁊ causa eiusdẽ sine qua non potest esse: quia accidens non potest migrare de suo subiecto primo ad aliud subiectum: sed illa caliditas per se agit ad corruptionẽ aque: ergo aliquid agit per se ad corruptionẽ sue cause sine qua non potest esse quod ẽ ꝯtra primũ notabile: ⁊ cum agens per se ad corruptionẽ sue cause agat ad corruptionẽ suiipsius: sequit ꝙ aliquid agit ad corruptionẽ suiipsius quod est falsum ⁊ contra idem notabile. ¶ Secunda Secũda cõclusio. T.c.64. cõclusio Qualitates prime ⁊ alie sequentes ad illas sunt primo ⁊ per se denominatiue in composito: quia cõpositum ppue ⁊ pnripaliter dicitur calidũ vel frigidum: albũ vel nigrum: ⁊ non materia: ⁊ hoc videt esse de intentiõe philosophi primo de anima di. ꝙ anima non pprie texit vel edificat: nec pricipaliter intelligit aiavel sapit: sed homo per animã: dicatur ergo ꝙ qualitates prime ⁊ secũde sunt inhesiue tam in cõposito ꝙ̃ in materia: sed non eodem modo: quia sunt per se ⁊ primo inhesiue in materia: ⁊ per se nõ primo ĩhesiue in cõposito: quia qualitas existens in hac materia non potest esse sine illa sed bene sine illo cõposito similiter hmõi qualitates sunt denominatiue tam in materia ꝙ̃ in composito quia materia etiã dicitur alba vel nigra calida vel frigida sicut cõpositũ: sed non eodem modo: quia cõpositum est calidum vel frigidum pncipaliter primo per se: materia vero per se est huiusmodi sed non principaliter nec primo. ¶ Tertia con Tertia cõclusio. clusio eadem qualitas vel quãtitas numero que fuit in corrupto manet in generato: ista conclusio est philosophi secundo de generatione di. ꝙ in habentibus simbolum est facilior transitus: quia solum vnum corrumpitur: vnde non apparet quomodo subito possit generari tanta caliditas quanta est in aere genito ex igne nec tanta albedo quãta est in cadauere cũ generetur necessario primus gradus remissus ꝙ̃ intẽsus ex quo medium est illud in quod agens prius deuenit ꝙ̃ in extremum v. phy. nec videtur a quo subito generaretur vel corrumpatur talis qualitas: si eadẽ qualitas numero nõ maneret i genito que prefuit in corrupto Idem potest argui de quãtitate ꝙ tanta quantitas quanta fuit in corrupto nõ potuit subito corrũpi: nec tãta quãta est in genito potuit subito generari: cum necessario prius pducatur pedale ꝙ̃ bipedale ⁊ prius corrũpatur bipedale ꝙ̃ pedale: ⁊ hec fuit intẽtio Cõmetatoris in de substãtia orbis di. ꝙ quãtitas ẽ coeterna materie. Si ergo subiectũ immediatũ ⁊ primũ inhesionis q̃litatis ⁊ quãtitatis est prima materia ⁊ ipsa manet sub vtroq₃ termino trãsmutatiõis: igit pariformiter q̃litas vel quãtitas. ¶ Quarta ꝯclusio. Impossibile est eandẽ formã substãtialem Quarta cõclusio. vel aliquid eius manere in genito q̃ prefuit in corrupto: patet per Aristote. pmo de gene. di. ꝙ generatio est trãsmutatio totius in totũ nullo sensibili remanẽte scilicet cõposito ex materia ⁊ forma: modo si maneret aliqua forma substãtialis: cũ etiã maneat materia illius: sequitur ꝙ aliqđ sensibile compositũ speciale maneret: quod est falsum. Et si dicatur ꝙ eadem autoritate improbat tertia cõclusio. Respondetur ꝙ ibi sumitur sensibile pro composito ex materia ⁊ forma substãtiali affecta accidẽtibus sensibilibus. ¶ Ex ista ꝯclusiõe sequitur primo ꝙ forma genita vel generãda ani eius generationẽ nullo mõ substãtialr prefuit in materia patet: quia cũ in corruptione cõpositi corrũpat forma illa sequit ꝙ aliqua forma substãtialis ẽ eterna a parte ãte que nõ ẽ eterna a pte post: quod est cõtra philosophum primo celi. ¶ Secũdo sequit ꝙ in gñatione simpliciter dicta quantũ est formarũ substãtialiũ resolutio vsq₃ ad materiã primã patet: ex quo nulla q̃ gñatur prefuit nec aliqua que prefuit remanet.

Contra predicta arguitur: ⁊ primo ꝙ qualitates prime aut secũde nõ sunt inhesiue primo modo in materia: quia dato opposito sequitur ꝙ subiectũ generationis simpliciter dicte est ens in actu: quod est cõtra Cõmẽtatorẽ. ij. de anima. et quod accidens est prius substãtia quod est ꝯ Phm vij. Meta. patet cõsequentia: quia si qualitas prima vel secũda est inhesiue primo in materia: ergo forma substantialis presupponit illam qualitatẽ ⁊ aduenit composito ex materia ⁊ tali qualitate. ¶ Secũdo arguitur ꝙ nulla qualitas manet in generato que fuit in corrupto: quia aliter accidẽs migraret de subiecto in subiectũ: quod est contra Phm. vij. Meta. di. accidentis esse est inesse: immo sequitur ꝙ aliquod accidens istorũ inferiorũ posset perpetuari: quia ex igne generatur aer ⁊ manet eadẽ qualitas: ergo iterum si ex illo aere generabit ignis manebit eadẽ caliditas: ⁊ per cõsequẽs eternaliter perpetuabitur illa caliditas. ¶ Tertio arguitur ꝙ aliqua forma substãtialis corrupti manet in generato: qr in generatione animalis primo generat forma vegetatiua: ⁊ illa manet cum forma sensitiua postea generãda: igitur ⁊c. antecedens patet pro prima parte in libro de generatione animaliũ vbi dicit Phs ꝙ embrio primo viuit vita plante. secũda vero est nota. ꝙ nõ videtur a quo corrumpat anima vegetatiua cum nõ sibi contrariet anima sensitiua: immo ad illã ordinatur tanq₃ ad finem. Et confirmat ad experientiã: quia videmus in corrupto manere formã corporeitatis formã carnis ⁊ ossis: et hmõi: que oia fuerũt i corrupto. ¶ Quarto arguitur ꝙ forma generãda prefuit in materia ante eius generationem: quia si non: ergo ita bene poterit generari post corruptionem illius sicut ante generationẽ eiusdẽ. cõsequens est contra Phm. ij. de generatione. ⁊ patet ꝯsequẽtia: ex quo nullo modo est in materia ante generationẽ sicut nec post Item hoc videt fuisse de intentione Phi. vij. Metaphy. di. ꝙ non fit materia nec forma sed compositũ: ⁊ Commẽtatoris viij. Meta. di. ꝙ agens nõ largitur multitudinẽ sed perfectionem. et. xij. Meta. generans non facit formã sed extrahit eam de potentia materie. Primũ Secũ Tertiũ Quartũ

Ad primum negetur cõsequẽtia: vnde licet forma substãtialis presupponat accidẽtia in materia: nõ tamen fundatur subiectiue ⁊ inhesiue nisi in materia prima: et licet aliquod accidens sit prius tali forma substantiali: nõ tamen est prius substãtia: quia nõ est prius prima causa nec celo nec intelligentiis. ¶ Ad secundũ dicitur ꝙ non est incõueniens accidens migrare de subiecto denominationis ad subiectũ denoiationis: sed bene esset incõueniens ipsum migrare de subiecto inhesionis ad aliud subiectũ inhesionis. Deinde nego ꝙ illa caliditas possit perpetuari: quia illa materia que est nunc sub forma aeris vel ignis aliquãdo erit sub forma terre vel aque: ideo aliquãdo corrumpet illa caliditas. ¶ Ad tertium dicitur ꝙ eadẽ est forma vegetatiua ⁊ sensitiua: sed verũ est ꝙ eadẽ forma embrionis prius viuit vita plante ꝙ̃ animalis: quia illa forma prius actuat secundũ gradum vegetatiui ꝙ̃ sensitiui. Et ad cõfirmationẽ respõdet ꝙ si per formã corporeitatis intelligitur aliqua forma substãtialis illud negatur: si autem intelligit forma quãtitatis illud cõceditur: quia dictũ est formã accidentalẽ manere in generato ⁊ corrupto. Deinde neget ꝙ in corrupta manet forma carnis vel ossis: imo omnes ille forme corrumpunt simul cum forma animalis: ⁊ ideo inquit Phs. ij. de anima. ꝙ oculus mortuus nõ est oculus nisi equiuoce: recte sicut homo pictus nõ est homo nisi equiuoce: ⁊ ideo cadauer non est caro nec os nisi Ad pmũ. Ad secũd Ad terti

quartū modo equiuoco: quare ꝛc. ¶ Ad quartū negetur consequentia: quia ante generationem forma est aliquo modo in materia: scȝ potentialiter: quo modo nō est post corruptionē vnde ante generationē eius est potentia respectiua ad illam formā que potētia statim corrumpitur adueniēte forma: modo potentia respectiua corrupta nunꝙ amplius potest generari illa forma: quia illa potētia nunꝙ potest amplius generari. Et ad Philosophū dico ꝙ ipse vult dicere formā non fieri principaliter ꝛ completiue: sed solum compositum. Cōmentator non dicit veritatem: quia in generatione forme generans nō largitur multitudinē: quia sicut forma generatur: ita potentia respectiua corrumpitur sed largitur perfectionē: quia forma producta perfectior est ꝙ sua potentia respectiua. Iterū generans non facit formam per creationem producendo ipsam de nihilo nullo subiecto presupposito: quia hoc est impossibile naturaliter: sed extrahit ipsam de potentia materie hoc est facit formam esse in actu que prius erat in potētia solum vnde concedo ꝙ forma genita aliquo modo prefuit in materia: scilicet potentialiter: tamen non prefuit in materia substantialiter secundū se vel secundū aliquam partem eius sed subito incipit esse secundum se et quodlibet sui: quare ꝛc.

¶ Caput. xv.

Atione idemptitatis naturalis accidentium manentiū sub vtroꝗ termino trāsmutationis substantialis vulgariter genitū dicit idē cū corrupto. ¶ Ubi primo notanduȝ ꝙ aliquid esse idē quod prius fuit: intelligit triplicitet. Primo ꝓpriissime: qꝛ nec in toto nec in parte est substātialiter variatū: ꝛ sic deus ꝛ intelligētie sunt eadem numero que prius fuerunt: secundo ꝓprie: qꝛ pars principalior eius nec in toto nec in parte est substātialiter variata: ꝛ sic homo est illud qđ prius fuit tertio modo large vel cōmuniter: quia dispositiones accidētales nō sunt notabiliter ꝛ sensibiliter ꝛ variate ꝛ sic vulgus dicit defunctum esse idem quod prius erat. Consimiliter dicatur aliquid esse aliud ꝙ primo erat triplicitet. Primo propriissime: quia est substantialiter totaliter variatum: ꝛ sic sortes est aliud a platone ꝙ primo erat: secūdo ꝓprie quia pars principalior est totaliter substātialiter variata ꝛ sic cadauer est aliud ab illo qđ prius fuit: tertio large vel cōiter: qđ solū dispōne vel accidētaliter ē variatū ꝛ sic hoiez existentē nunc albū postea nigrū dicim᷒ esse aliud ab eo qđ prio erat ꝛ sic loquit Porphyrius i p̄dicabilib᷒ d. ꝙ sor. senex differt a seipso puero plato stās. a seipso sedēte.

Secundū. ¶ Secundo notandū ꝙ formarum substantialium. Quedā dicit indiuisibilis ꝛ multiplicabilia vt aīa intellectiua. Quedam diuisibilis ꝛ multiplicabilis: vt anima equi vel alteri᷒ bruti perfecti. Quedā diuisibilis ꝛ extensa licet augmētabilis ad augmentationē corporis ꝛ diminuibilis ad diminutionē eiusdeȝ sine additiōe ꝛ deperditiōe alicui᷒: vt forma anguille vel alterius animalis annulosi imperfecti ac etiā forma plante. Et quedam est diuisibilis ꝛ extēsa maiorabilis ꝑ aduētū noue forme ꝛ diminuibilis ꝑ deꝑditionē partis forme: vt forma ignis vel lapidis aut alterius corporis nō viuentis.

prima conclusio. His visis sit hec prima conclusio. Licȝ omnia entia naturalia infra spherā actiuoꝝ ꝛ passiuoꝝ ꝯtenta per aliquod tēpus sue durationis maneant eadem numero primo mō non tamen per totā periodum sue durationis. Prima pars patet ꝙ non est aliqđ ens naturale quin illud per tēpus maneat sine variatione substātiali alicuius partis: secunda pars est euidēs: quia oīa ētia naturalia nominata in aliqua parte sui periodi substātialiter variatur vt inductiue ptȝ.

Secūda cōclusio. ¶ Scđa cōclusio. Licȝ quibet forma substātialis viuens per totā suā periodū maneat eadē numero primo mō nō tū quodlibet corp᷒ viuēs sed solū secūdo mō. Prima pars pȝ ꝙ nulli tali aliquid additur nec aliquid ab illa remouetur: secūda pars est nota eo ꝙ non est aliquod corpus viuens quin id aliquādo substantialiter varietur in aliqua sui parte licet nō in parte principaliori: ideo tale manet idem secundo modo ꝛ non primo modo.

Tertia conclusio. ¶ Tertia ꝯclusio. Nulla entia inanimata ꝑ totā suā periodum manent eadem numero secundo modo: sed bene tertio modo. Prima pars patet eo ꝙ cuiuslibet talia noua partialis forma ꝛ noua partialis materia acquiritur ꝛ similiter deperditur: secūda pa est nota: eo ꝙ aliqua sunt talia corpora quorum cōtinue est consimilis multitudo dispositionuȝ accidentalium. vnde horum elementorum licet nullum pedale existens ante millesimum annum fuerit tamen hec elemēta dicunt continue fuisse: qꝛ continue apparuit ꝯsimilis dispositio accidentalium dispositionuȝ in eis.

Quarta cōclusio. ¶ Quarta ꝯclusio. Quelibet additio partis ad totum: ꝛ quelibet remotio partis a toto facit aliud totum alteritate opposita idemptitati primo mō sumpte: sed non secundo vel tertio mō. Prima pars pȝ quia idemptitas primo mō sumpta requirit omnimodam stabilitatem tā ex parte partium ꝙ ex parte totius: secunda pars sequitur etiam ex predictis: nam cum tali additione vel deperditiōe stat idemptitas secūdo vel tertio modo sumpta. ¶ Ex predictis sequitur primo ꝙ in augmentatiōe vel diminutione viuētis non manet idem primo modo per totuȝ temp᷒ augmētatiōis vel diminutionis: sed bene secundo mō: pȝ quia aliqua pars s. aīa manet non substantialiter variata: alia vero pars scilicet materia substantialiter variat. ¶ Secūdo sequitur ꝙ in augmentatione et diminutione mēbrorum currit triplex idemptitas numeralis in toto motu augmentationis vel diminutionis: patet quia forma sensitiua toti᷒ manet eadem primo modo ꝛ ipsum membrum manet secundo modo idem ratione illius forme: sed forma substantialis membri que nō est viuens nisi per participationem manet eadem solum tertio modo.

Primum. Contra predicta arguitur: et primo contra tertiam conclusionem. Nam si eadē sphera aeris nunc est que fuit ante mille annos sequitur aliquod corruptibile posse perpetuari. consequēs est ꝯtra philosophū primo celi ꝛ probatur cōsequētia nam sphera aeris perpetuabitur per generationem: et tamen est corruptibilis: quia vnum pedale aeris est corruptibile modo. corruptibile et incorruptibile differunt plus ꝙ genere. x. methaphisice.

T. c. 26. Secundū. ¶ Secundo sequitur ꝙ est idem fluuius qui fuit ante centum annos ex quo eius dispositiones non sunt variate notabiliter: sed consequens est falsum quia omnes partes istius fluuij que fuerunt ante centum annos sunt corrupte aut saltem intrauerunt mare: immo sequitur ꝙ idem bis fuisset genitum: scilicet fluuius qui fuit ante centum annos: ꝛ ille qui nunc est genitus post decem annos: quia quodlibet pedale fluuij qui nunc est genitum est post decem annos: igitur et totus fluuius: cum ergo idem sit fluuius qui nunc est et qui fuit ante centum annos sequitur intentum.

Tertium. ¶ Tertio si propter remotionem partis a toto non resultat aliud totum, videtur hoc esse: quia maior pars manet eadem: sed consequens est falsum: quia dato opposito sequitur ꝙ aliquid est idem numero cum alio cum quo in nulla parte conuenit. probatur: nam sit a/colūna tripedalis ꝛ amoueatur sibi vnum pedale loco cuius ponatur nouum: et ista vocetur b/ tunc b/est idem cum a: quia a/maior pars est eadeȝ. Deinde amoueatur secundum pedale ab a/loco cuius ponatur aliud et vocetur totum compositum c/ tunc c/est idem cum b: quia tres tertie sunt eedem: et b/cum a: vt prius. igitur et c/est idem cum a. Iterum ab ipso c/amoueatur tertium pedale vt prius: et vocetur totum d/ tunc d/est idem cum c/et c/cum a: vt probatum est: ergo a/et d/sunt eadem inter se: tenet consequentia: quia quecunꝗ sunt eadem vni.

tertio sunt eadem inter se: sed ꝙ in nullo conueniant patet: qꝛ nullum pedale. a. est pars. b. nec econtra igitur ⁊c. ¶ Quarto sic vocent partes que sunt ante augmentationem forma. a. ⁊ post augmentationē supadditevocēt. b. tūc sic: hic augedū añ augmētationē ē a. ⁊ post augmētationē nō est. a. sed. a. ⁊ b. igitur ⁊c. antecedens patet supposito ꝙ totum sit sue partes: vnde potest argui deducendo ad impossibile hoc post augmentationem est idem ꝙ ante. sed ante est a. igitur post augmentationem est. a. sed post augmentationē est a. ⁊ b. igitur a. est. a. ⁊. b. ⁊ per consequens pars est suum totum quod est impossibile.

Ad primum cōcedo ꝙ aliquad corruptibile pōt perpetuari imo perpetuabitur. Et ad p̄hm respondet ꝙ ipse loquebat̄ ð ea qð pōt corrūpi scðm se totū: ꝙ tale nā perpetuabitur. ⁊ hoc est verum. ¶ Ad secundū concedo ꝙ idē est fluuius modo qui fuit ante centum annos. Et ad improbationē nego antecedens: vnde huius fluuij infinite partes fuerunt corrupte: ⁊ infinite partes non fuerunt corrupte ille. s. quas totum per modestā q̄titatem excedit: deinde nego ꝙ iste fluuius sit genitus post decē annos: ⁊ cū dicitur quodlibet pemꝰ pedale illius est genitꝰ post decem annos hoc negetur: qꝛ infinita fuerunt pedalia illius ante centum annos quorum nullum est genitum post decem ānos. ¶ Ad tertium dicit̄ negando ꝙ. a. est idem. b. Et ad probationem quecunq̄ sunt eadem vni tertio sunt eadē inter se. verum est loquendo de idemptitate primo vel scðo modo dicta: sed nō tertio modo. Pōt tñ dici ꝙ a. est idē b. ⁊ ꝙ quodlibet pedale. b. est pedale a. lꝫ non omne qð fuit pedale a. sit pedale b. ¶ Ad quartū nego illā ꝯñam hoc ante augmentationem est a. ⁊ post augmentationē est a. ⁊. b. igit̄ nō idē est ante et post: qꝛ adhuc est idē scðo vel tertio modo. Et tūc ad argumentū hoc est idē ante ⁊ post: sed ante est a. igit̄ post augmentationē est a. negetur consequentia: qꝛ ante augmentationē est a. non est pars alicuius sed per se existens: post vero augmentationem est pars alteriꝰ sed ex illo antecedente bene sequitur ꝙ post augmentationem illud est aliquid, qð est: vel fuit a. ⁊c.

¶ Caput secundum.

De augmentatione reliquū est dicere quomodo differt a generatione ⁊ alteratiōe ⁊ quomodo augmentatur vnūquodq̄ quod augmentatur ⁊ diminuitur quodcūq̄ diminuitur scrutandum vtiq̄ primum vtrū solum in circa quid eorum differentia ad īuicem. verbi gratia quoniam hoc quidem ex hoc in hoc transmutatio: vt ex potentia substantia in actu substantiā generatio est: que autem circa magnitudinem augmētatio ⁊ diminutio que autem circa passionem alteratio: vtrorūq̄ autem ex potentia entium in actū transmutatio dictorum est. Aut etiam modus differt transmutatiōis videtur autem ꝙ alterat̄ non ex necessitate trāsmutans secūdum locum neq̄ quod generatur. Quod autem augmentat̄ aut diminuitur: alio autem modo ab eo qð fert̄: qð fert̄ quidē enim vniuersum alterat locum. Quod augmentatur quidem quemadmodum quod deducitur: hoc enim manente particule trāsmutarentur s̄m locum. Quemadmodum nō que spere. he enim in simili loco transmutantur manente toto que autem eiꝰ quod augetur semper in ampliorem locum: in minorem autem que eius quod diminuitur. ¶ Quoniam autem trāsmutatio differt non solum in circa que sed sic eius quod generatur ⁊ alteratur ⁊ augmentatur manifestum est.

¶ Caput tertium.

Circa quid autem est transmutatio augmentationis ⁊ diminutionis: circa magnitudinem autem videtur esse augeri ⁊ diminui: ⁊ qualiter suscipiendum. ¶ Utrum ex potētia quidē magnitudine ⁊ corpore: actu vero incorporeo ⁊ sine magnitudine generari corpus et magnitudo ⁊ hoc dupliciter contingit dici: qualiter augmētatio sit: vtrum ex separata ipsa secundum esse materia aut existente in alio corpore aut impossibile vtrunq̄ separata enim ens aut nullū possidebit locum vt punctus aliquis aut vacuū erit aut corpus non sensatum. Horum autem hoc quidem tunc contingit: hoc autem necesse in aliquo esse. Semper eñ alicubi erit qð generatur ex eo. Quapropter ⁊ illud aut secundum se aut secundum accidens. ¶ Sed si in aliquo existit siquidem separatum ita vt nullius secundum se aut secundum accidens aliquid sit contingunt multa ⁊ impossibilia. Dico autem verbi gratia si generabitur aer ex aqua non aqua erit transmutata. Sed propterea quod vt in vase aqua inest materia eius cuius est. Infinitas enim nihil prohibet materias esse. Quapropter et generari actu. Amplius neq̄ si videtur generari aer ex aqua: vt exiens a manente melius ergo omnibus inseparatam facere materiam esse vtentem eandem et vnam numero ratione autem non vnā.

¶ Caput quartum.

Sed neq; puncta ponendũ lineas corporis materiam propter eadem causas illõ aũt cuius hec vltima mate ria est quare neq; vnq; ne q; sine passione possibile est esse neq; si ne forma. Generatur quidem igit sim pliciter alterum ex altero: quemadmo dum in aliis determinatũ est: ⁊ ab alio autem actu ente aut homogeneos aut homideos: verbi gratia ignis ab igne aut homo ab hoie aut ab actu durũ eẽ a nõ duro gñat. Qm̃ aũt est ⁊ substãtie corporee materia corporis talis. corp⁹ enim cõmune nullũ: eadẽ passiõis ⁊ ma gnitudinis est ratiõe quidẽ separata loco aũt nõ separata nisi ⁊ passiones se parabiles. Manifestũ autem est ex q̃stis quoniã nõ est augmẽtatio transmu tatio ex potentia magnitudine actu au tem nullam habente magnitudinẽ. Se paratum enim esse cõmune quidẽ: hoc autem q̃ĩo ĩpossibile dictũ est in aliis prius amplius aũt talis transmutatio non augmentationis propria sed gene rationis augmentatio enim non existe tis magnitudinis additamentũ dimi nutio autem minoramentũ: ideo opor tet habere aliquã magnitudinem q̃ au getur quapropter non est sine magnitu dine materia: oportet autem etiã ⁊ aug mentationem et in actu magnitudinis generatio autem magis corporis non augmentatio.

¶ Caput quintum.

Suscipiendũ vtiq; magis quasi tangentes questiones a prin cipio: qualis alicu⁹ entis aug mentari: ⁊ diminui causas q̃rimus: vi detur vtiq; eius qõ augetur quecunq; pars aucta esse similiter aũt in diminu tione minor esse generata: amplius au tem adueniente aliquo augmentari ⁊ re cedente diminui. Necesse autẽ augmẽ tari aut incorporeo aut corporeo. Siq dem igitur incorporeo est separatũ qd cõmune ĩpossibile aũt materia magni tudine separari vel esse separabile: quẽ admodũ dictum est prius si aũt corpo reo duo in eode loco corpora erunt: et qõ augetur ⁊ qõ auget: est aũt ⁊ hoc im possibile. Sed nec si contingit fieri ac generari dicere augmentationẽ ⁊ dimi nutionem: vt quando ex aqua aer: tunc enim maior tumor generatus est. Non autem augmentatio hec sed generatio quidem eius in qõ transmutat erit cor ruptio autẽ contrarii augmentatio au tem neutrius. Sed aut nulli⁹ aut si a li quod cõmune amborum existit eiusqõ generatur ⁊ eius qõ corrumpi tur: verbi gratia. si corpus a qua aũt nõ aucta est neq; aer hoc q̃dem deperiit: hoc autem gñatum est corpus aũt est: si idẽ auctũ est sʒ ⁊ hoc ĩpossibile: oʒ aũt saluare ra tionem ⁊ existẽtiã eius qõ augeť ⁊ dimi nuitur. Hec aũt tria sunt: quoꝝ vnũ est q̃tunciq; partẽ maiorẽ esse cuꝰ qõ au getur magnitudinis. verbi gratia. si ca ro carnis: ⁊ adueniẽte aliquo ⁊ tertium vt salueťur qõ augeť ⁊ maneat. Cũ ge neratur quidẽ aliqd simpliciter ⁊ corrũ pitur: nõ manet idẽ qõ aũt augeť aut al terať aut minuiť manet idẽ. Sed tamẽ quidẽ passio aut magnitudo nõ manet eadẽ: si itaq; erit predicta augmẽtatio continget nullo adueniẽte neq; augerẽ ⁊ nullo recedente diminui ⁊ nõ mane reqõ augeť sʒ opʒ hoc saluare subiecta eẽ est augmentatio talis. ¶ Queret aũt aliqs ⁊ qd est qõ augeť vtrũ cui ap ponit aliqd aut qõ appõit verbi gr̃a. si eius qõ augetur hoc mai⁹ qõ auget ci bus. Quare igit nõ ambo aucta sunt maius eẽ qõ apponit ⁊ cui quẽadmo dum ⁊ q̃ñ miscens vinũ aqua fiit enim pl⁹ vtrũq; aut q̃ñ q̃dẽ hmõi substãtia mãet hmõi aũt nõ. v. gr̃a: cibi: q̃ñ ⁊ hic dominans dicit in mi xtione vt quoniã vinum facit enim vini opus: sed nõ aq̃ vniuersa mixtura. Similiter ⁊ in altera tione q̃ñ si manet caro ens: ⁊ qõ aliqd est passio aũt aliqua existit coꝛ q̃ ⁊ nũc accidẽtiũ qõ pri⁹ passio nõ existebat alte ratũ est hoc. Quo aũt alteratũ est hoc q̃ñq; q̃dẽ nihil passũ est: neq; alterata est substãtia: q̃ñq; aũt ⁊ illud. Sed alte rãs est principiũ mot⁹ in eo q̃ augmen tatur ⁊ alterat: in his monẽs q̃ñ ⁊ igre diẽs gñat vtiq; magis ⁊ accipiẽs illud corp⁹. v. gra. si igrediẽs fiat vtiq; id spe cie op; corruptũ esse hoc patiens ⁊ mo uens non in hoc.

¶ Caput.xvj.

IUxta materiam nunc vltimo tactam ꝯsiderare ꝯgruit qualiter fiat augmentatio ꝓprie dicta. ¶ Ad cuius notitiam est notandum primo ꝙ augmētatio sumitur multipliciter. Primo pro maioratiōe intensionis: ⁊ sic dicimus caliditatem intendi ⁊ augeri. secūdo pro maioratione quātitatis discrete: ⁊ sic dicimus numerū augeri per appositionē vnitatis. tertio pro maioratione quātitatis cōtinue facta sine alterius quātitatis additione: ⁊ sic rarefactio dicitur augmētatio. quarto pro maioratione quātitatis continue ex additione similis ad simile: ⁊ sic dicimus aquam augeri per appositionē noue aque. quinto pro maioratione viuentis facta per intus sumptionē nutrimenti ⁊ conuersionē eius in naturā aliti: ⁊ sic solum viuentia dicuntur augeri quatuor priorib⁹ magis augmentatio improprie sumitur: ⁊ solum isto quinto modo ꝓprie vocatur ⁊ nominatur: que sic describitur. ¶ Augmētatio proprie dicta est conuersio nutrimēti in naturam aliti per maiores partes q̄ sit deperditum per hanc vltimā partē distinguitur augmentatio a nutritione: quia nutritio dicit solum conuersionem alimenti. Augmentatio vero superaddit illam partem fieri in maiores partes q̄ sit depditū: ⁊ ideo augmētatio ⁊ nutritio non distinguūtur nisi ratione eo modo quo species et genus: quia omnis augmentatio proprie dicta est nutritio ⁊ non econtra. ¶ Secundo notādū ꝙ in corpore viuo sunt quedā partes porose: ⁊ quedam non porose. Partes porose sunt ille que habent paruos poros seu parua foramina plena vaporibus aut fumositatibus: ⁊ ꝙ sint tales patet ad experientiā in sudore: qui cum fieri nō possit per penetrationem corporis: nec per diuisionē carnis: aliter semper veniret cum dolore: oportet ponere hmōi poros: videmus etiam de mane aliquas immūdicias in corpore que sero non fuerant ratione caloris naturalis mittētis superfluitates ad partes exteriores per huiusmodi parua foramina. Partes autem non porose dicuntur esse ille que nō habēt hmōi foramina parua: et ꝙ sint alique partes tales patet: quia omnis pars porosa clauditur in non porosa. cum enim sint alique partes in corpore viuo non porose inter quas non mediat aliquis porus: oportet partem intermediam esse non porosam.

HIs visis sit hec prima ꝯclusio. Nulla pars nō porosa viuentis proprie augetur: sed solū pars porosa. Prima pars ꝓꝫ: qm̄ si pars nō porosa ꝓpe augeret̄: igit̄ int⁹ sumeret alimētū: ꝓꝫ ꝯñā ex dictis: sed ꝯñs est falsum: qꝛ nō ꝑ penetrationē dimensionū: cū illa sit īpossibilis: nec ꝑ diuisionē corporis: qꝛ tūc augmētatio eēt dolorosa: nec ꝑ introitū in poꝝ: cū illa sit ps nō porosa: igit̄. scđa declarat̄ ex eo ꝙ solū pars porosa auget̄ ꝑ int⁹ sumptionē alimēti ⁊ ꝯuersionē eiusdē i naturā aliti. ¶ Scđa ꝯclusio. Quelibet pars aucti sani auget̄ aut ꝑ iuxta positionē: aut per int⁹ sumptionē alimēti. Ista ꝯclusio est Phi. j. de genera. di. ꝙ cuiuslibet qđ auget̄ q̄libet ps auget̄: modo aliq̄ ei⁹ ptes sint nō porose seq̄t̄ ꝙ ille augent̄ solū per iuxta positionē: ⁊ cū aliq̄ sint porose videt̄ ꝙ ille augent̄ solū ꝑ int⁹ sumptionē: ⁊ cū nō sit maior rō de vna parte porosa q̄ de alia: seq̄t̄ ꝙ q̄libet talis pars auget̄ sicut q̄libet talis nutrit̄: cū habeat alimētū sufficiēs ⁊ caliditatē trāsmutātē diffusam ꝑ totū: et ipm auctū sit sanū: qđ suppono in ꝯclusiōe: qꝛ si esset egrū satis bene posset vna ps augeri vel nutriri sine alia. ¶ Tertia ꝯclusio. Partes nō porose nō solū augent̄ ꝑ iuxta positionē: sed etiā ꝑ verā alterationē ⁊ ḡnationem: ꝓꝫ: qꝛ tales nō augent̄ nisi alimētū altereť ⁊ corrumpat̄ ⁊ ꝯñter generet̄ aliqua pars aucti. ¶ Ex qua ꝯclusione seq̄t̄ ꝙ magis ꝓprie augent̄ partes nō porose corporis viuētis q̄ aqua ꝑ appositionē silis: qꝛ in vna augmētatiōe est ꝯuersio appositi: ⁊ nō in alia. ¶ Quarta ꝯclusio. Augmētatio ꝓpe dicta fit solū ſm partes formales ⁊ nō materiales. Ista ꝯclusio est Aristote. j. de genera. que declarat̄ ex p̄cedētib⁹: eo ꝙ per partes formales Aristo. intellexit partes porosas: et per partes materiales partes non porosas: quia in partib⁹ porosis magis apparet operatio forme q̄ in partib⁹ nō porosis: cū ergo ꝓpe augeant̄ ptes porose ⁊ nō partes nō porose: seq̄t̄ augmētationē ꝓprie dictā fieri ſm partes solū porosas: quod erat ꝓbandum.

Contra predicta arguitur: ⁊ primo ꝙ nō sint tales pori in corpore viuētis: qꝛ aut sunt vbiq̧ in toto corpore viuētis: ⁊ hoc nō: quia tunc totū corpus esset vnus porus: aut in aliqua parte sic: ⁊ in aliqua non: ⁊ hoc iterum non videtur dandū: ex quo calor naturalis est in qualibet parte corporis. Et cōfirmatur quia datis poris sequitur ꝙ nunq̄ fieret augmētatio: quia solum illa foramina replentur: ergo tante quātitatis sunt post augmētationē sicut ante recte: sicut vas quod non est magis plenū aqua q̄ plenum aere. ¶ Secūdo argui̇t ꝙ aucti nō quelibet pars augetur: quia sequunt̄ duo inconuenientia primū ꝙ alimentū diuiditur in infinitum ex quo infinite sunt partes aucti quarū quelibet augetur scđꝫ inconueniens ꝙ non semper post augmentationem auctum est factum duplum. probatur: nam quelibet pars aucti augetur: ergo corpus augendū recipit alimentum: ita longum ita latum: ⁊ ita profundū sicut ipsum est: ergo post augmentationē est in duplo maioris quātitatis. ¶ Tertio argui̇t ꝙ nulla pars aucti augetur: quia non illa que prefuit cui facta est additio cum nō sit maior: nec illa que nouiter generatur: aut totum compositū ex priori ⁊ posteriori parte: cū illud quod augetur debeat prefuisse: ⁊ nullū illorum prefuit. ¶ Quarto arguitur ꝙ augmentatio fiat potius ſm partes materiales q̄ formales: quia ſm illas partes fit augmentatio ſm quas fit nutritio: sed nutritio fit principaliter ſm partes materiales: ergo ⁊ augmentatio. maior patet: quia augmentatio presupponit nutritionē. minor declaratur: quia ſm illas partes poti⁹ fit nutritio ſm quas fit deperditio: modo ſm partes materiales dicit̄ fieri deperditio ⁊ nō formales: quia partes materiales fluunt ⁊ defluunt ſm Phm. j. de generatione.

Ad primum dicitur ꝙ tales pori nō sunt in qualibet parte corporis. Et cum dicitur ꝙ calor est vbiq̧ in corpore verū est: sed non eiusdem intensionis: ⁊ dato ꝙ eiusdē intensionis: adhuc potius augeret porum in vna parte q̄ in alia: quia vna pars est debilior altera ⁊ magꝭ propinqua resolutioni. Et ad cōfirmationē negetur cōsequentia: quia in augmentatione partes porose extenduntur virtute caloris naturalis: ⁊ sic fit restauratio in maiores partes q̄ sit deperditū: ⁊ cōsequenter post augmentationē corpus est maius q̄ erat primo. ¶ Ad secundū negetur cōsequentia: quia ex quo sunt solum pori finiti in corpore: alimentū diuiditur solum in partes finitas. Et cum dicitur infinite partes augentur: ergo alimentū in infinitum diuiditur. negetur cōsequentia: quia alimentū transit ad partes porosas que sunt finite per intussumptionem: ⁊ ad partes non porosas que sunt infinite per solam iuxta positionē. Et ex hoc habetur ꝙ nō oportet auctum duplicari: ex quo non fit augmentatio per intussumptionē cuiuslibet partis: sed solum partium porosarū. ¶ Ad tertium dicitur ꝙ pars que prefuit augetur: quia illa recipit alimentū: videm⁹ enim caput esse auctum: ⁊ os esse auctū: ⁊ tamen prefuit simpliciter aggregatū ex parte aduenīete ⁊ preexistente augetur ⁊ negetur ꝙ non prefuit: immo est idem qđ primo erat capiendo idem scđo modo: quia eadem anima sensitiua est eadē omnino. ¶ Ad quartū dicit̄ ꝙ nutritio fit ſm partes formales ⁊ non proprie ſm partes materiales. Et ad probationē respōdetur ꝙ deperditio fit proprie in partibus formalibus sicut ⁊ augmentatio: vnde calor naturalis magis dicitur resoluere partes porosas q̄ non porosas: quare ⁊c.

¶ Caput. xvij.

Quoniã autem de his questiũ est sufficiẽter opoꝛtet questionis tẽtare solutionẽ ⁊ inueni-re. Saluantes manere id qđ augetur adueniẽte aliquo augeri recedente aũt diminui: adhuc aũt quodcunqꝫ signũ sensatũ aut maius aut minus generatũ est: ⁊ nõ vacuum esse coꝛpus: neqꝫ due magnitudines in eodem neqꝫ in coꝛpoꝛe augeri. Suscipiendũ determinãtes pri⁹ vnũquodqꝫ quoniã anomiomera augenť cum homiomera augenť componũť enĩ ex his vnũquodqꝫ. Deinde qđem caro ⁊ os: ⁊ vnaqueqꝫ talium partiũ est duplex queadmodũ ⁊ alioꝝ in materia speciẽ habentiũ: etenĩ materia dicitur ⁊ species caro aũt os. Qualẽcũqꝫ igitur partẽ augmẽtari et adueniẽte aliquo fm quidẽ speciem est cõtingens: fcdm autez materia non est. ¶ Opoꝛtet aũt intelligere queadmodũ si aliquis mẽsurabit eadẽ mẽsura aquã: semper enĩ aliud ⁊ aliud qđ generatur: sic vtiqꝫ augmentať materia carnis: sed non partiũ cuiuscũqꝫ aliud generať. Sed hoc qđem defluit: hoc autẽ aduenit foꝛme aut cuicũqꝫ speciei particule. ¶ In anomiomeris aũt hoc magis manifestũ. verbi gratia: manui qm̃ pꝛopoꝛtionaliter auctũ est manifestũ. Materia enim alia ens manifesta magis hic qꝫ in carne: ⁊ homiomeris: ideo ⁊ moꝛtui magis videtur esse caro et os qꝫ brachiũ et manus. Quapꝛoptet est quidẽ sic qꝛtũcunqꝫ carnis auctum est: est etiam vt non fm speciẽ: quidẽ enim quodcũqꝫ aduenit fm materiam non. Maius aũt totum generať adueniẽte aliquo quod vocať cibus ⁊ cõtrarium transmutãte in eandẽ speciẽ: verbi gratia: si sicco adueniat humidũ: cum autẽ adueniat trãsmutať humidũ ⁊ generať siccũ. Est qđẽ sicut simile simili augmẽtatur: est autem vt dissimili.

¶ Caput septimum.

Dicerct aũt aliquis quale opꝫ esse ex quo augeť: manifestũ vtiqꝫ qm̃ potẽtia est illud: verbi gratia: si caro potẽtia carnem actu aũt aliud coꝛrupto vtiqꝫ hoc caro generatũ est: nõ igitur hoc ipsum fm se: generatio aũt esset nõ augmẽtatio: sed quod augetur hoc: quod igitur ⁊ ab hoc est patiẽs auctũ est aut mistũ: queadmodũ si quis vino superfundat aquã hoc aũt potest vinũ facere quod mistũ est queadmodũ ⁊ ignis facit vstũ tangens vrenda: ita in eo quod augeť ⁊ est actu caro quod inest augmẽtatiuũ adueniẽte potẽtia carne facit actu carnem: igitur simul ente: si enim seoꝛsum generatio est: est enim ignem facere ad existentẽ adiũgẽtes ligna: sed sic quidẽ est augmẽtatio quando aũt ipsa ligna per se incẽdunť generatio est. ¶ Quãtum aũt vniuersale quidẽ non generať queadmodũ qđem nec animal nec qđẽ homo nec aliquid singulariũ: sed vt hic vniuersale: illic aũt quantũ: caro autez aut os aut manus ⁊ hoꝝ homiomera: adueniẽte qđem aliquo quãto sed non carne quãta. ¶ Secundũ id igiť quod potẽtia vtrũqꝫ: vbi gratia: quãta caro sic auget qđem etenĩ quãta opoꝛtet generari ⁊ carnẽ: fm id autem quod solũ substãtia caro nutrit etenim sic differũt cibus ⁊ augmẽtatiuũ ratione: ideo nutritur quis quousqꝫ saluať ⁊ diminuiť: augmentatur aũt nõ semper ⁊ nutrimẽtum augmẽtationi id idẽ est quidẽ esse autez aliud: fm id enim qꝫ id quod aduenit potẽtia quãta caro augmẽtatiuũ carnis est: fm id aũt quod solũ potẽtia caro nutrimentũ: hec autez species sine materia vt immaterialis potentia aliq̃ in materia est: similiter autem ⁊ aliud quodcũqꝫ oꝛganũ: si autez aduenit aliqua materia ens potẽtia immaterialis habẽs ⁊ quãtũ potẽtia he erunt immateriales maioꝛes. ¶ Si aũt ampli⁹ facere nõ potest sed vt aqua vino semper amplius mista in fine aquaticũ facit et aquã tunc diminutionẽ faciet quanti species autem manet.

¶ Tractatus tertius.

¶ Caput pꝛimum.

Quoniã aũt opoꝛtet pꝛimũ de materia ⁊ de vocatis elemẽtis dicere siue sint siue non: ⁊ vtrũ sempiternale vnũquodqꝫ aut generatur qualiter ⁊ si generať vtrũ ex inuicẽ generentur omnia eodẽ modo aut aliquod pꝛimũ eoꝝ vnum est. Necesse est

vtiq; pri⁹ dicere de q̇bus ideterminate dꝛ nũc. ¶ Om̄s em̄ q̇ elīta gñantes et q̄ ex elītis segregatiōe vtūtur ꝛ ↄgregatiōe ꝛ facere ꝛ pati: ē aūt cōgregatio mistura: quō aūt misceri dicim⁹ non determinatū ē manifeste. Sꝫ nec alterari possibile nec segregari ꝛ ↄgregari nullo faciēte aut patiēte: ꝛ em̄ plura elīta faciētes gñant i faciēdo ꝛ patiēdo adinicē: ꝛ his q̇dē ex vno necesse est dicere factionē: et hoc recte dicit Diogenes qm̄ si nō eēnt ex vno oīa nec eēt facer̄ et pati adinuicē vbi grā. calidū ifrigidari ꝛ hoc calefieri rursus: nō em̄ caliditas ꝛ frigiditas trāsmutant̄ ad iuicē sꝫ manifestū qm̄ sbiectū. Quapropt̄ i q̇b⁹ facere ē ꝛ pati: necesse ē vnā substātiā horuꝫ naturā. Oīa igit̄ talia eē dicere nō veꝝ: sꝫ in q̇b⁹ ꝙ ad inicē sunt ē. Sꝫ si de facere ꝛ pati ꝛ mistura vidēdū necesse ē ꝛ de tactu: nō em̄ facere hec ꝛ pati pñt ꝓꝑe q̄ nō possibile ad iuicē tāgere nec nō tangētia ad inicē q̄lr ↄtingit misceri primuꝫ. Quapropter de tribus his est determinandum quid tactus: quid mistura: et quid factio.

¶ Caput. ij.

5.t.4. aliqua signa q̃ ponit Arist. scdo. metheoꝝ. pmũ signũ est salsedo lixiuij colati ex cineribꝰ q̃ sunt terrestres. Scdm signum est salsedo sudoris ⁊ vrine transeũtiũ
3 per poros: qbus admiscentur fumi grossi terrestres. Tertiũ signum est. ꝙ aqua salsa põderosior est aqua dulci. vnde dicit Ari. ꝙ naues onerate venictes a mari ad aquã dulcẽ submerse sunt. ⁊ hoc est signũ ꝙ dulcis est leuior. Quartũ signũ est de vase cereo obstructo
4. repletur aqua dulci positum in mari. Quintum signũ
5 est de sale quod non potest fieri ex aqua dulci. s3 solũ
6. salsa ⁊ plena terrestreitatibus. Sextum signum est. ꝙ in palestina est vnũ stagnum ita salsum: grossum ⁊ põderosum: in quo si proijciuntur equi ligatis pedibus non submerguntur: qui tamen submergerentur in aq̃ dulci. ⁊ in illo stagno nõ possunt pisces nasci. nec nutriri propter multam salsedinem ⁊ amaritudinez. ¶ Secundo arguitur ad conclusionem: ꝙ non sufficit sola mixtio sicca terrestris cũ humido: quia in quocũq3 fonte fluuio aut puteo ponatur terra: non ꝓpter hoc redditur aqua salsa: requirit tñ adustio sicci terrestis cũ humido. ⁊ patet hoc per experientiam. quoniam lixiuium non redditur salsum: nisi fiat fortis calefactio ⁊ adustio cineruz: ⁊ ita de vrina ⁊ fecibus est dicẽdum. ¶ Secunda conclusio. Posito eternitate mundi necesse est mare esse salsum: ⁊ plurimum amarum. pat3: qr ponũtur omnes cause necessario ad salsedinem maris: ibi em̃ est multũ terrestre adustũ derelictũ ex exhalatiõe calida ⁊ sicca. ⁊ est ibi aq̃ quodãmodu pura ad mixta superueniente. calore solis decoquentis ⁊ facientis humidũ eleuari: vt p3 ad experientiã ergo ⁊c. ¶ Et notãter dixi. posita eternitate mũdi: quia si mũdus fuit creatus per magnuz tps: postea nõ fuit mare salsuz: sed dulce: qr sol nõ potuit longo tempore tot exhalatiões eleuare: ⁊ easdẽ descẽdere. que requirunt ad salsedinem maris. ¶ Tertia cõclusio eterna generatio salsedinis in mari non arguit in eo salsedinem [3a cclo.] infinitam. patet quia omnium natura constantium terminata est ratio magnitudinis ⁊ augmenti. ij. de [T.c.41.] anima et exhalatio quia sicut continue descendebãt in mari exhalationes aduste causantes salsedinem: ita continue grosse ⁊ graues exhalationes descendũt ad profundum maris ex quibus fiunt lapides: lutus aut terra: ⁊ alie subtiliores cum partibus potabilibus a sole eleuantur superius licet plus de humido ꝙ̃ de sicco terrestri tam secundum magnitudinem ꝙ̃ [4a cõclo.] ꝓm proportionẽ superius eleuentur. ¶ Quarta conclusio: sicut fontium ⁊ fluuiorum aliqui sunt calidi. ⁊ aliqui sunt frigidi. aliqui graues ⁊ aliqui leues: ita aliqui sunt dulces. ⁊ aliqui salsi: aut amari. prima ps est manifesta: scilicet ad experientiam ꝙ aliqui sunt calidi. ⁊ aliqui frigidi: trãseuntes em̃ per loca calida ⁊ balnea calefiũt propter caliditatem ibidẽ reclusam ⁊ sunt magis aut minus calida illa loca secũdũ ꝙ est maior aut minor antipistasis: transeuntes autez per loca frigida fiunt frigidi immo frigidiores alijs aq̃s propter multitudinem frigiditatis terre repertam in locis generationis fontium; omnes igitur fontes et fluuij in loco generationis sunt frigidi: diuersificantur autẽ postea ratione viarũ per quas descendunt: secunda pars declaratur. s. ꝙ aliqui sunt graues ⁊ aliqui leues: quia in quibusdã est magna permixtio partium terrestriũ cum aquosis facientium grauitatez alij aũt fluũt partes subtiles habẽtes superiꝰ ⁊ terrestres in ꝓfundũ purificate cõtinue per motũ. Tertia aũt pars sequit ex dictis qm̃ aq̃ habentes multũ de sicco terrestri adusto sunt false ⁊ amare. non habẽtes autẽ tale siccũ aut modicũ bene digestũ sunt dulces ⁊ prime sunt nigre aut tendentes in nigredinẽ. alie autem sunt albe: quare alique autem a podagris liberant diuersis egritudinibus: ⁊ econtra alique inducunt egritudines sic ꝙ aues volãtes sup illas cadũt ⁊ moriũtur. alique autem denigrant aues albas balneatas in illis: ⁊ alique econtra: dicitur ꝙ hoc est ratione ineffabilis complexionis qualitatum primarũ ad hoc concurrentium specialiter a constellationibus celi.

Contra predicta arguitur. probando nullũ [Primũ.] mare esse salsum ⁊ primo. ex hoc: qr oẽ mare est frigidum ⁊ humidũ ergo nõ est salsum: pat3 [Secũdũ.] consequentia quia salsedo prouenit ex sicco adusto. ¶ Scdo si mare esset salsuz hoc esset ratione exhalationis aduste in eo. cũ ergo omnes aq̃ pluuiales ⁊ fontales habeãt consimile siccũ videt ꝙ omnes sint salse nec consequens est falsum: quia sunt cõiter dulces: q̃ admisso cum mare fiat ex pluuijs fontibus ⁊ pluuijs apparet mare esse dulce. ¶ Et confirmatur: qr si mare esset salsum esset propter eleuationẽ dulcis remanente terrestri sicco vt dicit phs. ij. metheo. sed consequens est falsum: quia tunc per idem omnes fontes ⁊ fluuij deberẽt esse salsi cum fiat consimilis eleuatio. ¶ Tertio arguitur sic: mare est in loco naturali: igit [Tertium.] est in naturali dispositiõe. ergo nõ habet qualitates ꝓmas. ⁊ ad per consequens nec salsedinẽ. p3 cõsequentia qr salsedo cũ sit sapor resultat ex mixtiõe quatuor qualitatũ primarũ. ¶ Quarto modica aqua sufficit extinguere ⁊ cõbustibile corrũpere inflãmatũ aut adu [Quartum] stum. ergo a fortiori tanta multitudo aquaꝝ quanta est aqua maris debet prohibere adustionem exhalationis inducẽtis salsedinem ⁊ penitus corrũpere istã exhalationem.

Ad primuz negatur consequentia: qr licet mare sit frigidum ⁊ humiduz [Ad pmum.] formaliter: tamen est calidum ⁊ siccũ virtualiter ratione sicci terrestris sicut etiam vinum aut piper formaliter est frigidum ⁊ virtualiter calidum. ¶ Ad secun [Ad scdm.] dum dicitur ꝙ aque dulces habent siccum terrestre adustũ sed ita modicum ꝙ non facit salsedinẽ saltem sensibilem. Et cuz dicitur ꝙ tunc mare deberet eẽ dul

ee q̄ fit ex aquis dulcibus dicit q̄ sol continue resol-
uit multū de humido dulci ꝛ proportionaliter modi
cum de sicco adusto. ita q̄ q̄tūcūq3 fluāt ad mare aq̄
dulces nō sufficiunt soluere salsedinē. Et ad confir-
mationem dicit q̄ nō fit tanta eleuatio humidi dul-
Ad tertiū. cis ab aqua dulci sicut a mari: qꝛ sol debili⁹ respicit
fontes ꝛ fluuios q̄ mare. ¶ Ad tertium negatur con
sequentia sicut elementū aeris est in naturali loco lz
sit extra naturalem dispositionē ita mare est natura
liter indispositum ꝛ tamen in loco naturali. vñ mare
non solum in eo q̄ aqua sed etiam in eo q̄ mare na-
turaliter situatur in loco in quo est a quo si aliquādo
Ad quartū. recederet hoc erit qꝛ non erit tunc locus naturalis ei⁹.
¶ Ad quartum negatur consequentia quia licet ma
re prohiberet inflamationem non tamen adustionē
modo non dicitur illas exhalationes ardere aut in-
flammari: sed solum esse adustas ex quarum admix-
tione et digestione cum humido causatur salsedo
quare ꝛc.

¶ De ventis. ¶ Caput.iij.

E spiritibus autem dica-
mus sumentes principiuz
quod dictum est nobis iaz
prius. Sunt autē due spe-
cies exhalationis vt dixi-
mus. hec quidem humida: hec autē sic
ca: vocatur aūt hec quidem vapor: hec
aūt secundā totum quidem innomina
ta: eo autem q̄ in parte necesse vtētes
vlr appellare ipsam velut fumum. Est
autem nec humidum sine sicco: nec sic-
cum sine humido: sed omnia hec dicun
tur secundum excessum. Lato autē so-
le circulo ꝛ cum quidem appropinqua
uerit caliditate eleuante humidum lō-
gius autez facto propter infrigidatio
nem consistente iterū sursum ducto va
pore in aquā propter quod hyeme ma
gis fiunt aque nocte q̄ per diē: sed nō
videtur qꝛ latent nocturne q̄ diurne.
Descendēs itaq3 aqua distribuit ōis
in terrā: existit aūt in terra mult⁹ ignis
ꝛ multa caliditas: ꝛ sol nō solū super-
natās terre humidū trahit: sed ꝛ terraz
ipsam desiccat calefaciēs. Exhalatiōe
aūt sicut dictū est duplici existēte. hac
aūt vaporosa: hac aūt fumosa: ambas
necessarium fieri. Harū aūt que quidē
humidi plurem habens multitudinez
exhalatio principiū pluentis aque est
sicut dictum est prius. Sicca aūt spiri
tum principiū ꝛ natura oīm: hoc aūt q̄
isto modo necessarium est accidere et
ex ipsis operibus palā. Etenī exhala-
tionē differre necessariū ꝛ solē ꝛ ea que
in terra caliditatē hoc facere non solū
possibile: sed etiā necessariū est. Quo-
niam aūt vtriusq3 spēs manifestum q̄
differunt ꝛ nō eadē est que vēti natura
ꝛ q̄ plute aque sicut quidā aiūt. Eundē
enim aerē motū quidē ventū esse: consi
stentem aūt iterū aquā: aer quidē igitur
sicut in sermonibus ante hec diximus
fit ex his. vapor quidē frigidū ꝛ humi-
dum bene terminabile hoc quidem enī
vt humidū: qui aūt aq̄ est frigidū pro-
pria natura: sicut aqua nō calefacta fu
mus aūt calidus ꝛ siccus: quare quem
admodum ex simbolis cōsistit q̄ sursuz
aer humidus ꝛ calidus. Etenim incon
ueniēs si qui circa singulos circūfusus
aer iste sic motus spiritus ꝛ vndecunq3
extiterit motus ventus erit. Sed non
sicut fluuios existimam⁹ nō qualitercū
q3 esse aq̄ fluētis. Neq3 si habeat mul-
titudinez: sed opz fontale esse qd fluit.
Sic enim: ꝛ de ventis habet. Moue-
bitur enī vtiq3 magna multitudo aeris
ab aliquo magno casu nō habēs prin-
cipium neq3 fontez. Attestant aūt que
fiunt ex eis: qꝛ enim cōtinue quidē ma
gis aūt ꝛ min⁹ ꝛ maior ꝛ mīor fit exhala
tio semper nubes fiunt ꝛ spiritus secū-
dum tp̄s vnūqdq3 vt nata sunt. Quia
aūt aliqū q̄dē vaporosa fit multiplica-
tio⁹ aliqū aūt sicca ꝛ fumosa: quādoq3
quidē pluuiosi anni fiunt ꝛ humidi: qū
q3 aūt ꝛ vētosi ꝛ sicci aliquādo quidem
igitur accidit ꝛ siccitas ꝛ ibres multos
esse simul: ꝛ scd̄m continuā sunt regio-
nem. Aliquādo aūt scd̄m partes. Se-
pe enī que in circuitu regio accepit tē-
poraneos imbres et multos in aliqua
eni in parte hmōi siccitas est. Aliquan
do aūt cōtrariū ea que in circuitu oīm
aut mediocriter vtente aquis: aut ꝛ ma
gis sicca vna aliqua pars aque copio-
sam accipit multitudinē. Causa aūt qꝛ
vt fm plurima quidē eandē passionem
ad plurimā pertingere verisimile regio
nem qꝛ similiter ponuntur ad solē que
prope nisi aliquid differens habeat p-
prium. Quinimo aliquādo fm hāc qui
dem partē sicca exhalatio facta est am-
plior scd̄m aliā aūt vaporosa. Aliquā
do autē cōtrariū: ꝛ ipsius aūt hui⁹ cau-
sa qꝛ vtraq3 transcēdit inhabite regio-
nis exhalationē: puta sicca quidē secū
dum propriam regionē fluit. Que aūt
humida ad vicinam: aut ꝛ in aliquē re-

motorum locorum propulsa est a spiritibus. Aliquādo quidē aūt hoc quidē māsit ꝯtraria aūt idē fecit ⁊ accidit hoc sepe: sicut in corpore animaliū si supior vēter siccus fuerit: inferior aūt contrario. Contrarie disponatur: ⁊ hoc sicco existente humidū esse superiorē ⁊ frigidum. Sic et circa loca antiparistasim pati ⁊ permutari exhalatiōes. Adhuc aūt post imbres ventus vt scđm multa fit in illis locis scđꝫ que cōtigerit fuisse imbres ⁊ spirit⁹ cessant aqua facta. Hoc eni necesse accidere propter dicta principia. Cū eni pluerit terra desiccata ab eo qđ in ipo calido ⁊ ab eo quod desuper exhalat: hoc aūt erat venti corpus. Et cū talis segregatio fuerit ⁊ vēti obtineant cessantibusqꝫ segregatur calidū semper ⁊ sursum fertur in supiorem locū constat sapor infrigidatus et fit aqua. Et cum in idē compellant̄ nubes ⁊ cōtra circūstiterit ad ipsas frigiditas aque ⁊ infrigidat sic eā cōsequēter exhalationē. Cessare igitur faciunt facte aque vētos ⁊ cessantib⁹ ipse fiūt propter has causas. Adhuc fiendi maxime spiritus ab vrsa ⁊ meridie eadem causa plurimi eni boree et austri fiunt vētorū. Sol eni sol ad hec loca nō supgreditur: sed adhuc ⁊ ab his super occasus aūt: ⁊ super oriētes semp fert̄: ꝓpter qđ nubes cōsistunt in lateralibus ⁊ fit accedente quidem exhalatio humidi abscedente aūt ad cōtrariū locū aq̄ ⁊ imbres ꝓpter lationē quidē igit̄ que ad tropicos: ⁊ a tropicis estas fit hyēs ⁊ eleuat̄ sursum aqua ⁊ fit iteꝝ. Quoniam aūt plurima descēdit aqua quidē in his locis in quibus vertit̄ ⁊ a quib⁹ hec aūt sunt que ad arctū ⁊ meridiē vbi aūt plurimā aquā terra suscipit ꝑ plurimā necessariū fieri exhalationē. Simili modo vt ex viridib⁹ lignis fumuꝫ. Exhalatio aūt hec vētus est: rationabiliter vtiqꝫ hinc fiet plurimi: ⁊ principalissimi spirituū .vocant̄ aūt q̄ quidē ab arcto boree. Qui aūt a meridie austri. Latio aūt ipsoꝝ obliqua est circa terram eni flant in rectū facta exhalatiōe q: oi q̄ in circuitu aer cōsequit̄ lationē ꝓpter qđ ⁊ dubitabit vtiqꝫ aliq̄s vnde pricipiū spirituū est vtrū desupra; aut desubtus. Mot⁹ q̄dē eni desup est ⁊ cōtingit ante flare. Aer aūt evidēs si fuerit nubes aut caligo: significat eni mota spirit⁹ principiū ante manifeste venire ventū tanq̄ desup ipsis habētib⁹ pricipium. Qm̄ aūt est vent⁹ multitudo q̄dā sicce ex terra exhalatiōis mota circa terrā: palā ꝙ mot⁹ quidē principiuꝫ desuper: materie aūt gn̄atiōis desubt⁹ qua q̄dē eni tēderit qđ ascēdit idē causa. Latio eni eoꝝ q̄ lōgius a terra ducunt̄ ⁊ simul desubt⁹ quidē in rectū sursum fertur: ⁊ oē causatū existēs ꝓpe suū principiū valet magis ꝓpe. gn̄ationis aūt principiū palā qđ ex terra est. Qđ aūt exhalatiōib⁹ cōuenietib⁹ scđm modicū: sicut fluuioꝝ principia fiūt emanante terra: palā ⁊ in operibus vn̄ autē singulariter flāt minimi oēs sunt ꝓcedentes aūt ⁊ lōge validi flant. Adhuc aūt ⁊ qui circa arctū in hyeme trāquilla ⁊ sine flatu scđm ipsum locū. Sꝫ secundū modicū vlteri⁹ flans ⁊ latēs extra ꝓcedēs iā spirit⁹ fit insignis: q̄ quidē est vēti natura ⁊ q̄liō fit. Adhuc autem de siccitate ⁊ de ībrositate ⁊ ꝓpter quā causaꝫ cessant ⁊ fluūt post imbres ⁊ propter quid boree: ⁊ noti plurimi vētorum sunt dictū est. Adhuc aūt ⁊ de latione ipsoꝝ. Sol aūt ⁊ cessare facit et cōmouet spirit⁹: debilis eni et paucas existētes exhalationes exterminat amplior calido: qđ in exhalatiōe minus existens ⁊ disgregat. Adhuc aūt ipsam terrā ꝑuenit exiccās anteq̄ facta fuerit simul multa cōgregatio: sicut si in multū ignē inciderit modicū exustibile ꝑuenit sepe anteq̄ fumū faciāt exustum. Propter has quidē igit̄ causas cessare facit vētos ⁊ a principio quidē ꝓhibet cōsumptionē quidē cessare faciens e celeritate aūt siccitatis fieri ꝓhibens propter qđ ⁊ circa orionis ortum maxime fit tranquillitas: ⁊ vsqꝫ ad echesios et prodomos. Uniuersaliter aūt fiunt tranq̄llitates ꝓpter duas causas. aut eni ꝓpter frig⁹ extincta exhalatiōe velut cū fuerit gelu forte; aut madefacta a suffocatiōe plurime aūt ⁊ ītermedijs tēporibus: aut eo ꝙ nondū facta sit exhalatio: aut eo quidem preterit exhalatio: ⁊ alia nondum aduenerit. Indiscre

tus autem ⁊ difficilis ortus esse videt᷑
occidens ⁊ oriens: q: in permutatione
tēporis accidit occasus et ortus estate
aūt hyeme: ꝓpter magnitudinē astri
dierū fit pluralitas. Permutationes
autē omniū turbatiōe plene ꝓpter in-
determinationē sunt. Echesie aūt flāt
post versiōes ⁊ canis ortū: ⁊ neq₃ tunc
quando maxime prope fuerit sol: neq₃
quādo lōge ⁊ diebus quidē flāt nocti
bus aūt cessant. Causa autē q: prope
quidem existens prouenit exiccās an-
teq₃ fiat exhalatio. Cū aūt abscesserit
modicū mediocris iā fit exhalatio ⁊ ca
liditas vt congelante aque liquescāt ⁊
terra exiccata ⁊ a ꝓpria caliditate ⁊ ab
ea que solis quasi turgescat et exhalet
Nocte autem deficiunt quia cōgellan
te liquescentes deficiunt propter frigi
ditatē noctiū. exhalat autem neq₃ con-
gellatum neq₃ nihil habens siccū sed
cum habeat siccam humiditatē hoc ca
lefactum exhalat. Dubitant autē qui-
dam propter quid boree fiunt cōtinue
quos vocamus echesias post estiuales
topicos. Noti autem sic nō fiunt post
hyemales. habet autē nō irrationabi-
liter: fiunt enī₃ vocati leuconoti oppo
sito tēpore. non sic autem fiunt cōtinui
propter qō latētes faciūt ingrere. Cā
autē q: boreas quidē a locis que sub
arcto flat. que plena aqua et niue sunt
multa. Quid' liquefactis a sole post
estiuales euersiones magis q₃ in ipsis
flant echesie. sic enim ⁊ ex suffocatione
fiunt nō quando maxime appropinqua
uerit ad arctū: sed cum calefecerit am-
pliori tēpore adhuc autē prope. Simi
liter aūt ⁊ post hyemales versiōes flant
ornichie. Etenim hi echesie sunt debi-
les: minores aūt et tardiores echesiis
flant. Septuagesimo enim die icipiūt
flare propter longe existentē solem in
ualescere minus. Non continui autē₃
similiter flant quia huiusmodi quidē₃
in superficie ⁊ debilia quandoq₃ segre
gantur. hec autem magis congellata
ampliori indigent caliditate propter
quod interpollantes isti flant donec
subuersionibus iterum estiualibus fla
uerint echesie: quoniā₃ vult q̄maxime
continue hoc semper flare ventus. Au

ster autem ab estiua versione flat ⁊ non
ab altera vrsa. duab' eñ existētibus de
cisionis possibilis habitari regionis:
ac quidē ad superiorē polum qui scdm
nos: hac aūt ad alterum ⁊ ad meridiē ⁊
vtraq₃ existēte. velut tympano. Talem
eñ figurā terre excidunt que ex centro
ipsi' ducte ⁊ faciūt duos conos: hunc q
dem habentē basem tropicū: hūc semp
manifestū: verticem aūt in medio terre:
eodē aūt modo ad inferiorem polū alij
duo coni terre excisiones faciūt: hec au
tem habitari sole possibile ⁊ neq₃ vltra
versiones: vmbra enim nō vtriq₃ esset ad
arctū: nec aūt inhabilia sunt prius loca
anteq₃ subdeficiat aut permutetur vm
bra ad meridiē queq₃ sub vrsa a frigore
inhabitabilia fertur aūt ⁊ corona secū
dum hunc modum: videtur enim super
caput factā nobis cum fuerit secundu₃
meridianū: propter quod ⁊ ridiculose
scribunt nūc periodus terre describūt
enim circularem habitatem: hoc autem
est impossibile ⁊ secundum apparētiā:
⁊ secundum rationem. Ratio enim ostē
dit q₃ ad latitudinem quidem determi-
nata est: circulo autem copulari contin
git propter temperantiam: nunc autem
excedunt ⁊ frigus secundum multitudi
nem: sed ad longitudinē: quare si nō ali
cubi prohibet maris multitudo totum
est permutabile. Et secundum apparen
tiam circa nauigationes ⁊ itinera mul-
tum enim longitudo differt a latitudi-
ne. Quod enim ab eracleis columnis
vsq₃ ad indicum eo q₃ ethiopia ad meri
diam et ad extrema. Scythie loca plus
q₃ quinq₃ ad tria secundū magnitudinē
est: si q̄s nauigatiōes ratiocinet: ⁊ vias
vt contingit accipere tm̄ certitudines:
⁊ quidam ad latitudinē vsq₃ ad inhabi
tabilia scim' habitatā hic qdē eñ pro-
pter frigus nō iam habitant. hic autem
propter estum. Que aut indicu₃ ⁊ colū
nas eracleas ꝓpter mare nō videnť co-
pulari ꝑ continuā esse oēm habitalem.
Oñi autē sīr habere necesse locu₃ quē
dam ad alteru₃ polu₃: sicut quē nos ha
bitamus ad eu₃ qui sup nos palā q₃ ꝓ-
portionabiliter habebunt aliaq₃ ⁊ vēto
ru₃ existia: q̄re queadmodū hic boreas
est: ⁊ illis ab illa que ibi ab vrsa aliquis

ventꝰ sit existēs quā nihil possibile per-
tingere huc: quoniā neq̄ boreas idem
in eam que hic habitationē omniū est.
Est eñ velut tapogeyos spiritꝰ borea-
lis donec: boreas iste in eam que hic ha
bitatiōez flet: sed q̄ꝛ habitatio. ista posi
ta est ad arctum plurimi boree flant tū
aūt ⁊ istic deficit ⁊ nō pōt lōge ꝑuenire:
qm̄ circa id qd̄ extra Lybiam mare au-
strale quēadmodum hic boree et austri
flant: sic ibi euri ⁊ zephyri succedentes
cōtinui semꝑ flant. Qd̄ q̄dē igit̄ auster
nō est ab altero polo flans vētus palā:
qm̄ aūt neq̄ ille neq̄ q̄ ab hyemali ver-
sione: oportebit eñ vtiq̄ aliū ab estiua
li esse versiōe: sic eñ ꝓportionabile assi
gnabit. Nūc aūt nō est: vnꝰ eñ solus vi
deẗ flans exinde locis quare necesse est
eum qui ab exusto loco flātē ventū esse
austrū. Ille aūt locꝰ ꝓpter solis vicinā-
tiam neq̄ hꝫ aquas: neq̄ pascua: qua-
propter liquefactionē faciūt echesios:
sed q̄ꝛ multo maior est locꝰ ille ⁊ expen-
sus maior ⁊ amplior ⁊ magis verax ven
tus est auster borea: ⁊ pertingit magis
huc ꝙ̄ iste illuc. Que quidē igiẗ causa
hoꝝ est vētoꝝ: ⁊ qūo se habēt adinuicē
dictū est. De positione aūt ipsoꝝ ⁊ qui
ꝯ̄rij q̄bus ⁊ quos simul flare ꝯtingit et
quos nō. Adhuc aūt ⁊ qui quot existūt
entes: ⁊ adhuc de alijs passionibꝰ que-
cūq̄ ꝯtingit dicta est in ꝓbleumatibꝰ
particularibꝰ nunc dicamus. Oportet
aūt de positione simul rōnes ex descri-
ptione ꝯsiderare. Describiẗ q̄dē igitur
vt magis īsinuabiliẗ habeat q̄ orizōtis
circulus ꝓpter qd̄ ⁊ rotūdus. Oportet
aūt ītelligere ipsiꝰ alterā decisionē que
a nobis habitaẗ: erit eñ ⁊ illā diuidere
eodē modo. Supponaẗ etiā p̄mo q̄dē
ꝯ̄ria scd̄m locū esse plurimū distātia se-
cūdū locū: sicut ꝑm speciē ꝯ̄ria plurimū
distātia ꝑm speciē. Plurimū eñ distāt
scd̄m locū posita adinuicē scd̄m diame
trum. Si igiẗ in quo a. occidēs equino
ctialis: ꝯ̄ria autem huic in quo b. oriēs
equinoctialis: alia aūt diametros hāc
ad rectā īcidēs: ⁊ que in quo. i. vsu v̄sa.
Huic aūt ꝯ̄riū ex opposito ꝙ̄ in quo t.
meridies. Quot autē in quo z. oriens
estiualis. Quot aūt in quo e. occidens
estiualis. Quot autē in quo d. oriens
hyemalis. Quot aūt in quo g. occidēs
hyemalis a. z. aūt dicāẗ diametri ad g.
et ad d. et ad e. Quoniā igiẗ plurimū
distātia scd̄m locū cōtraria scd̄m locū.
Plurimū aūt distāt que scd̄ꝫ diametrū
necessariū ⁊ vētoꝝ hos inuicē ꝯtrarios
esse q̄cunq̄ sunt ꝑm diametrū. Vocanẗ
aūt ꝑm positionē locoꝝ venti sic zephy-
rus quidē qui quia a. hic aūt occidens
eq̄noctialis ꝯtrariꝰ aūt huic apeliotes:
hic aūt oriens eq̄noctialis boreas aūt
⁊ aparctias ab i. hic eñ v̄sa ꝯtrariꝰ au
tem huic auster a. t. meridies aūt hic a
qua flat et t. ipsi i. ꝯ̄rium scd̄ꝫ diametrū
enim a. z. aūt kekias. Hoc enim oriens
estiualis: ꝯ̄rius aūt nō qui ab e. flat: sed
quia g. lips. est eñ ab occidēte hyema-
li: ꝯ̄rius aūt huic scd̄m diametrū enim
poniẗ a. d. aūt eurus. Iste eñ ab oriēte
hyemali flat vicinās austro: ꝓpter qd̄
⁊ sepe euronothi dicunẗ flare: ꝯ̄rius au
tem huic nō qui a. g. lips: sed qui ab e.
quē vocāt hi. quidē argestaꝫ: hi autem
olympiam: hi aūt scisona. Iste enim ab
occidenti estiuali: ⁊ scd̄m diametrū ipsi
apponitur solus. Sic quidā igitur qui
scd̄m diametrū positi venti ⁊ q̄bus sunt
sunt contrarij. Alij autē sunt ꝑm quos
nō sunt cōtrarij venti a. c. quidem enim
quē vocant raskiaꝫ. Iste enim medius
argestis ⁊ aparchie a. k. autem quē vo-
cat messe. Iste eñ mediꝰ kekie et aper-
chie: que autem c. k. diameter vult qui-
dem scd̄m semꝑ apparētē esse nō cer-
titudinat autē. Cōtraria enim nō sunt
his vētis neq̄ thraskia: neq̄ messe: fla-
ret enim vtiq̄ aliquis ab eo in quo m.
hoc eñ scd̄m diametrū neq̄ ipsi c. tres-
kie: flaret enim vtiq̄ ab n. hoc est signū
scd̄m diametrū si nō ab ipso ad modi-
cum flat q̄dem ventus quē vocant qui
circa locum illum phenitiā. Principa
lissimi quidē igitur vēti ⁊ determinati
sunt hi ⁊ hic ordinati sunt modo. Essen
di aūt plures ventos a locis ad arctum
quam ab his qui ad meridiē causa ha-
bitabilē supponi ad hūc locū. Et quia
multo plus aqua ⁊ nix reponitur in hāc
partē: quia illa sub sole sunt ⁊ illius la
tione q̄bꝰ liquefactis in terrā ⁊ calefa-
ctis a sole ⁊ terra necessariū ampliorē ⁊
ad plurem locum fieri exalatione pro-

Polus articus

Frigida zona

Tropicus estiualis

Diameroes — primus clima
Diasiene — ii. clima
Dialexandrios — iii. clima
Diarhodos — iiii. clima
Diaromes — v. clima
Diaboristenes — vi. clima
Diarripheos — vii. clima

Polus antarticus

pter hanc causam. Est autem dictorum ventorum boreas quidem quuncȝ aparchias ꝛ messe: pꝛincipalissime ꝛ treschias ꝛ messe: communis autem argestis ꝛ boree: auster autem quicȝ ita genes qui a meridie et lips apelitos autem quicȝ ab oriente equinoctiali: ꝛ eurus: phenicias autem communis zephirus autem quicȝ ita genes ꝛ argestes vocatus vniuersaliter autem hi quidem boreales hoꝛum vocantur. hi autem australes. Opponuntur autem zephiri quidem boree. frigidiores enim qui ab occidente flant austri autem apelfotici: determinatis. igitur frigidoꝛ calido ꝛ estuoso vētis sic vocauerunt calidiores enim qui ab oriente: his qui ab occidente quia pluri tempore sub sole sunt qui ab oriē te: qui autem ab occidente dereliquerūt citius ꝛ appropinquant loco tardius. Si autem ordinatis ventis palam quod simul flare contrarios quidem non possibile: secundum diametrum enim alter igitur cessabit violentiam passus: non sic autem positos. ad inuicem nihil prohibet puta. z. ꝛ. d. propter hoc simul flāt aliquādo ambo omnino ad idem signū non ex eodem necȝ eodē spiritu secūdum tempora autem contraria; contrarij maxime flant puta circa equinoctium vernale. kekias et totaliter que vltra tropicum estiualem: circa autumnale: antēlibes; circa versiones autem estiuales zephirus circa hyemales autem eurus. Incidunt autem alijs maxime: ꝛ cessare faciunt aparthie et treskie ꝛ argestes maxime enim de prope impetus ipsorum est crebricȝ et fontes flant maxime isti propter quod et serenissimi sunt ventorum: flantes enim de prope maxime repellētes alios ventos cessare faciunt ꝛ efflantes consistentes nubes faciunt serenitatem: si non frigidi vehementer fuerint simul existentes tūc non aut sereni si enim fuerint magis frigidi quam magni preueniunt coagulātes quam propellentes. kekias autem non serenus: quia reflecti in seipsum vnde. et dicitur prouerbium trahens ad seipsum vt kekias nubem: gyrationes autem fiunt ipsorum cessantium inhabita secundum solis translationem quia mo-

Septentrionalis

Lelzias argestes occidens estiualis.

Zephirus occidens equinoctialis.

Lips occidens hyemalis.



Mesces

Lelzias oriens estiualis.

Apeliotes oriens equinoctialis.

Eurus oriens.

Hyemalis Pheniciás.

Auster.

:uetur maxime habitum principio: principium aut sic mouetur ventorum vt sol. Contrarij autem aut idem faciunt aut contrarium puta humidi lips et lelzias quem clysponciam quidam vocant et eurus quem apeliotem: sicci autem argestes et eurus a principio aut iste sicc⁹ consumens autem aquosus: nebulosus autem messes et aparthias maxime isti enim frigidissimi: grandinosus autem aparthia et traslzias et argestes: estuosus autem auster et zephirus et eurus: nubibus autem condensant celum lelzias autem valde lips autem rarius lelzias autem propterea q reflectit ad ipsum et quia cõmunis est boree et euro: quare quia frigidius est coagulans vaporem aerem constare facit. Quia autem a loco apelioticus est habet multam materiam et vaporem quem propellit sereni autem aparchias et traslzias et argestes causa autem dicta est prius. Coruscationes faciunt maxime: autem hi et messes qui enim de ppe flant frigidi sunt propter frigidum autem fulguratio fit: segregatur enim constantibus nubibus propter quod et quidem eorundem horum grandinosi sunt: cito enim coagulant ecnephie autem fiunt autumno quidem maxime. Deinde vere: maxime aparchias et traslzias et argestes: causa autem quia et nephie fiunt maxime quando aliis flantibus inciderint alij: isti autem incidunt maxime aliis flantibus causa autem dicta est et huius pri⁹. Echesie autem gyrant habitantibus circa occidentem: ex aparchias et traslzias et argestes et zephiros: aparchias enim zephirus est incipientes quidem ab ursa: terminantes autem ad longe his autem qui ad orientem gyrent vsq ad apeliotem. De ventis quidem igitur et de ea que a principio generatione ipsorum et substãtia. et de accidentibus passionibus communiter te secundum vnumquẽq tanta nobis dicta sunt. De generatione autem et motu terre post hoc dicendum. causa autem huius passionis habita huic generi est: sunt autẽ tradita vsq ad presens tempus tria et a tribus. Anaxagoras enim clazomenius et pri⁹ anaximenes milesi⁹ enũciauerũt et his posteri⁹. Democritus abderites Anaxa. quidem igitur ait ethe rem natum ferri sursum: incidentem autem in inferiora terre concaua mouere ipsam: que quidem enim sursum conferuntur propter ymbres: quoniam videtur omnem similiter esse somniferam tanquam existentem: hoc quidem sursum. hoc autem deorsum totius spere: et sursum quidem hac existente parte

inqua habitamus deorsum aūt altera.
Ad hanc quidem autem causam nihil
forte: oportet dicere tāq̄ʒ valde simplici
ter dictam. sursum enim ⁊ deorsum pu-
tare sic habere vt nō ad terrā quidē vn-
diq̄ʒ ferantur grauitatem habentia cor
porum: sursum autē leuia. ⁊ ignis stul
tum. Et hoc videntes orizontem habi
tatam quantum nos scimus alterꝫ sem
per factū translatis tanq̄ existēte gib-
bosa ⁊ sperica. Et dicere quidē ꝙ pro
pter magnitudinem in aere manet agi
tari autem dicere percussam desubtus
per totam. Adhuc autem nullum red-
dunt accidentium circa terremot⁹: neq̄ʒ
enim regiones neq̄ʒ tempora quecūq̄ʒ
participant hac passione. Democritus
autem ait terram plenam aqua existen
tem ⁊ suscipientem multam aliam plu-
uialem aquam ab hac moueri: facta au
tē ampliori quia non possunt suscipe
re ventres vim inferentem facere terre
motum ⁊ exiccatam trahētem in vacua
loca ex repletioribus transientem inci
dentem mouere. Anaximenes autē ait
plutam terram ⁊ exiccatam rumpi: ⁊ ab
his ruptis frustis incidentibus concu
ti propter quod et fieri terremotus in
siccitatibus ⁊ iterū in pluuiosis: in sic
citatibus enim sicut dictum est exicca-
tam rumpi ⁊ ab aquis super humecta-
tam decidere. Oportebat autē hoc ac
cidentem subuersam multipliciter ap-
parere terram adhuc aūt. propter quā
causam circa quedam loca. sepe fit hec
passio nulla differentia excessu tali ad
talia: et quidem oportebat omnino au
tem sic existimantibus necessarium di
cere minus semper terremot⁹ fieri ⁊ tā
dē cessare aliquando concussam: sic em̄
decidens talem habet naturam quare
si hoc impossibile palam quia et im-
possibile hanc esse causam. Sed quo-
niam manifestum quod necessarium et
ab humido et sicco fieri exhalationem
sicut diximus in prioribus necesse his
existentibus fieri terremot⁹ existit em̄
terra per se quidem sicca propter ym-
bres autem habens in seipsam humi-
ditatem multam vt et a sole ⁊ ab eo qui
in ipsa igne calefacta: multus quidem
extra; multus autem intra spiritus
fiat: ⁊ hic aliquādo quidem continuus
extra fluit omnis. aliquando autem in
tra omnis: aliquando autē et patitur.
Si itaq̄ʒ hoc impossibile aliter habere
q̄ post hoc: considerandum vtiq̄ʒ erit q̄
le maxime motiuum erit corporum ne-
cesse enim ꝙ ad plurimum natum ire et
vehementissimum maxime tale esse: ve-
hementissimum quidem igitur ex neces
sitate quod citissime fert: percurrit em̄
maxime propter velocitatem: ad pluri
mum autem natū est pertransire quod
per omne ire maxime potest: tale autem
subtilissimum: ⁊ quare si quidem spiri-
tus natura talis maxime corporum spi
ritus motiuus. Etenim ignis quando
cum spiritu fuerit ī flamma ⁊ fertur ce-
leritur: non igitur aqua neq̄ʒ terra cau
sa vtiq̄ʒ erit: sed spiritus motus cum in
tus fuerit ⁊ fluxerit: qui extra exhalat⁹
propter quod fiunt tranquillitate plu-
res ⁊ maximi terremotuū. Cōtinua au-
tem existens exhalatio consequitur vt
in pluribus impetum principij: quare
aut intus simul aut extra fertur omnis:
quosdam autem fieri ⁊ spiritu existente
nihil irrationabile. Videmus enim ali
quando simul plures flantes ventos:
quorum cum in terra feratur alter erit
spiritu ente terremotus: minores autē
hi fiunt magnitudine: propter quod di
uisum est principium ⁊ causa ipsorum.
Nocte autē fiunt plures ⁊ maiores ter
re motum: qui autem de die circa meri-
diē tranquillissimū enim est: vt in pluri
bus dici meridies. Sol em̄ cū maxime
obtineat declinat exhalationē in terrā:
obtinet aūt maxime circa meridiē: ⁊ no
ctes aūt diebus tranquilliores ꝑpter
absentiā solis. Quare int⁹ fit iterū flu
xus sicut recursus in cōtrariū ei⁹ q̄ ex-
tra diffusiones ⁊ ad diluculū marie: tūc
enim ⁊ spūs nati sunt incipe flare: si igit̄
intus extiterit ꝑmutatū principiū ipso
rū sicut euripus ꝑpter multitudinum
fortiorē facit terremotū. Adhuc aūt cir
ca loca talia fortissimi fiūt terremotuū
vbi mare fluxibile: aut regio spōgiosa ⁊
subantrosa. ꝑpter qđ ⁊ circa ellespon-
tum ⁊ circa ataiam ⁊ siciliam ⁊ euboie
circa hec loca. Videtur em̄ penetrare
sua terra mare propter quod terme que

circa idipsum a tali causa facte sunt. Circa dicta autem loca terremotus fiunt maximi propter angustiã: spirit⁹ enim factus vehemẽs et propter multitudinem maris altati repellitur iterum in terram quod natum erat efflare et terra regionesq; quecunq; inania habent que subtus loca multum suscipientes spiritum concutiuntur magis vere autem et autũno maxime ꝛ in pluuiosis et



siccitatibus fiunt propter eandem causam tempora autem hec maxime spumosa: estas enim ꝛ hyems hec quidem igitur propter gelu: hec autem propter estum facit mobilitatem: hoc quidem enim valde frigidum: hoc autem valde siccum est: ꝛ in siccitatibus quidem spumosus aer hoc ipsum eñ aehinos quando amplior exalatio sicca facta fuerit ꝙ humida. in pluuiosis autem amplio rem facit eam que intus exalationem eo ꝙ intercipiatur in angustioribus locis et compellatur in minorem locum talis segregatio repletis concauitatibus aqua cum inceperit obtinere eo ꝙ multa in paruũ cum comprimatur fortiter mouet fluens ventus ꝛ offendẽs. Oportet eñ intelligere ꝙ sicut in corpore nostro ꝛ remorum ꝛ pulsum causa est spirit⁹ intercepti virtus sic et in terra spiritum simile facere: et hunc quidẽ terremotum facere: hunc autem velut pulsum: et sicut accidit sepe post vrinationem: per corpus enim fit velut tremor quidam translato spiritu de foris intus subito talia enim fieri ꝛ circa terram. Quãtam autem habeat spiritus virtutem non solum ex his que in aere fiũt: oportet speculari hoc quidez propter magnitudinem. Existimabit vtiq; aliquis posse talia facere sed in corporibus animaliũ thetani enim ꝛ spasmi spiritus quidem sunt motus: tantũ autem vigorem habẽt: vt multi simul tentantes vi tenere non possunt obtinere motum infirmantiũ. Tale itaq; oportet intelligere factum ꝛ in terra vt: comparetur ad paruum maius. Signa autem horum ꝛ ad nostrũ sensum sepe facta sunt: iam enim terremotus in quibusdam locis factus non prius desijt anteꝗ̃ erumpens in eum qui super locum terram manifeste vt ex excenesias exiuit qui mouit ventus quale ꝛ circa eracleam eaꝫ que in ponto nuper factũ fuit et prius supra sacram insulã. Hec enim est vna vocatarũ coli insularũ in hac enim intumuit aliqd terre ꝛ ascendit velut collis moles cum sono: tandẽ autem rupta exiuit multus spiritus et fauillam ꝛ cinerem eleuauit ꝛ liparcorũ existẽtem ciuitatem non longe omnem incineravit: et ad quasdam in italia ciuitatum venit et nunc vbi exufflatio: hec facta fuit palam est: et enim facti ignis in terra hanc putãdum esse causam: cum densum accenditur primo in paruo discerpto aere. Argumentũ autem est ꝙ flant sub terra spiritus et ꝙ fit circa has insulas: cum enim ventus debeat flare auster presignificat prius: sonant enim ex quibus fiunt exufflationes propterea ꝙ mare propellatur iam de longe. Ad hoc autem ꝙ ex terra exufflans repellat iterum intus qua quidem supergreditur mare hac facit sonum sine scismo propter amplitudinem locorũ: effunditur enim in immensum extra ꝛ propter paucitatẽ repulsi a eris. Adhuc fieri solem caliginosum et obscuriorem sine nube ꝛ ante matutinos terremotus aliquando tranquillitatem ꝛ frigus forte signũ dicte cause est: solem enim caliginosum ꝛ obscurũ necessarium esse incipiente spiritu progredi in terram dissoluẽte aerem ꝛ disgregante et ad auroram ꝛ matutinos: trãquillitatẽq; qua ꝛ frigus, tranquil-

litatem quidem enim nessariuz est vt in plurimum accidere: quemadmodum dictum est pri⁹ velut regressu intro facto spirit⁹ ⁊ magis ante maiores terremotus: non discretū enim hoc quidem extra hoc autem intus sed totum intus simul latum necessariū valere magis: frigus autem accidit propterea ꝙ exalatio interuertit̃ natura calida existēs sm se non vident̃ autem venti esse calidi: q2 mouent aerem existentē plenum multo ⁊ frigido vapore sicut spiritus per hos exufflatus ⁊ enim hoc quidez de prope est calidus sicut et cum iamus: sed propter paucitatē non similiter manifestū de longe autem frigidus propter causam eandem ventis deficiente autem in terra tali virtute conueniens ꝓpter humiditatez vaporosus defluxus facit frigus in quibus accidit locus hanc fieri passionē. Idem autem causa ⁊ signi cōsueti aliquando fieri autez terremotus aut enim per diem: aut parum post occasum serenitate existēte nubecula subtilis appareat porrecta et longa velut linee longitudo q̃ plurimū recta in spiritu deficiente propter translationem. Simile autem accidit in mari circa littora: quandoquidem em̄ fluctuans inciderit vehemēter grosse ⁊ distorte fiūt regiminis quando autem tranquillitas fuerit ꝓpterea ꝙ parua sit segregatio subtiles sunt ⁊ recte. Quodquidē igitur mare facit circa terram hoc spiritus circa eam que in aere caliginē: vt quando fuerit facta tranquillitas omnis recta ⁊ subtilis derelinquat̃ tanq̃ nubecula sit regiminis aeris propter eandē causam autē ⁊ circa eclipses aliquādo lune accidit fieri terremotum. Quādo em̄ iam prope fuerit interposito ⁊ nondum quidē omnino sit deficiens lumine ⁊ ꝙ a sole calidum ex aerei nam autē marcefactum tranquillitas fit contra translatio spiritu in terrā qui facit terremotum ante eclipses: fiūt autem ⁊ vēti ante eclipses sepe: in principio quidē noctis ante eclipses medie noctis: ī media autem nocte ante diluculares: accidit autem hoc ⁊ propter marcescere calidū ꝙ a luna cū ꝓpe fact[illegible] fuerit latio in quo facta fuerit eclipsis remissio igit̃

quo detinebat̃: aer ⁊ quiescebat iterum mouetur ⁊ fit spirit⁹ tardioris eclipsis tardior cū autem fortis fact⁹ fuerit terremotus non mox neq3 ad semel cessat agitans: sed quod primo quidē vsq3 ad circa .xl. dies agitat. Posterius autem et ad vnū ⁊ ad duos annos notatur secundum eadem loca. Causa autem magnitudinis quidez multitudo spirit⁹ et locoꝝ figure per qualia vtiq3 fluxerit: quaquidem enim repulsus fuerit ⁊ non facile pertrāseat: ⁊ ꝙ concutit maxime et intus retineri necessarium in resistentibus velut aqua non potens pertransire ꝓpter quod sicut in corpore pulsus non repēte cessant neq3 cito sed per moram marcefacta passione et principiū a quo exalatio facta fuit ⁊ ortus spiritus palam ꝙ non mox omnē expandit materiam ex qua fecit ventum quem vocamus sismum: quousq3 igit̃ consumatur reliquias horum necesse agitare: debilius autez ⁊ vsq3 ad hoc donec vtiq3 minus exalatum sit q̃ non possit mouere manifeste facit autē ⁊ sonos qui sub terra fiūt spiritus et eos qui ante terremotus ⁊ sine autem terremotibus communia alicubi facti sunt sub terra sicut em̄ et ꝑcussus aer omnimodos emittit sonos sic et percutiēs ipē: nihil em̄ differt verberans enim simul ⁊ ipsum verberatur omne prouenit autem sonus motū: quia subtiliorum partium est: ⁊ q2 magis per omnem penetrat sonus spiritū cū autem minor fuerit q̃ vt moueat terram propter subtilitatem propter facilem quidem penetrare nō potest mouere: q2 autem offendit ad solidas moles ⁊ cōcauas ⁊ omnimodas figuras omnimodū emittit sonū vt aliquando videatur quodquidā dicūt prodigia vulgantes mugiare terram. Iam autem eruperunt aque factis terremotibus sed non ꝓpter hoc aqua causat mot⁹: sed si fuerit ex superficie: aut desubtus vim inferat spūs illam mouens: ⁊ sicut fluctuū: sed venti non fluct⁹ ventorū: qm̄ ⁊ terrā sic vtiq3 q̇s causet passionis: euertit̃ em̄ agitata queadmodū aqua effusio enim euersio quedā est: s3 hec ambo q̇daz causa vt materia. Patit̃ em̄ sed nō agunt: spūs aūt vt principiū: vbi aūt simul cū

terremotu fluct⁹ factus fuit causa quādo contrarij facti sunt spiritus: hoc autem fit cum agitans terram spiritus latum ab alio spiritu mare repellere quidam omnino non possit: propellēs autem et coartans ad idem congregaue rit multum: tunc enim necessarium vīcto hoc spiritu simul multū pulsum a contrario spiritu erumpere et facere cataclismum: fuit autem et factum hoc et circa achaiam extra: quidem enim erat auster: ibi autem boreas: tranquillitate autem facta et fluēte intro vento factus fuit et fluctus et terremot⁹ simul et magis propter mare non dare perflationē impetum facienti sub terra spiritū sed obsistere: vim enim inferentia inuicem spiritus quidem terremotum facit: hypostasis autem spiritus cataclismum scdm autem partem fiunt terremotus et sepe ad modicū locum: venti autem nō scdm partem quidem: cum exalationes que scdm locum ipsum et vicinantē conuenerint in vnum sicut et siccitates fieri diximus et pluuias scdm partem. Et terremotus quidem fiunt per hunc modum: venti autem non. hi quidem enim in terra principium habent: vt ad vnū omnes impetuentur: sol autem non simul potest: pluuie autem suspensa magis vt fluant cum principiū acceperint a solis latione iam scdm differentias locorum ad vnum. Quando quidem igitur fuerit multus spirit⁹ mouet terram: vt autem tremor ad latum fit autem raro aut scdm aliqua loca velut pulsus sursum de subtus: propter quod minus agitat hoc modo. Non enim facile fit multum conuenire principium ad longitudinem enim multiplex eius que a profundo exalatio. vbicunq autem factus fuerit talis sismus egredit multitudo talium lapidum sicut bullientium in caldarijs: hoc enim modo facto sismo que circa Sipelon euersa sunt et campus vocatus phlegreum et que circa ligusticam regionem. In insulis autem ponticis minus fiunt terremotus q̄ in his que ad terram: multitudo enim maris infrigidat exalationes et prohibet pondere suo et vim infert. Adhuc autem fluit et non agitatur obtenta a spiritibus: et quia multū occupat locū nō in hac sed ex hac exalationes fiunt et has consequūtur que ex terra: que autem prope terram pars sunt terre: intermedium autem propter paruitatem nullam habet virtutē: ponticas autem non contingit moueri sine mari toto a quo cōtente exiſtūt de terremotibus quidem igitur: et que natura et propter quam causam fiunt et de alijs accidentibus circa ipsos dictum est fere de maximis de coruscatiōe aut et tonitruo adhuc autem de typhone et incensione et fluminibus dicamus: et enim horum idem principiū existimare oportet omnium. Exalatione enim existente: vt diximus hanc autem humida: hac autem sicca et concretione habente ambo hec potentia et cōstare faciente in nubem: sic vt dictū est prius. Adhuc autem spissiori consistentia nubiū facta ad vltimam summitatē qua enim deficit calidum disgregans in superiorem locum ad spissiorem et frigidiorem necesse est consistentiam: propter quod et fulmina et etuefie et omnia talia feruntur deorsum q̄uis nato sursum calido frigidi omni sed ad contrariū inspissationis necessarium fieri extrusionem: velut pyrenes ex digitis exilientes: etenim hic pondus habentia feruntur sepe sursum. Segregata quidē igitur caliditas in superiorem disparg[i]tur locum: quecunq autem intercluditur sicca exalatio intransmutatione infrigidati aeris hec cōuenientibus nubibus segregatus: vt autem lata et offendens ad cōtinētes nubes facit percussuram cuius sonus vocatur tonitruum. fit autem percussura eodem modo vt compare[t]ur maiori minor. Passio enim que in flamma fit sono quod vocant hi quidem vulcanum ridere: hi autem vestam: hi autem cōminationem horum fit autem quando exalatio in flammā conuersa feratur ruptis et siccatis lignis. Sic enim et in nubibus facta spirit⁹ segregatio ad spissitudinem nubium incidēs facit tonitruum. Omnimodi autem soni ꝑpter irregularitatem fiunt nubiū et propter intermedios ventres quā cōtinuitas deficit.

spissitudinis. Tonitruum quidem igitur hoc est et fit propter hanc causam spiritus autem extrusus secundum multa quidem igitur subtili et debili ignitione et hoc est quod vocamus corruscationem qua utique velut excidens spiritus coloratus appareat. Fit autem post percussuram et posterius tonitruo sed videtur prius quia visus anticipat auditum. patet autem in ductu triremium. Jam enim referentibus iterum remos non primus pertingit sonus remi percussionis quamvis quidem dicant quod in nubibus fiat ignis hunc autem Empedocles quidem ait interceptum esse de solis radijs Anax. autem de eo qui desuper ethere quod etiam ille vocatur ignem delatum a desup deorsum. ¶ Micationem quidem igitur huius ignis esse corruscationem: sonum autem intus extincti et fixi in tonitruum tamque sicut videtur factum: sic et prius corruscatio fit tonitruo. irrationabilis quidem et ignis interceptio utroque modo. quidem magis autem detractio eius qui desuper etheris. ¶ Quare enim feratur deorsum natum sursum oportet dici causam et propter quod aliquando hoc fit circa celum quando nubilosum fuerit tantum sed non continue sic. serenitate existente non fit hec enim omnino videtur dictum esse festine. Similiter autem et dicere eam que a radijs interceptam caliditatem in nubibus esse horum causam non probabile: Etenim iste sermo irrationabiliter dictus est valde Segregata enim necessarium esse causam semper et determinatam et que tonitrui et que corruscationis et aliorum talium et sic fieri et hoc differt plurimum. simile enim utique et si quis putet aquam et nivem et grandinem inexistentem prius posterius segregari et non fieri velut ypotheca faciente semper conerectionem unumquodque ipsorum. Eodem enim modo et illa concretiones et hoc disgregationes existimandum esse. quare si altera horum non fiunt sed sunt de ambobus eundem congruit ratio. Interceptionemque aliquid utique magis alterum dicet quisquam quemadmodum in spissioribus: et enim aqua a sole et ab igne fit calida. sed tamen cum iterum constet et infrigidetur aqua coagulata nullam accidit fieri talem excidentiam qualem illi dicunt quamvis oportebat secundum rationem magnitudinis fervorem facere spiritum intus factum ab igne quod non possibile inexistere prius neque illi sonum fervorem faciunt sed fixum. Est autem fixis parva bullitio qua enim quod extinguitur incidens obtinuerit ac bulliens facit sonum. Sunt autem quidam qui corruscationem sicut et cleidemus non esse aiunt sed videri assimilantes tamquam passio sit similis et quando mare quis virga percusserit. Videtur enim aqua effulgens nocte sic et in nube raptim moto humido apparentiam fulgoris esse corruscationem. Isti quidem igitur nondum consueti erant his que de refectione opinionibus quod quidem videtur causa talis passionis esse. Videtur enim aqua fulgure percussare fracto ab ipsa visu ad aliquod fulgidorum propter quod et fit hoc magis nocte. Die enim non videtur: quia amplius lumen existens quod diei exterminat. Quequidem igitur dicuntur ab alijs et de tonitruo: et de corruscatione hec sunt his quidem quia refractio corruscatio. His autem quia ignis quidem perlustratio corruscatio tonitruum autem extinctio non intus facto se dunaquaque passionem igne sed inexistete. Nos autem dicimus eandem esse naturam super terram quidem ventum: in terra autem terremotum in nubibus autem tonitruum omnia enim esse hoc secundum substantiam idem exalationem siccam que fluens quidem qualiter ventus est. Sic autem facit terremotus. In nubibus autem disgregata convenientibus et congregatis ipsis in aquam tonitrua que et corruscationes: et cum his alia nature eiusdem his existentia. Et de tonitruo quidem et corruscatione dictum est.

¶ Caput. xiiij.

Are ut dictum est non solum fluitre fluit virtute lune: sed etiam sepe ad omnem differentiam positionum ex parte ventorum agitantur aquas de quibus ad huiusmodi noticiam est dicendum. ¶ Ubi notandum primo secundum phm .ij. metheo. quod ventus diffinitive est multa exalatio subtilis calida et sicca ipetuose lateraliter mota ad magnam distantiam. primo dicitur multa quia pauca exalatio quantumcumque sibi competant primum

omnes particule alie diffinitionis non dicitur vent⁹
ideo nec anhelitus nec aer motus a folliculo dicit̄ ve
tus dato ꝙ si exalatio cum alijs partibus diffinitio-
nis. scḋo dicit̄ exalatio ad differentiā elementoꝝ: q̄re
nec aqua nec aer nec ignis motus pōt esse ventus: qꝛ
tūc esset ratio quare aliquis vent⁹ diceret̄ borealis
⁊ alter australis. aliquis calidus ⁊ alter frigid⁹. ali
quis humid⁹ ⁊ alter sicc⁹. aliqs pluuiosus ⁊ alter grā
dinosus. tertio dicitur subtilis ad differentiā terre
motus ⁊ aliaꝝ exalationū mouentiū ⁊ terminantiū
visum: qm̄ ipossibile ē vētū videre. q̄rto dr̄ calida et
sicca ad differentiam vaporum qui dicunt̄ cōmuni-
ter exalationes calide ⁊ humide. quinto dicitur ipe-
tuose qm̄ exalationes sensuicem lente percutientes
non faciunt ventum. sexto dicitur lateraliter mota
qm̄ exalationes mote solum superius ⁊ inferius non
causant ventum. ideo oportet ꝙ oblique ⁊ lateraliter
moueātur ⁊ huius difformitas est ratione difformiū
exalationum: quare subtiliores mittunt̄ ad latera et
oblique mouent̄ sicut contingit de pluuiis mota sen-
sim. septimo dicitur: quia exalatio habēs oēs ꝯditio-
Secūḋi. nes dictas si nō mouet̄ ad magnaꝫ distantiam nō di
citur ventus. ¶ ¶ Secundo notandum ꝙ exalatiōis
calide ⁊ sicce que est materia vētorum frigiditas nō
est causa: cum illa nō eleuet sed deprimat inducendo
grauitatē. nec caliditas ignis in spera sua. cum nō
possit agere in mediā regionē corrūpendo frigidita-
tem eius: ergo a fortiori non poterit agere hic infe-
rius eleuādo exalatiōes: nec caliditas ignis hic infe
rius existens: qꝛ tunc plures ⁊ maiores venti deberēt
fieri in hyeme q̄̄ in estate ex quo tunc plures ⁊ maio-
res ignes apud nos fiunt sed caliditas sola est cau
sa huiusmodi exalationis non circumscribendo vir-
tutes calefactiuas stellarum. sol enim sua caliditate
subtiliando ⁊ calefaciendo eleuat tam a terra q̄̄ ab
aq̄ exalationes calidas ⁊ siccas ex q̄bus vēti gn̄ant̄.

1ª ꝯclusio. **His visis** sit hec prima conclusio sol est cau
sa generationis et corruptionis
seu cessationis ventorum. prima pars patet quia sol
mediocri caliditate est cāsa exalationum ex quib⁹ na
turaliter generantur venti. scḋa vero declaratur eo
ꝙ sol excessiua caliditate resoluit ventos in continēs
⁊ isto modo est causa positiua. sed priuatiua cā cessa
tionis ventorum est per sui absentiam frigido adue
niente cōprimente exalationes sicut dicitur. ij. phys.
2ª ꝯclusio. ꝙ sicut nauta per sui p̄sentiam est causa preseruatio
nis nauis ita per sui absentiam est causa submersio
nis eiusdem. ¶ Secunda conclusio. frigiditas est cau
sa positiua corruptionis ⁊ cessationis ventorum pa-
tet: quoniam frigiditas ingrossando exalationes fa
cit eas descendere. comprimendo per condensationē
superficiem terre prohibet eleuationem illaꝝ. ¶ Ex
qua conclusione ⁊ alia sequitur ꝙ in vere ⁊ in autūno
debent fieri plures ⁊ maiores venti q̄̄ in estate ex in
hyeme: qꝛ in vere ⁊ autūno non est excessiua caliditas
nec frigiditas. In hyeme autem est excessiua frigidi
tas ⁊ constringens poros: ⁊ in estate excessiua caldi-
Tertia cō- tas non solum resoluens exalationem eleuatam ad
clusio. aerem: sed etiā genitā in poris terre: recte sicut ignis
guttā aque resoluit absq̄ exteriori fumatiōe. ¶ Ter-
tia conclusio. aliqua pluuia est causa corruptionis ex
cessationis alicuius venti: non tamen quelibet cuius
libet. prima pars patet: qꝛ aliqua pluuia in suo descē
su extinguit alicuius venti exalationes ⁊ per suā fri-
giditatem facit illas descendere. secūda vero ē nota:
quoniam parua pluuia non solum extingueret ma-
gnam ventum sed per antiparistasiꝫ augeret ⁊ resol-
ueretur in exalationeꝫ aut in continens: immo est qui
dam vent⁹ q̄ nunq̄̄ fiat nisi aqua pluente eo ꝙ in la-
tebris nubis multa est exalatio calida ⁊ sicca q̄ nisi
4ª ꝯclusio. aqua moueatur deorsum non potest habere exitum.
¶ Quarta conclusio. aliquando post pluuiam gene-
rantur venti. prima pars patet: quoniam interdum
ante pluuiam terra est ita sicca ꝙ non potest fumare
⁊ adueniente pluuia multum fumat exalationes pro

pter ebullitionem factam. recte sicut magna ebullitio
in calce post appositionem aque: ex qua generantur
multe exalationes. secūda vero pars declaratur: qm̄
aliquando est ita modica pluuia ⁊ terra sicca ꝙ sta-
tiꝫ resoluit̄ sine fumatiōe sicut gutta aq̄ i magno igne
aliquando autem est satis magna ⁊ partiꝫ resoluitur
sine fumatione ⁊ partim cum fumatione que fuma
tio non sufficit causare ventum. Interduꝫ vero est tā
ta pluuia ⁊ tante durationis ꝙ obstruit poros terre
prohibens exitum ⁊ eleuationem exalationum. Primum.

Contra primam conclusionem arguitur pri-
mo sic generatio ventorum ⁊ corru-
ptio ventorum sunt effectus contrarij. ergo nō pos-
sunt esse ab aliqua causa non cognita patet consequē
tia per illud. ix. meta. potentia rationalis est ad op-
posita: sed non potentia irrationalis: ⁊. ij. de genera-
tione idē inq̄̄tum idem semper natum est facere idē. Scḋm.
¶ Secundo. si sol est causa generationis ventorum:
aut igitur in maxima propinquitate ad nos: aut in
maxima distantia aut medio modo. non primuꝫ nec
secundum. qꝛ in estate ⁊ in hyeme fiunt pauciores vē
ti q̄̄ alijs temporibus. ij. metheo. nec etiā medio mo-
do: qꝛ quod non potest facere potentia maior: nec po
tentia minor sed sol est vigorosior in cancro ⁊ leone
q̄̄ in vere ⁊ autūno non ergo si in cancro et leone sol
non mouet ventos: nec etiam in signis correspondē Tertiū.
tibus veri ⁊ autumno. ¶ Tertio sequitur ꝙ plures ⁊
maiores venti fiunt in meridie q̄̄ in ortu ⁊ sub equi-
noctialis inter duos tropicos q̄̄ in alijs regionibus
subiectis polis: consequens est contra philosophum Quartū.
scḋo metheo. ¶ Quarto arguitur. aliqui venti sunt
frigidi ⁊ aliqui humidi: ergo sol non est per suam ca
liditatem causa productiua. patet consequentia: ⁊ an
tecedens est philosophi. ij. metheo.

Ad primum dicitur nego consequentiaꝫ: Ad primū.
⁊ ad philosophum dico ꝙ si
cut idem agens respectu diuersorum subiectorum p̄
ducit effectus contrarios: vt liquefactioneꝫ ⁊ desicca
tionem: ita cum diuerso instrumento potest effectus
contrarios producere: modo sol caliditate mediocri
generat ventos. caliditate autem excessiua corrūpit
illos. Idem ergo inquantum idem ⁊ potētia irratio Ad secūḋ.
nalis eodem modo: sumpta non valet ad opposita: ⁊
hec est intentio Arist. ¶ Ad secundum dicitur medio
modo: ⁊ ad rationem respondetur: potētia maior po
test eundem effectum facere quem potentia minor:
dūmodo cetera sint paria. modo sol excessiua caldi-
tate resoluit multas exalationes: quas non resoluit Ad tertiū.
mediocri caliditate. ¶ Ad tertium negatur cōsequē
tia: eo ꝙ in meridie ⁊ sub equinoctiali plures exala-
tiones resoluuntur sole q̄̄ in ortu: in alijs regionib⁹ Ad quartū.
sub polis ratione intensioris caliditatis. ¶ Ad quar
tum dicitur ꝙ omnes venti sunt calidi ⁊ sicci p̄ncipiū
generationis ꝙ autem aliquī sint humidi ⁊ frigidi:
hoc est ratione viarum ⁊ regionum per quas gradiū
tur: sicut patꝫ ḋ āhelitu q̄ i p̄ncipio ē calid⁹ eo ꝙ exit a
p̄ncipijs calis postea aūt p elōgationē infrigidat̄ rō
ne frigiditatis medij. Ex predictis apparet quare tē
pore generationis ventorum decrescunt ⁊ diminuun
tur fontes ⁊ fluuij quia tunc multa exalatio calida ⁊
sicca mouetur sursum que tam ratione caliditatis q̄̄
siccitatis multam aquam consumit remittendo frigi
ditatem ⁊ humiditatem ⁊c. ¶ Caput. xvj.

A **Quibus** locis mouent̄ ven
ti est expediēs de- Primū.
clarare. ¶ Et ideo notandum p̄mo. Lec. 8.
ꝙ. xij. sunt venti s̄m philosophuꝫ. ij. 1
metheo. iuxta. xij. celi signa sub qui- 2
bus sol discurrens commouet et fa-
cit cessare ventos. primus vent⁹ est 3
auster: flans a polo antartico versus equinoctialem.
secundus est boreas contrarius illi. econtrario flans 4
a polo artico versus equinoctialem. tertius est ape-
liotes flans ab oriente equinoctiali ad occidens equi
noctiale. quartus est zephyrus flans econuerso ab

occidente equinoctiali ad equinoctialem orientem.
5 quintus est kekias flans ab oriente estiuali in occi-
6 dens hyemale. sextus est eurus flans ab oriente hye-
7 mali ad occidēs estiuale. septimus est argestes flans
8 ab occidente hyemali ad oriens estiuale. octauus est

libs flans ab occidēte estiuali ad oriens hyemale. op-
ponitur autem oriens estiuale occidenti hyemali: et
oriens hyemale occidenti estiuali: quia sic flant inui-
9 cem s̄m dyametrū orizontis nonus est messes inter
10 boream: et kekiam decimus dirascias inter arge-
11 tem ꝛ boream. vndecimus est libonotus: inter lybem
12 et austrum. duodecimus est fenecias inter austrum
et eurum. horum ventoꝝ quatuor primi sunt cardi-
nales ꝛ principalissimi: quia fortius flant sepius ad
maiorem distantiā: inter quos boreas ꝛ auster dicun-
tur principaliores: quia illis magis competūt condi-
tiones dicte. Alij vero quatuor sequentes sunt imme-
diate collaterales et minus principales. vltimi vero
quatuor sunt mediate collaterales et debilissimi: in
tantum ꝙ dicit Aristo. libonotū flare apud aliquos
Secundū et non apud omnes. ¶ Secundo notandū ꝙ hic non
capitur polus pro puncto celi: sed pro magna parte
terre supposita illi prebente multā exalationē: quia
modica exalatio non dicitur boreas neqꝫ auster: nisi
solum ventus eleuatus in climate secūdo supposito
circulo artico versus equinoctialem dicitur boreas:
sed quilibet ventus eleuatus in quolibet climate re-
cedens a polo artico versus tropicum cancri ad pri-
mum clima. versus autem equinoctialē ꝛ polum an-
tarticum dicitur boreas: et econuerso dicitur auster
quilibet ventus recedens a polo antartico per elon-
gationē versus polum articū qui est polus noster.

Prima conclusio. **His premissis** sit hec prima conclusio. boreas aliquando flat per omnia septem climata ꝛ aliquādo per pauciora. prima pars patet: quia aliquādo in septimo climate eleuat exalatio calida ꝛ sicca: que ratione magne fri-gidiratis compellit vsqꝫ ad primū clima quod inci-pit a solstitio estiuali seu tropico cancri. secūda pars declaratur: quoniā aliquādo eleuatur exalatio cali-da ꝛ sicca in septimo climate ꝛ a frigiditate non pro-pellitur nisi ad sextum aut quintum clima. similiter aliquando talis exalatio eleuatur in sexto climate et a frigiditate illius climatis non propellitur nisi vsqꝫ ad tertium aut quartum clima: et sic de alijs. aliquan-do autē boreas non flat nisi per vnum clima: et quā-do eleuatur in fine septimi climatis: et a frigiditate solum ad principiū propellit aut quādo eleuatur in fine alterius climatis: ꝛ non vltra principiū eiusdem propellitur. ¶ Secunda cōclusio. impossibile est ven-tum borealem esse ventum australem: et tamen ven-tus borealis aliquando erit australis. prima pars patet: quia impossibile est eandem exalationem nu-mero elōgari a polo artico ꝛ appropinquare eidē. se-cunda pars declaratur ponendo ꝙ a secūdo climate eleuetur ventus versus primum clima. deinde ꝙ ra-tione frigiditatis reperte redeat ad secundū clima: ꝛ sequitur ꝙ ista exalatio numero in primo motu est boreas: in secundo autē est auster. Secūda cōclusio. ¶ Tertia conclu-sio. possibile est boream fieri ex duobus ventis con-trarijs: quorum nullus est borealis. probatur ponen-do ꝙ duas exalationes calidas et siccas moueri ad eundem punctum contra seinuicem ab oriente equi-noctiali ad occidens eiusdem ꝛ econuerso equali co-natu: quo posito cum veniens ad eundem punctum: ex his fiet vnus ventus non mobilis nec ad oriens: nec ad occidens equinoctialis propter equalitatem potentie: ergo mouebitur motu medio versus po-lum articum: et sic erit australis: aut versus polum antarticum: et sic erit borealis. Tertia conclusio. ¶ Quarta cōclusio est ista. idem ventus numero respectu eiusdem potest re-cipere predicationes omnium ventorum. patet: quia eadem exalatio numero potest moueri ab artico ad antarticum: et sic erit boreas. deinde propellitur a fri-giditate illius poli versus articum: et sic erit austra-lis: et cum erit in via poterit reperire alium ventum equalis potentie quo necessario mouetur ad latus versus oriens ꝛ erit occidentalis aut versus occidēs ꝛ erit orientalis: et hoc multipliciter sicut multi ven-ti dicuntur orientales et multi occidentales. Ex ista conclusione ꝛ precedentibus sequitur ventos non es-sentialiter distingui: sed solum accidentaliter. pri-ma pars patet: quia omnes exalationes calide ꝛ sicce sunt eiusdē speciei specialissime modo ego non pono differentiam essentialem inter ventum et exalatio-nem calidam et siccam: licz enim terra exalatio et im-pressio ignita differant specie specialissima: non ta-men ventus et exalatio: eo ꝙ ventus est exalatio cali-da et sicca s̄m Aristo. ij. metheo. omnis nāqꝫ ventus est exalatio ꝛ non econtra: ideo ventus ꝛ exalatio nō differunt nisi ratione superius ꝛ inferius. secunda autem est manifesta: quoniam aliqui venti sunt ca-lidi: et aliqui frigidi: et aliqui humidi: et aliqui sicci: ꝛ in eisdem denominationibus s̄m magis et minus. ista de causa vult Phs ꝙ borealis ꝛ australis sint for-tiores alijs et sepius flent: quia generantur sub po-lis in locis mutarum frigiditatum a quibus sepe et valde impetuose propelluntur. Quarta cōclusio. Lec.6.

Contra predicta arguit. et primo ꝙ non sint plures venti specie accidentaliter di-stincti: quia omnium ventorum materia est exalatio calida et sicca: igitur nulli sunt frigidi nec aliqui hu-midi: patet consequentia. antecedens est Phi. ij. me-theoroꝝ. ꝛ si dicitur ꝙ illud est verum circa principiū: sed postea ratione vistum distinguuntur accidenta-liter. Et ex ista sequitur ꝙ non debent esse nisi qua-tuor venti accidentaliter distincti iuxta numerum quatuor qualitatum primarum. ¶ Secundo argui-tur ꝙ sint plures venti duodecim: quia infinite linee ꝛ recte possunt protrahi a circunferentia ad centrum eiusdem orizontis: sed non est ratio ꝙ a duodecim punctis orizontis procedunt venti ꝛ non ab alijs: er-go plures sunt venti ꝙ̄ duodecim. ¶ Tertio argui-tur ꝙ boreas non generatur sub polo artico: quia cum sibi sit frigiditas respiciens omnem differen-tiam polum sequitur ꝙ boreas flat per totam ter-ram contra quod est predicta ac contra determina-tionem Phi. ij. metheo. ¶ Quarto arguitur sic ꝙ au-ster non generetur sub polo antartico ex sententia phi losophi ibi supra di. ꝙ auster non flat nobis a polo antartico sed tropico estiuali. de ambobus autem potest argui ꝙ nō flant sub polis: eo ꝙ ibi est magna et excessiua frigiditas habens facere cessare ventos constringendo meatus terre. Primū. Secūdū. Tertiū. Lec.6. Quartū. Lec.7.ꝛ.8.

Ad primũ. **Ad primum** dicitur q sicut aer dicitur calidus et humid⁹: quia ad talia accidentia naturaliter inclinatur: et tamen ab extrinseco infrigidatur naturaliter: quia passim confert vim: ita quilibet ventus est calidus ꝛ siccus circa principium originis et ad alia accidẽtia ratione forme substantialis naturaliter inclinatur: tamen recipit predicationes aliarum qualitatũ primarum ab extrinseco ratione viarum per quas transit ꝛ hoc naturaliter propter inclinationẽ materie. ¶ Et ad argumentum tunc nõ deberent esse nisi quatuor venti: negatur ↄsequentia est: quia ventus est mixtum imperfectum: in quo sunt quatuor qualitates prime potentes generare multas qualitates secũdas ex diversis mixtionibus earũdem qualitatum: sicut patet supra de multis virtutibus accidentalibus diversarũ specierum repertis in qua: et tamẽ omnes aque sunt eiusdem speciei. Dicendum tamen q in illis quatuor qualitatibus fiunt duodecim notabiles mutationes quibus denominantur duodecim venti.

Ad secũm. ¶ Ad secundum cõcedo q plures sunt venti q̃ duodecim numeraliter distincti: tamen omnes coincidunt in denominationes predictas.

Ad tertiũ. ¶ Ad tertium dicitur q boreas non immediate generatur sub polo artico: sed inter circulum articum ꝛ circulum estiualem: quare mittitur ad vnam differentiam positionũ ꝛ non ad aliam.

Ad qrtum. ¶ Ad quartum concedo q auster non generatur sub polo antartico: sed distanter ab eo: scꝫ inter circulum antarticum ꝛ tropicum hyemalem seu circulũ capricorni: quod idem est q̃d autem dicitur q non flat nobis ab antartico: sed a tropico estiuali debet intelligi q non percipimus cum flare nisi a tropico estiuali propter montes impedientes ipsum. Ex predictis sequitur q boreas ꝛ auster non generantur vbi est excessiua frigiditas: sed distanter a polis vbi est caliditas solis sufficiens eleuare multitudinẽ exalationũ: ex quibus generantur venti. Et si queritur vtrum inter tropicum cancri ꝛ tropicum capricorni generantur venti. Dicitur q sic: si sub equinoctiali est terra habitabilis: et illi venti denominantur sic apud nos. si autem non sit terra habitabilis dicatur q non generantur venti propter excessiuam caliditatem consumentem omnes exalationes.

¶ Caput. xvj.

Primum. **Ut predicta** clarius intelligãtur assignande sunt in hoc capitulo distinctius ventorum complexiones. ¶ Et ideo notandum primo q cum omniũ ventorũ materia sit exalatio calida et sicca: vt dictũ est prius: nulli venti ex sua substãtia dicuntur frigidi et humidi: sed ratione mixtionis eorũdem cum aere: dicit enim aliquis ventus frigidus: quia continue ipso flante aer frigidior efficitur: et dicitur humidus si continue aer fiat humidior et calidus si calidior: et siccus si siccior dicitur nubilosus si fiat apud flatum eius aer nubilosus: et serenus si serenus: ideo boreas dicitur serenus: quia flatus eius est cum aere sereno: et auster pluuiosus: quia aer secum delatus est turbidus ꝛ pluuiosus.

Secundũ Lec. 2. ¶ Secundo notandũ q cum mundus inferior regatur a celo. primo metheo. in tantũ q forme et species horum inferiorum sint virtualiter in superioribus. ij. de genera. corpora celestia in hoc inferiora non per qualitates elemẽtales: sed per virtutes ꝛ influentias priores naturaliter q̃ sint qualitates elementales: licet in suis effectibus concurrant multotiens qualitates ille disponendo ꝛ coadiuuãdo: ideo licet ex radice inferioris flatus diuersorum ventorum determinetur a frigido laterali: tamen ex radice superiori prius diuerse constellationes determinant exalationẽ ad flatus diuersorum ventorum: vt constellatio a/ad flatum boree. constellatio b/ad flatum austri. constellatio c/ad flatum apeliotis. et constellatio d/ad flatum zephiri. Isto posito ponamus etiam q eedem constellationes habeant cum predictis virtutibus alias virtutes: vt q a/est exiccatiua ꝛ non euaporatiua: b/autem multum euaporatiua ꝛ non consumptiua vaporis. Et sequitur statim q austro flante debẽt fieri nubes ꝛ pluuie. borea autem flante debent fieri serenitates: et hoc non solum ratione complexionum illorum seu ventorum a quibus propellũtur: sed per maxime ratione a/et b/constellationum.

Prima cõclusio. **His visis** sit hec prima conclusio. quatuor tẽpora anni naturaliter sibi determinant quatuor complexiones elementorum. patꝫ: quia estas est calida et sicca ad modũ ignis: hyems humida ꝛ frigida ad modum aque: ver calidum ꝛ humidum ad modum aeris: et autũnus frigidus et siccus ad modũ terre. remanet enim in vere humiditas hyemis ꝛ frigiditas corrumpitur per caliditatem solis ascendentis per aerem: in autũno autem remanet siccitas estatis precedentis ꝛ caliditas corrumpitur frigiditate adueniente ex declinatione solis per libram versus capricornum.

Secũda cõclusio. ¶ Secũda conclusio. quatuor plage terre habent complexiones quatuor elementorum. patet: quoniã plaga terre supposita cancro est calida ꝛ sicca ratione excessiue caliditatis solis: et plaga terre supposita capricorno est frigida et humida ratione elongationis maxime a sole. illa vero que est supposita arieti est calida et humida propter accessum solis: ꝛ illa que est supposita libre est frigida et sicca propter declinationem solis.

Tertia cõclusio. ¶ Tertia conclusio. quatuor venti principales habent complexiones quatuor elementorum: ita q boreas et auster habent complexiones cõtrarias et etiam venti orientales ꝛ occidentales. probatur: nam boreas est frigidus ꝛ humidus propter locum sui trãsitus suppositus polo artico: ꝛ auster est calidus ꝛ siccus cũ veniat a loco supposito cancro. Similiter venti orientales sunt calidi ꝛ humidi ꝛ occidentales oppositi sunt frigidi et sicci. vnde sm Philosophum. ij. metheo. venti orientales semper sunt cum sole: ideo sunt calidi. occidentales autem sunt frigidi: quia modicum stant cum sole sicut modicum stant tecum tibi obuiantes in via. multum autem stant tecum simul venientes in via: ex quo sequitur q si humiditas ꝛ siccitas competunt istis: humiditas debet competere oriẽtali qui est calidus et frigiditas occidentali qui est frigidus: non enim potest esse orientalis calidus et siccus: nec occidentalis frigidus ꝛ humidus: quia tunc non distinguerentur a borea et austro. Lec. 7. ꝛ 8. ¶ Ex ista conclusione sequitur q omnes duodecim venti habent complexiones elementorum eo q quilibet principalis habet duos collaterales eiusdẽ complexionis cum eodem: licet remissiue ꝛ debilius.

Quarta cõclusio. ¶ Quarta conclusio. predicti venti possunt mutare complexiones ex nouitate constellationũ aut impedimento solis. patet: quoniam sicut interdum tempore hyemali est caliditas magna et tempore estiuo magna frigiditas: ita ventus orientalis potest esse frigidus et occidentalis calidus ratione constellationum. Item boreas in hyeme vere est et multum frigidus ꝛ auster multum calidus: ꝛ hoc est rationabile scđm complexiones eorum communes: tum in estate est calidior q̃ auster: ꝛ causa est serenitas boree et nubilositas austri. Nam sol in estate est valde potẽs calefacere terram in aere sereno. Nubes autem refrigerant aerem non permittentes radios solares descendere in terram. vbi autẽ cum austro contingat aerem esse serenum tempus efficitur estuosissimũ. Et si queritur propter quid est q boreas est serenus ꝛ auster pluuiosus. Respondet Lec. 8. Philosophus. ij. metheoror. quia remouet nubes a loco angusto sphere ad locum amplum in quo plurimum rarefiunt et subtiliantur. Auster autem mouetur a loco amplo ad locum angustum versus polum articum continue constringendo et ingrossando vapores quoniam sphere angustiores sunt magis sub polis q̃ sub equinoctiali. Ad tollendũ tamen difficultates debet addi causa prior ex parte influẽtie.

celi determinātis vetitum illum ad huiusmodi operationem faciendam: contingit tamen boream facere tempus pluuiosum secundum phm vdi supra: vt si ratione obstaculi retrocederet a loco amplo ad locū angustum constringendo vapores aut velocius moueretur ꝙ nubes et impetu: tunc enī nubes condensarentur ⁊ fieret pluuia.

Primum **Contra** predicta arguitur ⁊ primo ꝙ quatuor tēpora anni non hñt cōplexiones quatuor elementorum: quia non est ratio quare ver debeat esse humidum aut autumnus siccus: cum enim maioris actiuitatis sit caliditas vel frigiditas ꝙ humiditas aut siccitas secundo de gene. sequitur qđ si corrumpitur frigiditas adueniente vere ꝙ etiam corrumpitur humiditas ⁊ si corrumpatur caliditas adueniente autumno ꝙ etiam corrumpitur siccitas.

Scđm. ¶Secundo arguitur ꝙ venti orientales ⁊ occidentales nō habent complexiones cōtrarias: quia venti occidentales nocturni maiori tempore sunt cum sole vl' iuxta ꝙ venti orientales nocturni: ergo venti occidētales sunt calidiores orientalibus.

Tertiū. ¶Tertio arguitur ꝙ boreas est pluuiosus ⁊ auster serenus: quia auster est calidus ⁊ siccus: ergo habet subtiliare aerem ⁊ nubes ⁊ per consequens est serenus boreas autē cū sit frigidus ⁊ humidus habet ingrossare nubes ⁊ per consequens est pluuiosus: ⁊ hec videtur esse sententia philosophi secundo metheo.di. ꝙ occidentalis re-

Quartum. ductur ad boream: ⁊ certuʒ est ꝙ occidentalis est nobis pluuiosus ⁊ non serenus. ¶Quarto arguitur qđ quilibet ventus est pluuiosus ⁊ serenus: quoniam quilibet ventus est exalatio calida ⁊ sicca habens subtiliate aerem ⁊ nubes. ergo est seren⁹. Item quilibet vētus habet ingrossare aerem per suuʒ motum. ergo est pluuiosus. deinde quocunqꝫ vento dato aliquando tempore illius est serenitas ⁊ aliqñ pluuia vt ptʒ per

Ad primū experienciam.

Ad primuʒ dicitur ꝙ sicut frigiditas ⁊ caliditas sunt maioris actiuitatis ꝙ humiditas ⁊ siccitas, ita humiditas ⁊ siccitas sunt maioris resistentie ꝙ caliditas. ideo bene possūt corrumpi caliditas ⁊ frigiditas remanēte humiditate ⁊ siccitate. ¶Intelligendum tamen ꝙ verum medium estatis est sole existente in primo puncto cancri ⁊ verum medium hyemis est sole existente in primo puncto capricorni. ⁊ veris in primo arietis. ⁊ autūni in primo libre. ⁊ ex hoc concedo ꝙ ver ante eius medium est frigidum tam ex reliquijs hyemis ꝙ ex depressione solis. ⁊ autumnus ante eius medium est calidus tam ex reliquijs estatis ꝙ altitudine solis: sed ver est in fine calidum propter ascensum solis. ⁊ autūnus frigidus in fine propter descensum illius: modo

Ad scđm secundo de anima iustum est vnum quodqꝫ denominati a fine. ¶Ad secundum dicitur ꝙ quia a nobiliori fit denominatio ideo venti orientales dicuntur calidi: ⁊ occidentales frigidi: quia de die recipiunt tales pre-

Lec.9. dicationes: licet de nocte recipiant cōtrarias: modo dies est nobilior nocte. deinde noctes sunt tranquilliores diebus. scđo metheo. ideo si fiant venti notabiles illi fiunt de die ⁊ non de nocte: nisi forte ex nouitate alicuius constellationis: quia frigus noctis habet prohibere ventos ⁊ iō comparatio ventorum dʒ fieri re-

Ad tertiū. spectu diurnalium ⁊ non nocturnalium. ¶Ad tertiuʒ dicitur ꝙ auster quantum est de se habet subtiliare sʒ ratione loci per quem flat habet ingrossare: similiter boreas ex sua complexione habet ingrossare: sed rōne difformitatis loci per quem mouetur quodāmodo p accidens subtiliatur. Et cum dicitur ꝙ ventus occidentaliter reducitur ad boreā. verū est ex parte frigi-

Ad quartū ditatis: non autē ex parte totius complexionis. ¶Ad quartuʒ dicitur ꝙ licet quilibet ventus substantialiter debeat esse calidus ⁊ siccus: tamen accidentaliter ratione locorū recipit illas cōplexiones: ⁊ ideo aliqs ventus est pluuiosus: non tamen quilibet. Et tunc ad argumentum negatur cōsequentia: quia multotiens condensatur aer ⁊ nubes propelluntur ad solem vbi resoluuntur. Cum autem reducitur experientia Respondetur ꝙ illud est ratione specialis influentie: et non complexionis. Isto modo soluitur dubitatio de permutatione ventorum quare in eodem loco flat aliquando auster: ⁊ aliquando boreas: aliquando zephyrus: aliquādo eurus: aut apeliotes: hoc enim non vr posse prouenire ex motu solis quia tūc quolibet die flarent successiue omnes venti illi quo ad nos: quod est falsum: immo interdum multis diebus flat auster ⁊ postea multis diebus flat boreas: ⁊ sic de alijs: nec potest dici ꝙ sit ratione situs nostri ad montes vel ad maria: quia iste situs nunqꝫ mutatur nobis. oʒ ergo hanc variationem in diuersas constellationes reducere scilicet cōiunctiones: oppositiōes ⁊ alios respect⁹ planetarum inuicem ⁊ ad stellas fixas ⁊ diuersas partes terre ⁊ si constellatio frigida dominetur magis nobis in parte orientali tunc propellentur inde exalationes ventose ad nos ⁊ fiet nobis vent⁹ orientalis ⁊ econuerso si dominetur nobis in parte occidentali fiet nobis ventus occidentalis: ⁊ si ad austrum australis: ⁊ sic de alijs suo modo. quare ⁊c.

Caput.xvij.

EXalatio ex qua fit ventus similis est exalationi ex qua fit terremotus in complexione: non autem in subtilitate et
motu. ¶Ad cuius generationis inquisitionem est primo notandum ꝙ Primū
pluribus modis possumus considerare terremotum. primo per ascensum vel descensum Pri.
totius elementi terre. secundo per circulationem di- 2
cendo celū quiescere ⁊ terrā circulariter moueri. ter- 3
tio per calefactionem ⁊ rarefactionem alicuius par- 4
tis terre. quarto per deambulationeʒ alicuius supra
terram frangentis ipsam in superficie ⁊ submergen- 5
tis seipsum in toto aut l' parte: quinto per generatio
nem mineralium ad quorum loca terra aliquando
cadens descendit. sexto per tumefactionem ex parte 6
multitudinis aque in terra petentis exitum. septimo 7
per discursum puluerum aut lapillorum tempore vē- 8
torum. octauo propter exalationem aliquam inclusam que petens exitum vehementer rumpit ⁊ solum isto modo considerandus in presenti est terremotus qui sic generatur. quū sol et stelle calefacientes generant ex terra exalationes multas: que interdum non habētes facilem exitum ratione frigiditatis: aut pluuiarum constringētium seu claudentium poros inuicem fugientes contrarium congregantur ⁊ fortificate per antiparistasim violenter cū magno impetu exeunt causantes terremotum potest etiam fieri terremotus ab exalationibus ventosis intrantibus terrā de nocte propter fugam cōtrarij que faciunt consimilem motionē clausis poris terre a frigiditate noctis

¶Secundo notandū ꝙ terremot⁹ sm albertū est ruina tremor titubatio pulsio pforatio scissio ⁊ subuersio. primo ruina quū terremotus aliqñ est ita magn⁹ ꝙ pereunt edificia ville ⁊ ciuitates ⁊ redundat aliquādo aqua sup eas. secundo tremor qñ exalatio interdū non potens exire nec rumpere soliditatem superficiei terre intus vehementer mouetur ⁊ facit tremorem terre sicut tremit ictu lignum vel campana aut domus motu curru per pauimentum. tertio titubatio qñ exalatio multa pellitur modo ad vnam partem modo ad aliam ex qua erit ratione obstaculi ⁊ sic eleuatur terra modo ad vnam parteʒ modo ad aliam: q eleuatio dicitur titubatio. quarto pulsio: quia interdum exalatio multe simul pfunde cōgregata ⁊ calefacta tumefacit eleuās supra multa terrā non redeunte facta ruptura ad eūdem locū primum. ⁊ sic fiunt montes ⁊ colles ⁊ antrositates inter illos. quinto perforatio: quia exalatio aliqñ rumpit venas subtiles terre. ⁊ dicitur scissio: aliquādo vero facit magnum foramē mittendo vnam partem terre ad vnum latus ⁊ alteram ad aliud aut totam terram ad idem latus hic vocatur subuersio. Scđm

...icte: ...t.lec.9.

His intellectis sit hec prima cōclusio. Terremotus non fit ex vapore aut aere nec ex igne sed ex exalatiōe calida ⁊ sicca primum pz qr vapor frigiditate terre faciliter transmutatur in aq̄s: nō aqua nō est principiū terre motus sed bene fontiū ⁊ fluuiorum. Sm etiam patet: qr aer inclusus in porositatibus terre per frigiditatē terre noctis ingrossatur ⁊ trāsmutatur in aquā ⁊ isto modo creātur fontes tertium etiā est notum: qr non apparet quomodo ignis posset descēdere ad locum terre cū nunq̄ videatur: quartū vero declarat a pho experimentaliter. videmus em̄ fulgura que sunt de cōsimili materia ⁊ subtiliori frāgere ⁊ eradicare arbores. Itē videmus quosdā infirmos tm̄ in mēbris mo ueri q̄ nō possunt a multis detineri: ⁊ hoc est rōne cuiusdā humoris inclusi faciētes illū motū. Item videmus pilā ferreā aut lapidem cū maximo impetu exire foramē bombarde ꝑpter pulueres accēsos in extremitate ex q̄bus gn̄antur exalationes exitum vehementer petentes. ❡ Scda cōclusio. impossibile est per totā terram simul ⁊ semel fieri terremotū ꝓbatur: qr non pōt vbiq̄ esse tanta exalatio q̄ moueat vbiq̄. tū qr non vbiq̄ clauduntur pori. tum qr nō pōt vbiq̄ terra calefieri vt in ꝓfundo maris. vnde vult Arist q̄ in locis insularib⁹ nō fit terremotus propter nimiā frigiditatē aque: sicut nō fit in egypto. qr terra est nimis cōpacta. et nō fit in locis nimis calidis aut frigidis: fit aūt in locis mōtuosis ⁊ antrosis seu habētibus plures cōcauitates. qr in talibus pōt etiā exalatio includi. Ex quibus sequitur. q̄ terremot⁹ maxime fit iuxta mare ⁊ nō in partib⁹ multum remotis nisi raro: qr ꝑtes iuxta mare sunt multū arenose ⁊ spōgiose habentes copiā exalationis ex qua fit terremot⁹. In partib⁹ aūt distantibus materia est multū dura ⁊ cōpacta deficiēs in multitudine exalationis calide ⁊ sicce. ❡ Tertia cōclusio. terremot⁹ fit in tꝑato ⁊ determinato tpe ⁊ nō gn̄aliter in quolibet. Prima pars pz: qr dicit Aristo. ij. metheo. ⁊ nō fit in medio hyemis aut estatis. et causa q̄ in hyeme terra est nimis frigida ⁊ cōpacta ⁊ in estate cōsumit exalatio. sed in vere ⁊ in autūno frequētius fiūt nō fiunt etiā in tpibus multū humidis aut siccis: qr ibi cōsumeret aut modica fieret exalatio fit etiā terremot⁹ de nocte fortior q̄ de die: qr de nocte ingrossat exalatio sub terra ꝑpter frigiditatē noctis ⁊ cōmouet de loco ad locū causans terremotū. et eadē causa dicit ph̄s q̄ tpe eclipsis solis ⁊ lune fit terremotus: qm̄ tunc tp̄s est frigidū ꝑpter defectū radiorum solarū ex cuius frigiditate clauduntur pori ⁊ sequit terremot⁹. ❡ Quarta cōclusio. terremot⁹ cognoscit ex signis p̄cedētib⁹ ⁊ signis sequētib⁹. pria ps pz. qm̄ signorū p̄cedentiū ꝓmū est tremor auiū nō audentiū diu stare i vno loco. ex instinctu em̄ nature fugiūt terremotū: sicut aliq̄ naturalr cātāt ante pluuiā. scdm signū est turbatio aquarū in puteis. salsedo aut ali⁹ consuet⁹ sapor: qm̄ tunc multa est exalatio sub terra vehemēter mota: cuius aliq̄ portiones cū terrestreitatib⁹ mouētur per venas ad puteos. tertiū signū est tumor maris incōsuet⁹ sine tempestate ⁊ vento qr exalationes infra terrā incluse appetentes ascendere commiscentur mari ⁊ cōuerse in aquam tumefaciunt mare: quartum signū est inconsueta trāquillitas: qr tunc exalatio que deberet esse causa venti includitur infra terram ex qua fit terremot⁹. secunda pars cōclusiōis etiā declaratur. qm̄ signa sequentia terremotum non sunt nisi effectus eius. primus est submersio terrarū edificiorum ⁊ ciuitatum ⁊ submersio hominum in illis vt dictum est. secundus effectus generatio nouorū mōtium: quia exalatio eleuat terram causando montes. tertius effectus est diuisio terrarum ⁊ montium. dicitur em̄ q̄ propter quendā terremotum Sicilia diuisa est ab Italia sic q̄ diuidit mare. quartus effect⁹ est mortalitates ⁊ pestillentie qr ille exalationes exeūtes de terra existunt in aere sic q̄ homines non possunt ibi viuere: ⁊ quandoq̄ ducunt secum vapores putrefactos a partib⁹ subterraneis inficientes aerem ⁊ consequenter homines. quare.

...m.9.

...a cōclo.

...lec.9.

Tertia conclusio.

Quarta cō...

Contra primā cōclusionē arguitur. ⁊ primo q̄ aqua sit causa terremotus. qm̄ tūc generātur noui fontes. ⁊ interdum effunditur mare supra terram per modum inundationis. ❡ Secundo arguitur q̄ aer. quia tempore terremotus fit quidā sonitus. modo aer videtur esse causa soni ⁊ exalatio: quia post terremotum fit magnus flatus aeris ⁊ hoc videtur ex eo quia aer exiuit terram faciens terremotū. ❡ Tertio arguitur. q̄ ignis: quia vt dicit philosophus. ij. metheo. quodam terremotu exiuerunt cineres ⁊ fauille ignis. ❡ Quarto arguitur q̄ exalatio calida ⁊ sicca non fit causa terremotus: quia tunc sol fit caliginosus. ⁊ etiam aer: ⁊ interdum fit quedā nubecula longa ⁊ gracilis ⁊ alba ad modum linee sita versus occasum ⁊ aliquando ante ortum solis fit frigiditas inconsueta sine vento: hec signa ostendunt terremotum non fieri ex exalatione: sed ex vapore: eo q̄ caligo nubecula ⁊ frigiditas ante ortum reducuntur ad materiam vaporis. primum: Scdm. Tertium: Quartum

Ad primum dicitur q̄ noui fontes generantur propter casum terre deorsum eo q̄ in visceribus terre sunt aliquando aque occulte que etiam postea sunt manifeste aliqua portione terre submersa in eis: mare similiter apparet inundare super aliquā regionem: non q̄ aliqua fecerit terremotum: sed quia existentibus exalationibus terra descendit inferius quā fit mare replens cōcauitates. ⁊ ex hoc patet quare interdum patrie deferuntur a loco suo ad mare natando super illud cū hominibus ⁊ bestijs: quia terremotus fit iuxta mare vbi est copia exalationum inclusa sub prima tunica huius regionis que regio virtute exalationis discontinuata est a secunda tunica. ⁊ ex hoc mare ingreditur super eleuando primam tunicam remouendo ipsam a litore per magnam distantiam: nec subito suffocatur propter multum aerem inclusum qui postq̄ euanuerit transacto vno die aut vno mense submergitur prima. ❡ Ad secundum dicitur q̄ sonus factus tempore terremotus fit propter repercussionem factam ab exalatione ad latera terre ⁊ diuersificatur sonus iuxta diuersitatem repercussionis: si enim repercussio fuerit gratilis generatur sonus subtilis. ⁊ si fortis genener atur sonus grauis et hoc est quod dicit philosophus secundo metheororum q̄ audiuntur quidam soni ad modum mugitus ⁊ tube. ❡ Ad tertium dicitur q̄ cum ille exalationes sint calide et sicce interdum inflammantur mittentes fauillas et cineres propter adustionem factam in terra. ❡ Ad quartum dicitur q̄ caligo non fit materialiter ab exalatione: sed ex vapore terrestri eleuato cum exalatione: nubecula autem apparet aliquando tempore terremotus: quia tunc non sunt venti resoluentes eam ⁊ si multum manserit significat terremotum: quoniā signū est exalationes reclusas non potentes faciliter exire: ⁊ eadem causa assignatur ad inconsuetam frigiditatem ante ortum solis: quoniam tunc exalationes fortificantur per antiperistasim non potentes exire: ⁊ faciunt terremotum: quare. Ad primū Ad secūdū. Ad tertiū. Ad quartū.

❡ Incipit liber tertius metheororum Aristotelis.

❡ Caput primum.

De residuis autē dicamus operib⁹ segregationis huius preinducto iam modo dicentes: spiritus enim hic segregatus permodica quidem diffusus et sepe factus ⁊ perflās et

ſubtilioꝛum partium exiſtẽs tonitrua
facit ⁊ coꝛruſcationes: ſi autez multus
fuerit ſimul ⁊ ſpiſſioꝛ minus autẽ ſub-
tilis ſegregetur ⁊ nephias fit ventus:
pꝛopter quod et violentus. Celeritas
enim ſegregationis facit valitudinem
quandoquidem igitur aſſequatur mul
ta ⁊ continua ſegregatio eodem fit mo
do: quemadmodum cum iterum in con
trarium moueatur. tunc enim fit plu-
uia ⁊ aque multitudo exiſtunt quidem
igitur ambo hec potentia ſm materiã.
Cum autem pꝛincipium factum fuerit
potentie cuiuſcũqꝫ conſequitur concre
tum ex materia: cuiuſcũqꝫ autem fuerit
multitudo inexiſtens amplioꝛ: ampli⁹
⁊ fit hoc quidem imber hic autem alte
rius exalatiõis vt et nephias. Quan-
do autez ſegregatus ſpiritus qui in nu
be alteri contra percuſſerit ſic: vt quan
do ex amplo in anguſtum inferatur vẽ
tus in poꝛtis aut vijs: accidit eniz ſepe
in talibus repulſa pꝛima parte fluẽtis
coꝛpoꝛis pꝛopter non ſuccedere: aut ꝑ
pter arctitudinem: aut pꝛopter reper-
cutere circulum ⁊ reuolutionẽ fieri ſpi
ritus: hic quidem eniz in anterius pꝛo
hibet pꝛocedere: hic autem poſteri⁹ im
pellit: quare compellitur in latus qua
non pꝛohibet fieri: ⁊ ſic ſemper habitũ
donec vtiqꝫ vnum fiat: hic autem eſt cir
culus: cuius enim vna latio figure hoc
neceſſe eſt circulum eſſe. Super terram
igitur pꝛopter hoc fiunt reuolutiones
⁊ in nubibus ſimiliter ſm pꝛincipium:
verũtamẽ q: ſicut qñ etnephias fact⁹
fuerit ſuper nubes ſegregatur ⁊ fit cõ-
tinuus ventus: ſi hoc ſemper continuũ
aſſequitur nubes: pꝛopter ſpiſſitudinẽ
aut non potens ſegregari ſpiritus ex
nube vertitur enim circulo ꝙ pꝛimum
pꝛopter dictam cauſam. deoꝛſum autẽ
fertur: quia nubes ſemper inſpiſſantur
qua excedit calidum. vocatur autem ſi
incoloꝛata fuerit hec paſſio typhon vẽ
tus exiſtens velut etnephias indigeſt⁹.
Boꝛealibus autem non fit typhon: ne-
que niuoſe habentibus etnephias: ꝑ
pterea quod omnia hec ſpiritus ſunt:
ſpiritus autem ſicca ⁊ calida fit exala-
tio: gelu igitur frigus pꝛopter obtine
re extinguit mox factum adhuc pꝛinci-
pium quod autem obtinet palam: neqꝫ
enim vtiqꝫ eſſet niuoſitas: neqꝫ boꝛea-
lia humida. hoc enim accidit eſſe obti-
nente frigiditate. fit quidem igitur ty
phon quãdo etnephias factus nõ poſ
ſit ſegregari a nube. eſt autem pꝛopter
repulſionem gyrationis cum ad terraz
delata fuerit reuolutio ſimul deducẽs
nubem non potens abſolui: quia autẽ
ſecundum directum efflat hac ſpiritu
mouet ⁊ circulari motu vertit: ⁊ ſurſum
fert cuicũqꝫ inciderit vim inferens: cũ
autem detractus igneatur: hoc autem
eſt cũ ſubtilioꝛ ſpiritus fact⁹ fuerit vo-
catur incenſio: coincedit enim aerẽ igni
tione coloꝛans: ſi autem in ipſa nube
multus ⁊ ſubtilis extruditur ſpiritus
hec fit fulmen: ſi quidem valde ſubti-
lis non adurans pꝛopter ſubtilitatem
quam poete argeta vocant. Si autem
minus adurans quaz pſoloenta vocãt
hic quidem enim pꝛopter ſubtilitatem
fertur. pꝛopter velocitatem autem pꝛe-
uenit pertranſiens anteqꝫ igneatur: ⁊ mo
ram faciens denigrat. hic autẽ tardioꝛ
coloꝛauit quidem: exuſſit autez nõ: ſed
pꝛeuenit: pꝛopter quod ⁊ reſiſtẽtia qui
dam patiuntur aliquid. que autem nõ
nihil vt quid clypei iam examen lique
factum fuit: lignum autem nihil paſſuz
fuit: pꝛopter raritatem enim pꝛeuenit
ſpiritus penetrans ⁊ pertranſiẽs ⁊ per
veſtimenta ſimiliter nõ combuſſit: ſed
velut attritionem fecit: quare et quod
ſpiritus hic omnia palam ex talibus.
Eſt autem aliquando et oculis videre
velut: ⁊ nunc accidit circa templum in
epheſo combuſtum. ad multas eñ par
tes flamma ferebatur continua diſcer-
pta. Seoꝛſum quodquidem fumus ſpi
ritus ⁊ ardet fumus manifeſtum eſt et
dictum in alteris pꝛius. Cum aũt mul
tus ⁊ ſimul cedat: tunc manifeſte vide-
tur ſpiritus eſſe: quodquidem in par-
uis ignitionibus videtur hic: ⁊ tũc mul
ta materia fiebat multo foꝛti⁹: ruptis
igitur lignis vnde pꝛincipium ſpiritus
erat multus ſe cedebat ſimul qua effla
bat ⁊ ferebatur ſurſum ignitus vt vide
retur flamma ferri ⁊ inuadere domos.
Semper enim opoꝛtet putare aſſequi
fulminibus ſpiritus ⁊ pꝛecedere: ſꝫ nõ

videntur: quia sine colore sunt propter quod ⁊ que debet percutere mouetur prius q̄ percutiatur tanq̄ prius incidēte principio spiritus. Et tonitrua autem diuidunt non sone: sed quia simul segregantur quod plagam fecit et sonum spiritus quia si percusserit diuidit exurit autem non. ¶ De tonitruo quidam igitur ⁊ corruscationis ⁊ etnephias: adhuc autem de incēdentibus ⁊ typhonibus et fulminibus dictum est: et quid idem omnia et que differentia omnia ipsorum.

¶ Caput. xviij.

Sicut exalatio calida et sicca facit terremotum in concauitatibus terre ⁊ multitudinem ventorum exeūdo a poris eiusdem iuxta sententiam Arist. secundo metheo. ita consimilis exalatio facit tonitruum in media regione aeris ⁊ multitudinem ventorum verorum aut apparentium per descensum ab eadē regione scilicet typhonis ⁊ etnephie. ¶ Ad quorum inquisitionem est primo notandum q̄ in nube aquosa ⁊ frigida includitur exalatio multa ⁊ subtilis que consortata interius per circunstantiam contrarij petit exitum de nube et sic maxime leuis ascendit magno impetu ad partem superiorem nubis a qua propter densitatem iterum repellitur deorsum et ex vi eiterius impulsus diuidit nubem in inferiori parte. vbi est debilior: ⁊ sic ibi reflectitur ⁊ circulariter mouetur vsq̄ ad terram veniens ⁊ leuans stramina et pulueres de terra: et hec exalatio dicitur typhon vel turbo: ⁊ interdum velocitate sui motus descensus inflammatur equaliter de die sicut de nocte: ⁊ apparēs sicut rota ignita comburit villas et ciuitates. etnephias autem est magnus ventus descendens cum multo impetu a nube deuastans ⁊ corrumpens multa super terram. generatio cuius fit isto modo. nam in nube parua includitur parua exalatio ⁊ fortificata petit exitum ducens post se magnam partem nubis ⁊ descendens impetuose motu recto mouetur ad terram per quem distinguitur a typhone. ¶ Secūdo notandum quod tonitrum secūdum philosophū secundo metheororum diffinitiue est sonus in nube ex percussione violenta exalationis calide ⁊ sicce cito inflammabilis contra nubes continentes. Primo
1 ponitur sonus loco generis: q̄ omne tonitruum est
2 sonus ⁊ non econtra. ¶ Secundo dicitur in nube: q̄
quātūcūq̄ audiretur sonus alibi q̄ in nube nemo di
3 ceret illum sonum esse tonitruum. Tertio dicitur ex
percussione violenta. quia tonitruum fit ex repercus
sione ad latera nubia contra inclinationem tam la
terum q̄ forme substantialis percutientis. Quarto
4 dicitur exalationis calide ⁊ sicce: quia ad hoc quod
fiat tonitruum requiritur huiusmodi exalatio inclu
sa in corpulencia nubis. semper enim in tonitruo ap
paret vna materia inflammata quam appellamus
corruscationem. Quinto dicitur cito inflammabilis
5 quia exalatio ventosa non causat tonitruum cū nō
sit inflammabilis cito: non obstante quod sit in nube
quod apparet quando etnephie descendunt cū ma
gna pluuia. Sexto dicitur contra nubes continētes
6 quia si aliqua exalatio haberet omnes conditiones
preter vltimam scilicet quod non esset contra nubes
et non contineretur ab eis non esset causa tonitrui
quare.

His premissis fit hec prima conclusio. typhon ⁊ etnephia non essentialiter sed accidentaliter distinguuntur. Prima pars patet q̄ quilibet illorū est exalatio calida ⁊ sicca. secunda vero declaratur q̄m typhon raro fit in hyeme: ⁊ pluries in estate. sed etnephia ecōuerso. etiam typhon eru per locum strictum sed etnephia p amplum etiā typhon fit sepe apparentibus nubibus ⁊ etnephias raro aut nunq̄. Dicit tamen Aristo. ij. metheo. q̄ veniente etnephia apparet aliqua obscuritas propter cōmixtionem multarum exalationum que sunt multū terrestres ⁊ grosse ⁊ accidit post etnephiā magna pluuia: q̄ secū ducit nubem pluuiosam. Item typhon aliquando inuoluit inter ramos arborū magnarū quos torquet ⁊ eradicat: ⁊ idem facit in castris ⁊ edificijs vsq̄ ad fundamenta. Interdum aūt cum cessauerit impetus expulsionis in descendendo reascendit iterū leuitate sue materie portans secum in altum corpora valde magna ⁊ grauia secum cōuoluta vt arbores: tecis castrorū: cāpanilis ecclesiarum et talia donec euanuerint ab eis. Etnephias etiā psternit castra ecclesias ⁊ domus ⁊ eradicat seu frangit arbores magnas facitq̄ in mari vehementes inundationes subuertendo magnas naues aut ducendo ad longā distantiā quo naute ire nolunt: sed nō multo tempore. ¶ Secūda cōclusio. tonitruum nō fit obuiatione ventorū cōtrariorū nec extinctione ignis in nube sed percussione exalationis ad latera nubis. prima pars patet q̄ sepe venti contrarij se percutiunt nec causant tonitruū. scōa similiter: q̄ nō apparet vnde tantus sonus posset causari ex sola extinctione ignis in nube. patet enim per experientiā q̄ sic paruus sonus causatur. tertia pars est Ari. ij. metheo. d. i. q̄ tonitruū fit ex percussiōe exalationis ad latera nubis: ⁊ ppter forte antiparistasim nubes impetuose frangitur ⁊ sic causatur tonitruum. ¶ Tertia cōclusio. diuersitas sonationis tonitrui est ex diuersitate exalationis in nube: patet q̄ tunc causatur terribilis ⁊ fortissimus sonus: quoniā hec tria coniunguntur scꝫ multitudo exalationis. dēsitas nubis ⁊ fortis antiparistasis. tunc aūt nō causatur terribilis sonus quādo hec tria nō cōiunguntur. etiā si nubes fuerint rare ⁊ vniformes causabitur sonus continuus ad modum fracture pannorū: si autē fuerint difformes causabitur sonus discōtinuus. Et ex his habetur causa quare nunq̄ aut raro fiunt tonitrua in hyeme: q̄ tunc non est fortis antiparistasis nec tūc fiunt multe exalatiōes maiora etiā fiūt tonitrua de die q̄ de nocte q̄ de nocte nō ē ita fortꝫ antiparistasis sicut de die in media regiōe nec etiā fiūt ita exalationes ppter frigiditatē noctis. ¶ Quarta conclusio. licet tonitruum non sit absq̄ corruscatiōe tamen aliquando precedit ⁊ aliquando sequitur cor

Marginal notes: rimū. — dcōm. — pma cōclusio — Lec. 10 — 2a cōclusio — Tertia cōclusio. — 4a cōclusio

ruscatio tonitruum. prima pars patet. quoniam nõ fit tonitruum nisi ex forti percussiõe ⁊ forti motu exalationis quo motu ipsa inflammature facit coruscationem. etiam non fit coruscatio sine tonitruo: qꝛ nõ tunc impetu exalationis rumpitur nubes causando sonum secunda pars declaratur. nam exalatio ꝓpter fortem antiparistasim aliquando prius inflammatur ꝙ moueat ad latera ipsius nubis ipsaz abscidendo: ⁊ tunc coruscatio precedit tonitruum aliquãdo vero prius impetuose mouetur ꝙ inflãmetur: et tũc coruscatio seqtur tonitruum. Et si queritur quare coruscatio ⁊ tonitruum aliquando videntur simul fieri: ⁊ aliquãdo videtur coruscatio per magnũ tempus precedere tonitruuz. respondetur ꝙ simultas est ratiõe propinquitatis ad nos ⁊ hoc tonitrua sunt periculosa: quia statim veniunt ad nos cum coruscatione. aliquando autem fiunt tonitrua multuz distanter a nobis in media regione: ⁊ tunc per magnũ tempus coruscatio videtur precedere tonitruũ quia sonus multum distans non causat auditionem nisi in notabili tempore.

Contra predicta arguitur: ⁊ primo ꝙ typhõ ⁊ ecnephia non fiunt exalatione mota a densitate aut frigiditate nubis: qꝛ aer inclusus sub aqua qui multo densior est nube ascẽdit de aqua non repercussus a densitate vel frigiditate aque. ergo nec predicti venti a densitate vel frigiditate nubis. patet consequentia per locum a maiori. ¶ Secũdo arguitur quod tonitruũ nõ est sonus: quia sonus fit inter corpora dura vt colligitur ex secundo de anima modo nubes non sunt corpora dura: deinde cum tonitruum frangit domus ⁊ ligna facitqꝫ animalia surda ⁊ vinum in vegete destruit hoc non posset facere si esset sonus: quia sonus est qualitas non operatiua talium effectuum. ¶ Tertio arguitur quod tonitruum est extinctio ignis in nube: quia aliter posset fieri tonitruum sine extinctione. consequens est falsum. hoc etiam videtur esse de intentione philosophi primo poste. di. quod tonitruũ est extictio ignis in nube. ¶ Quarto arguitur ꝙ tonitruum nõ fit exalatione percutiente ad latera nubis ⁊ econtra: qꝛ cuz exalatio sit inclusa vapori quomodo poterit moueri sursum nisi relinquat vacuum. aut si non relinquat vacuum continue erit immediatua exalationi: ⁊ cõsequenter non fiet motus ad latera. deĩde ex quo nubes est materia rara ad modum fumi quomodo potest reflectere exalationem venientem cum tãta impetu ⁊ iã densa ꝙ illa nõ penetrat nubẽ.

Primum.

Secũdũ.

Tertiũ.

Quartũ.

Ad primũ. **Adprimum** dicitur ꝙ etiam aer iclusus in aqua descendit ratione frigiditatis aque quaz naturaliter fugit. ¶ Ad secũ-

Ad secũdũ dum dicitur ꝙ sonus fit inter corpora dura non precedente alteratione. tamen precedente alteratione potest fieri inter corpora nõ dura. Deinde dicit ꝙ tonitruum fit mediante motu: ideo si dicitur facere illos effectus hoc non est ratione soni sed per accidẽs ratione motus quo frãgitur domus: seu miringa auditus: ⁊ perturbatur vinum faciendo partes inferiores ascendere ⁊ superiores descendere. ¶ Ad tertiũ

Ad tertiũ. dicitur ꝙ licet non fiat tonitruum sine extinctiõe alicuius inflãmabilis in nube: tamen non causatur ex

Ad 4ttum illa: quia vt dictum est aliquando tonitruum precedit inflãmationem. Et ad phm respondetur ꝙ est solũmodõ exemplariter locutus. ¶ Ad quartum dicit ꝙ exalatio in principio eleuatur cum vapore ⁊ sic retinet nubẽ. postea autem segregatur vapor ab exalatione propter frigiditatem nubium ⁊ exalatio condẽsatur: ⁊ consequenter aer subintrat per nubem iuxta exalationez ⁊ sic petẽs exitum percutit ad latera: seu potest percutere ad latera nubis non relinquendo vacuum: potest etiam econtra repercuti a nube: cum nubes sit densior fumo vel caligine multum frigida ⁊ propter nimiam frigiditatem medie regiõis aeris ⁊ multitudinem nubium simul expellitur exalatio: qꝛ vt dictum est contraria se habent localiter mouere

per antiparistasim.

Caput. xix.

Cum tonitruis nõ solum fiunt coruscationes sed sepe fulgura fulmina ⁊ intensiones: de quibus est pñr dicendũ. ¶ Ad quorũ noticiaz est sciendum primo ꝙ ista quatuor non differũt essentialiter cũ sint de eadez materia specie ⁊ de eadẽ causa effectiua spẽ. s. caliditate ⁊ frigiditate: sed solũ accidẽtaliter differunt ⁊ diuersa rõne: qm̃ eadem exalatio inflammata in nube dicit coruscatio ⁊ descendens a nube cõdurens ⁊ adurens corpora dura dicit fulgur. faciens aũt ictuz quo frangit aũt comminuit perforat aut penetrat corpa sup que cadit vocatur fulmen. cũ colorat aut accendit aerem sic ꝙ aer videtur ardere dr incensia ẜm phm. tertio metheo. diuersitas autem caloris prouenit ex diuersitate exalationis in diuersitate ⁊ raritate in puritate ⁊ mixtione. ¶ Secundo notãdum. ꝙ cum dico fulgura vel coruscationes esse exalationes inflãmabiles intelligo tales predicationes causaliter ⁊ non ydemptice. s. ꝙ fulgura ⁊ coruscationes sunt in exalationibus inflammabilibus: sicut enim exalatio est mixtum imperfectum specie distinctũ a terra: ex cuius generatione corrumpitur terra. Ita impressiões ignite specie differunt ab exalatione ex qua generatur: qm̃ in generatione illarũ exalatio corrumpitur: ⁊ qꝛ sunt mixta imperfecta: licet inuicem nõ nisi accidẽtaliter differunt: ab igne essentialiter differunt cũ sit elemẽtũ: similiter terremotꝰ ⁊ tonitruũ nõ sunt exalationes nisi in ꝑdicatione causali: qꝛ tonitruũ est sonꝰ qui est qualitas. ⁊ terremotus est fortis motio que est accidens. exalationes autem sunt mixta imperfecta typhones aut ecnephias ⁊ alios ventos concedo esse exalationes ydemptice. sicut enim ventum motum concedo esse ventuz: ibi enim predicatur superius de suo inferiori ideo est predicatio ydemptica.

Primum

Tex. 5.

Scdm.



His premissis sit hec prima conclusio: solum tempore estiuo fiunt magna fulgura coruscationes ⁊ fulmina. patet quia solum tunc fiunt magne per antiparistases propter excessiuam caliditatem ⁊ multam frigiditatem in media regione aeris. Ex ista conclusione sequitur. ꝙ tempore quo fiunt magne ⁊ multe coruscationes fiunt etiam multa fulgura fulmina tonitrua ⁊ impressiones ignite in superiori regione aeris. qꝛ sepe fiunt tonitrua ⁊ impressiones ignite in superiori regione aeris. quia sepe fiunt tonitrua et coruscationes ad que non sequuntur fulmina nec fulgura deorsum ratione maioris resistẽtie nubis inferius quã superius quia tunc exalatio inclusa inter latera nubis mouetur ad superiorem regionem aeris ex qua fiunt

1a cõclo.

…a con…sia. comete ⁊ sydera discurrentia. ¶ Secunda conclusio. fulgura ⁊ fulminis corpora rara non dissipant: sed dura ⁊ bene compacta pꝫ: quia talia sunt de materia rara ideo cito penetrant rara. dura autem consumunt propter multam moram super illa: sepe enī gladios in vagina ⁊ pecuniam in bursa liquefaciunt sine lesione vagine ⁊ burse: ⁊ ossa animalium incinerantur carnibus circa ossa illesis: etiam dolium interdum comburitur ⁊ corrumpit̄: ⁊ non exit vinum: quia lignum est durius vino ⁊ virtute fulminis tota viscositas impellit̄ ad superficiem: ex qua fit pellis circundans vinum: que pellis durat forte per tres dies ⁊ spargitur vinum: quod ratione fulminis dicitur venenosum. Qr autem frangit fulmen turres ecclesias campanilia magnas arbores potius q̄ paruas ⁊ generaliter citius altiora q̄ bassiora: hoc est quia vt plurimum lateraliter mouetur. ideo prius sibi occurrūt altiora q̄ decliuiora corpora.

Tertia conclusio. ¶ Tertia conclusio est ista: fulgura ⁊ etiam fulmina sunt nociua ⁊ etiam combustiua ⁊ mortificatiua: prima pars pꝫ: quia fulgura ⁊ fulmina ledunt herbas eo ꝙ propter suam siccitatem illas desiccant remittendo illas virtutes illarum: si tamen illis herbis superuenīat ros recuperant vires suas propter humiditatē roris. Item vina ex fulmine tendunt in corruptionem eo ꝙ fulmen ratione subtilitatis penetrat vina imprimendo accidens putrefactiū: quia vt habetur. iiij. Meta. digestio fit a calore intrinseco putrefactiuo putrefactio autē ab intrinseco: vbi tamen ponatur magnum frustrum ferri super doliū non ledetur vinum: quia cum ferrum sit frigidum et fulmen calidum cum intrauerit speram actiuitatis ferri condensabitur materia fulminis non amplius potens penetrare. Item oua gallinarum frangunt̄ si testa fuerit multum densa: si autem rara leduntur intantum ꝙ ex eis amplius non potest pullus generari propter malam influentiam inductam in albumine oui. secunda pars conclusionis declaratur. quoniam aliquando ciuitates ⁊ castra visa sunt cōburi ⁊ a fulmine ⁊ fulgure ⁊ hoc est: ratione duriciei rerum combustibilium ⁊ grossiciei fulminis ⁊ fulguris: quando autem est multa raritas subiecti tunc inflammatio penetrat ⁊ non comburit: interdum tamen colorat colore rubeo eo ꝙ propter motum velocem inflammatio preanticipat combustionem tertia pars conclusionis etiam declarat̄ ab experientia. quoniam aliquando moritur fetus non mortua impregnante: ⁊ hoc est ratione debilitatis fetus ⁊ subtilitatis fulminis penetrantis. homines etiam interdum moriunt̄ quacunq̄ parte corporis tacta: ⁊ hoc est propter venenū inductum in parte vna quo illa pars alterat aliam: ⁊ sic vlcera: vt pꝫ in morsu rabidi canis ⁊ serpentiū. Aliquando tamen liberantur: homines propter intellectum ⁊ medicinam: sed non animalia bruta quorum carnes si comedantur habent inficere. Intelligendū tamen ꝙ sepe fulmen percutiēs corpora venenosa remouet venenum: ⁊ si percutiat animal sanū facit ipm venenosum recte: sicut aer sufflatus extinguit candelam accēsam ⁊ ascendit extinctā ⁊ sol indurat lutum ⁊ liquefacit cerā: quod est propter diuersitatem dispositionum materie.

Quarta cōclusio. ¶ Quarta conclusio. fulgura ⁊ fulmina sunt quorundam mirabilium accidentia cause effectiue.

Primū. Primum accidens est ꝙ in casu fulminis sepe visum est ꝙ corui portabant ignem de loco ad locum: quos vulgꝰ credit esse demones: ⁊ causa est ista. quoniam sicut papiliones mouentur ad lumen lucerne: ita ⁊ corui mouentur ad inflammationem fulminis factā penes eos: credentes se videre corpora mortuorum: ⁊ hoc contingit quando inflāmatio est multum caliginosa habens magnam rubedinem.

Secūdū. Secūdum accidens est ꝙ anguille exeunt cauas suas fluētes vna cuꝫ aquis in quibus sunt ac si non possent se retinere: quia tunc querunt locum conuenientem propter casum fulminis remittentis humiditatē aque ⁊ inducentis malas dispositiones.

Tertiū. Tertiū accidens q̄ dormiens percussus inuenit̄ habere oculos apertos ⁊ vigilans clausos: quia dormientes percussi per subitam lesionem expergesiunt ⁊ aperiūt oculos ⁊ sic moriuntur oculis apertis: alij autem claudūt oculos propter timorem.

Quartū. Quartum accidens ꝙ omnia percussa fulmine vertunt faciem contra fulmen aut contra locum a quo venit: ⁊ ideo est ex parte animatorū propter magnam alterationem ex illa parte factam.

Dubiū. ¶ Dubium est de euasione fulminis. ad quod respondetur ꝙ fulmē nō nimius ledit in locis subterraneis nec tantum sicut in altis: quia non est ita facile fortia edificia terram penetrare sicut aerem. secundo dicitur ex intentione senece. ꝙ reges antiquitus. quando erant in campis tempore fulminis tegebāt tentoria pellibus vitulorum marinorum habentiū a tota specie impedire lesionem fulminis: ⁊ sic possunt esse quidam lapides aut herbe habentes virtutē contra fulmen. tertio dicitur ꝙ homo se aspergens aqua non leditur a fulmine: quia aqua extinguit exalationem calidam ⁊ siccam motam versus eum. quarto dicitur ꝙ cessant fulmina propter fortem sonū magne campane: ⁊ tunc tonitrua fiunt maiora: quia propter fortem sonuꝫ fit magna agitatio aeris versus nubes: ex qua agitatione nubes: fortificantur ⁊ condensantur: ⁊ ex hoc exalatio inclusa in lateribus nubis facit fortiorem percussuram cōtra latera densiora nubis q̄ ante ⁊ ideo tunc fiunt tonitrua maiora sine motu fulminū deorsum: quia nubes fit potentior ad resistendū propter condensationem ⁊ ingrossationem acquisitam: quare.

Primum. **Contra** predicta arguitur: ⁊ primo ꝙ fulmen seu fulgur nō sit exalatio calida ⁊ sicca que prius erat in nube ⁊ videbatur: fulmen autem aliquando non videtur. ergo non fuit in nube. Item fulmen naturaliter descendit cum sit quidā lapis durissimus: sed exalatio naturaliter ascendit. ergo fulmen non est exalatio.

Scḋm. ¶ Secundo arguit̄. ꝙ coruscatio nō sit exalatio inflāmata in nube: quia tunc extingueret̄ a nube aquosa sicut iam magnus ignis extinguitur a modica aqua.

Tertiū. ¶ Tertio arguit̄ sic. talis exalatio aut ascendit ante generationem nubis: ⁊ hoc nō q: aqua deberet videri: ex quo nō habet imperiū aut simul cum nube / ⁊ sic fierent coruscationes infra mediam regionem: quod est falsum: aut post ⁊ sic nunq̄ ingrederetur immo fugeret ab ea tanq̄ a suo contrario.

Quartum. ¶ Quarto si talis exalatio esset in nube: non appareret ratio quare videtur in vna parte nubis ⁊ non in alia.

Ad primū. **Ad primum** dicitur ꝙ materia coruscationis videtur in nube propter condensationem: materia autēꝫ fulminis ⁊ si nō videtur homine ratione raritatis: spargitur enim extra nubem ⁊ in nube vnitur ratione multe contrarietatis. Item exalatio calida ⁊ sicca naturaliter ascendit propter locum / ⁊ naturaliter descendit fugiens a contrario ideo non mirum si fulmen naturaliter descendit / non tamen est concedendū ꝙ sit lapis iuxta intensionem philosophi secundo Metheororū: quia fulmen frangit ensem vagina illesa: immo sepe visuꝫ est hominem subito mori sine febre / ⁊ alteratione precedente: in cuius corpore / nec in vestibus reperta est aliqua lesio / ⁊ hoc non contingeret si fulmen esset lapis.

Ad scḋm. ¶ Ad secundum dicitur ꝙ vnum contrarium corrumpit̄ reliquum quando obtinet supra ipsum quando autem non obtinet ipsum fortificat ⁊ intendit: modo in proposito nubes non obtinet supra exalationem: inclusam ideo per antiperistasim illā fortificat.

Ad tertiū. ¶ Ad tertium dicitur ꝙ stat quodlibet illorum ꝙ autem non videatur illa exalatio hoc est / quia materia est sperfa ꝙ non inflammetur infra mediam regionem hoc est propter modicam antiperistasim. Item ꝙ non fugiat contrariū medie regionis hoc est quia exalatio est fortior in ascendendo q̄ suum contrarium in deprimendo.

Ad q̄rtū. ¶ Ad quartum dicitur ꝙ hec exalatio videtur in vna parte nubis ⁊ nō alia: q: non est inclusa in qualibet parte nubis.

Capitulum .xx.

Postquam dictū est de impressionib⁹ aq̄is specie distinctis a vapore ⁊ de impressionibus igneis tam distinctis q̄ nō distinctis specie ab exalatione. Seq̄tur cōsequenter dicere de impressionibus humidis non distinctis specie a vapore que ex reflexione corporum incidētiū generā tur: de quibus reflexionibus est primitus investigandum. ¶ Notandum primo q̄ radiorum quidam dicitur rectus: quidā reflexus: ⁊ quidam refractus. Radius rectus est ille qui multiplicatur per medium scd̄m lineam rectam Radius reflexus est ille qui est occurrens medio per qd̄ nō pōt incedere: flectit̄ in seipsum aut in partem ɔtrariā: verbi gratia radi⁹ lucis occurrēs speculo quia non pōt penetrare flectitur in se si fuerit perpēdicularis ⁊ si fuerit lateralis in partē ɔtrariā radius aūt fractus est ille qui nō habet incessum rectum nec reflexū vt radius quo pūtatur lignū fractū in aqua. His tribus radijs triplex visio correspondet. s. recta: reflexa ⁊ fracta. visio recta est illa qua aliquid in prospectu videtur per radium rectum sicut visio qua iam te video ante me: visio autem reflexa est illa qua aliq̄d per radium reflexum videtur sicut visio qua me video in speculo aut in oculo tuo vel visio qua video socium meum retro me existentem: aut stellas in puteo aut in aqua visio autem fracta est illa qua aliquid videtur per radium fractum: sicut visio qua videtur baculus non totaliter mersus in aq̄. ¶ Secundo notandum q̄ in visione reflexa cō currunt duo radij q̄rum vnus dicitur incidēs ⁊ alter reflexus: ⁊ ambo equales vt demonstrat̄ in perspectiua. Radius incidens est ille q̄ protrahit̄ a corpore radiante ad superficiem corporis reflectentis. Radi⁹ autē reflexus est ille q̄ multiplicat̄ a superficie corporis reflectētis ad locum in quo terminat̄. Consequēter in visione reflexa concurrunt duo anguli. s. incidentie et reflexionis quorum quilibet necessario est minor recto nisi linea flectatur in seipsum. Angulus incidentie est ipse qui continetur in radio incidentie et superficie corporis flectentis. angulus autem reflexionis est ille qui continetur radio reflexionis ⁊ superficie corporis flectētis.

radius reflexus
radius reflexus
radius fract⁹
a
b
a
a
b

radius reflex⁹
radi⁹ incidēs
a
angul⁹ reflex⁹
angu. inci.

Prima cōclo. Istis intellectis sit hec prima ɔclusio. radius incidens per medium vniforme in raritate ⁊ densitate necessario flectitur ⁊ nullo modo frangitur. Prima pars patet q̄m alioquin nihil videretur in vmbra nec aliquid extra vmbram ad existente in ipsa: quod est contra experientiam. Secunda pars declaratur: quoniam si talis radius frangeretur: aut ergo a perpendiculari vel ad perpendicularem: patet consequentia ex perspectiua: consequens est falsum: quia non est ratio quare plus a perpendiculari q̄ ad perpendicularem ex q̄ medium est vniforme. Secūda cōclusio radius incidens p medium difforme in raritate ⁊ densitate necessario flectitur ⁊ frangitur. Prima pars patet quia aer q̄cūq̄ vniformiter flectit radios: ergo a fortiori si medium fuerit difforme quia quecunq̄ videntur extra speculum aut esse vltra speculum videntur per reflexionem. Cum ergo videas solem per aquam et tantum sub aqua quantum supra oportet necessario q̄ per reflectionem. Secunda pars declaratur a perspectiua: dicentibus: q̄ radius multiplicatus a medio densiori ad medium rarius frangitur a perpēdiculari ad perpendicularem ⁊ econuerso: eo q̄ in medio densiori vnitur ⁊ in medio rariori spargitur.



¶ Ex ista conclusione sequitur q̄ eadem res in eodē situ potest videri recte fracte ⁊ reflexe: patet de denario posito in vase pleno aqua. Ille enim videtur recte quandocunq̄ videtur fundus vasis: et videtur fracte quandocunq̄ videtur per tantam distantiam a vase per q̄tam non videretur sine aqua ⁊ videtur reflexe: quia apparet sub maiori quātitate q̄ si videret̄ sine aq̄ quomodo autem hoc fieri posset declaratur ponendo a denarium in fundo aque ⁊. b. oculum in aqua aut in sublimitate aque aut in aere non est cura. ⁊ sit radius rectus fortissimus aliorū a b deinde aqua a dextris radij recti ymaginētur superficies eque distantes. scilicet. c. c. b. b. a. sinistris vero alias superficies equedistantes: scilicet e. e. ⁊. f. f. tunc a. denario multiplicantur radij alij qui cum cōtinue sint debiliores aliquando non possunt seruare incessum rectum et ex consequenti reflectuntur a superficiebus signatis versus oculum. b. qui radij reflexi simul cum recto representant rem maiorem q̄ sit. aut q̄ apparet sine illis: non tamen oblique debet denarius videri propter concursum radiorum reflexiorum ad oculum quia semper fortior est radius rectus reflexis. ¶ Tertia conclusio. radius rectus rep̄sentat rem vbi est sub sua q̄ntitate: ⁊ per oppositū radi⁹ fractus vel reflexus. Prima pars pz inductiue in proportionata distantia medio ⁊ oculo optime dispositis: secunda pars patet: quoniam immoderata distantia per radiū reflexum videtur res extra locum in quo est: vt qn̄ tu vides te in speculo et solē in aqua per eundē radium etiā videt̄ res maior q̄ sit: vt quādo tu vides denariū positum in aqua aut lapillos in fluuio. p radiū aūt refractū videtur res extra locum in quo est sicut de denario: posito in vase pleno aq̄: quem tu vides in aliqua distantia: quē non videres in tāta distantia amota aqua. Et notāter dico in moderata distantia: quia posset oculus tantū ab obiecto distare q̄ per hm̄oi radios videretur sub minori q̄titate: sicut patet de sole viso mane aut sero in speculo aut in aqua: ⁊ ita posset tantum a denario distare qd̄ minor videretur q̄ sit propter disparentiam partiū 3a ɔclo.



extremaliū: ita dicitꝰ de igne viso de nocte qui in maio
cõclo. ri distantia videt maior ꝙ̄ in minori. ¶ Quarta con-
clusio. radius fractus est causa alicuius apparentie
cuiꝰ nõ est causa radiꝰ reflexus ⁊ ecõtra. Prima pars
patet quoniam per solam refractionem sol interduz
videtur esse supra nostrū orizuntem eo existente sub
ipso recte sicut de denario viso per refractionem: li-
gnum videt fractum in aqua nõ rõne reflexionis: sed
refractionis pars em̄ ligni exñs in aere videtur vbi
est per radium rectū existēs aūt in aqua videt vbi nõ
est per radium refractū. ⁊ per cõsequens maius aut
minus iuxta oculū ꝙ̄ sit: ⁊ ideo totū lignū videt fra-
ctum secunda pars declaratur: qm̄ per solā reflexionē
aliqñ apparet castrū aut ciuitas in mare: ⁊ hoc est ra-
tione ingrossationis vaporū hñtiū guttulas quasi cõ-
tinuas ad modū speculi in qua reflectuntur radij ca-
stri aut ciuitatis. Itē ratione reflexionis põt vna can
dela accēsa plura loca illuminare inter quorū quelī-
bet cadit opacitas. pz dato ꝙ accēsa vna cādela ha-
berent plura specula plana quorū primuz applicare-
tur radio reflexo in partē cõtrariam ⁊ s͠m alteri ra-
dio reflexo: ⁊ sic de alijs et isto mō cõcedit plures mul
tum distantes posse studere ⁊ operari ad vnā cande-
lam: immo virtute reflexionis facte in multis spe-
culis posses videre ita bene partes tui posteriores si-
cut anteriores. Item propter reflexionem radiorum
agens naturale fortius ⁊ intensius agit in remotum
ꝙ̄ in propinquum. vt patet de sole fortius agente ca-
liditatē et lumen in hec inferiora ꝙ̄ in media regiõe.

Primum. **Contra** predicta arguitur. ⁊ primo ꝙ nõ qui
libet radius flectitur tam in medio
vniformi ꝙ̄ difformi: quid tunc oē apparens videre-
tur esse extra locum in quo est. ꝯña est falsum ⁊ patet
cõsequentia qz quodlibet tale videret per radiū refle-
Secundum. xum: ⁊ per cõsequens reflexe videtur. ¶ Secundo ar-
guit ꝙ nullus radiꝰ frangit: qz fractura est rõne resi-
stentie: modo nulli radio aliquid resistit sicut nec lu-
mini. Itē radius perpendicularis nõ frangit: qz nec
a perpendiculari nec ad perpendicularem cū ipse sit
perpēdicularis: ergo a pari nec aliquis alius frangit
patet cõsequentia: qz omnes tales radij sunt eiusdem
Tertiū. speciei. ¶ Tertio arguitur ꝙ nõ quilibet radius inci
dens in medio difformi frangitur: quia tunc sequitur
de possibili aliquod continuum esse diuisum in oēs
2 cō. p. suas partes cõsequens est cõtra phm. vj. phy. ⁊ proba
tur cõsequentia ponendo ꝙ aliquod luminosum ap-
plicetur extremo rariori medio dyaphani vniformi-
ter densi. ⁊ tunc si fuerit aliqua pars non diuisa lumi
nis multiplicati per illud medium cum illa pars sub
iectetur medio difformi sequitur aliquem radium nõ
Quartū. frangi in medio difformi. ¶ Quarto posita fractione
et reflexione sequitur ꝙ tu videres teipsum in nube
sicut in speculo. et etiam nubem aut solem deflecten
te in pariete radios aut refrangente radios illorum.

Ad primū. **Ad primum** negatur ꝯña. ⁊ ad ꝓbationē
dico ꝙ nõ omne cuius radij
reflectuntur videtur per radios reflexos etiam opti-
me proportionatum visui: quia forte radij reflexi sunt
nimis debiles. ¶ Secundo ꝙ non omne quod vide-
tur per radios reflexos videt reflexe: qz forte etiā vi-
detur per radium rectū. vt supra dicebat de denario
Ad secūdū in aqua. ¶ Ad scđm dicitur ꝙ licet nulli radio aliqđ
resistat ꝯtrarie tamen aliqđ resistit dispositiue ex par
te raritatis et densitatis. ⁊ tunc ad argumentū cū đr.
radius perpendicularis non frangitur. ergo nec ali-
quis alius: negat cõsequentia. ⁊ ad ꝓbationem rñdetur
ꝙ non est incõueniens aliqua duo esse eiusdem spe-
ciei quorum vnum frangatur ⁊ non reliquū: quia nõ
sunt equalia in fortitudine ⁊ debilitate. Dicitur tñ ꝙ
radius perpendicularis cum non consistat in indiui-
sibili frangitur non in eo ꝙ est perpendicularis: sed
Ad tertiū. in eo quod est incidens ⁊ multiplicatus per media
difformia. ¶ Ad tertium negatur cõsequentia ad ꝓ-
bationem dicitur: quod quelibet pars est fracta: non
tamen illud lumen est diuisuz in omnes suas partes
quoniā talis radius adhuc est cõtinuus. ¶ Ad quar-
tum negatur ꝯsequentia qz non quelibet fractio aut Ad q̃rtum
reflectio causat visionem vt patuit quare. ⁊c.

Caput. xxj.

Ad maiorem dictorū noticiā
adijcienda sunt
aliqua de speculis ⁊ reflexionibus radio
rum visibilium in illis. ¶ Ubi primo no
tandū ꝙ speculorū quoddā est naturale Primum.
⁊ quoddā artificiale. Speculū naturale est
corpus representatiuū obiecti nõ cõcurrente arte vt
aq̃ aut oculꝰ nulla em̄ arte cõcurrēte vides teipsuz in
aqua ⁊ in oculo socij tui aut bonis. Speculum artifi-
ciale est corpus representatiuum obiecti ad hoc con-
currēte arte vt vitrū commixtū plumbo seu lapis per
artem aliter ordinatus. ⁊ horū quedam sunt plana et
quedā curua. ⁊ iterum curua sunt duplicia: qm̄ aliq̃
sunt conuexa. ⁊ aliqua cõcaua. vt patet ad experientiā.
¶ Secundo notandum ꝙ ad visionē siue sit recta siue
sit reflexa necessario concurrit species visibilis quam Secūdū.
perspectiui vocant radium visualem alioquin ita be
ne viderem me ipsum sine speculo sicut cum speculo
quod est falsum. ⁊ hic radius siue species aliquando
causat aliquam ymaginem quantumcunqꝫ reflectat:
aliquando autem causat ymaginem ⁊ similitudinem
si reflexio facta fuerit a corpore terso et polito vt pa-
tet in aqua ⁊ in speculo. ⁊ hanc ymaginem dico esse
formam accidentalem causatam ex reflectione radio
rum visualium ⁊ in aere subiectiue existentem: quili-
bet enim experitur illam esse similitudinem natura-
lem visui quam directe videt radio reflexio: quo se-
ipsum reflexe intuetur quare.

His premissis sit hec prima cõclo possi 1a cõclo.
bile est in speculo videre Lec. 5.
ymaginē ⁊ colorē alicuius rei ⁊ nõ figurā eiusdē. Ista
cõclusio pz ad experientiā qm̄ in aq̃ mota vr̃ sol ⁊ lux
eiꝰ: nõ tñ figura eiꝰ circularis: silr̃ in speculo artificia
li valde paruo potes teipm̄ videre ⁊ colorē tuū: nõ vi
dēdo figurā: qz facies nõ apparet nec sic ptes extre-
males. ⁊ hoc nõ solū est verū visione reflexa: imo etiā
visione recta: qm̄ magna superficies potest tantuz ꝓ
pinqua esse visui ꝙ videbitur color ⁊ magnitudo: nõ
tamē figura totius ex quo partes laterales non vidē
tur. ¶ Secūda cõclusio. specula non faciunt errorē in Secūda cõ
genere: sed in specie. Prima pars est philosophi dicē clusio.
tis. ꝙ nullus decipitur iudicando aliquid esse colora
tum. Secunda vero est euidens: quoniā speculum ru
beū representat rem rubeam sicut fenestra viridis co
loris facit omnia apparere in camera eiusdem colo-
ris. Item quecunqꝫ videntur per specula apparēt ni-
griora ꝙ̄ sint quia talia ex quo videntur reflexe vi-
dētur per radios longiores ⁊ debiliorem. modo scđm.
Philosophum tertio Metheororum visus longe pro
tensus facit album apparere nigrum vel minus albū
⁊ nigrum nigrius: ⁊ ratio: quia album de longe non
ita efficaciter mouet oculum sicut in distantia mode
rata. Et ideo albedo videt remissior ꝙ̄ sit: ⁊ ad remis-
sionem vnius qualitatis sequitur intensio qualitatis
opposite secundum veritatem aut apparentiam.
¶ Tertia conclusio. eadem specula diuersis oculis 3a cõclo.
opposita diuersimode representant: patet eo ꝙ senes
melius vident cū speculis ꝙ̄ sine. Iuuenes aūt peius
⁊ ratio quia oculi senum sunt terrestres ⁊ caliginosi. ⁊
per contrarium oculi iuuenis Ideo oculi senuz non
sunt ita passibiles sicut oculi iuuenum: ⁊ per conse-
quens exigitur vitrum vel speculum ad hoc vt oculꝰ
senis moueatur: eo ꝙ radij visuales occurrētes me-
dio densiori frangūtur ad perpēdicularem ⁊ magis
vniti mouent sensum. in iuuenibus autem impedi-
rent visum: eo ꝙ excellens sensibile impedit sensum.
vt testatur Philosopus secundo de anima. ¶ Quar- 4a cõclo.
ta cõclusio. specula diuersarum figurarum sunt cause
diuersarum apparitionum: probatur. nam si speculū
fuerit planum aut conuexum ydolum videtur vltra
speculum: ita ꝙ illud speculū videt esse inter obiectū

⁊ ydolum: ⁊ ratio: q2 radij visuales concurrunt vltra speculum. Si aũt speculũ fuerit cõcauum iuxta cuius concauitatem ponatur obiectum ipsum apparet maius ꝙ̃ sit. imo pili videntur quodammodo stramina ⁊ causa huius est: quia linee continentes radios visuales continue magis elongantur a seinuicem: modo ꝙ̃to iste linee plus distant tanto res videtur esse maior. vbi vero distat obiectum a concauitate speculi ydolum videtur citra speculum: quia radij visuales citra speculum concurrunt. generaliter in talib9 speculis multum concauis ydola videntur diuerso modo se habere scilicet caput deorsum ⁊ pedes sursum et eo q2 partes inferiores flectunt radios versus partes superiores ⁊ econtra.

Contra primam conclusionez arguitur quadrupliciter: et primo sic omne quod
Primũ. videtur in speculo est figuratum ergo non videtur aliquid in speculo nisi videatur figuratum: ⁊ per cõsequens non videtur in speculo color aut magnitudo quin videatur figura eiusdem vnde potest sic argui. iste radius visualis representat te ⁊ tu es figuratus: igitur representat figuratum ⁊ per consequens
Secũdũ. Lec.v. figuram. ¶ Secundo sic. si aliquando in speculo videretur color aut magnitudo ⁊ non figura hoc eẽt ꝓpter paruitatem speculi. patet consequentia p Arist. iij. metheo. consequens est falsum: eo ꝙ aliquãdo ita disparet figura in speculo magno sicut in paruo. immo possibile est ꝙ sint duo specula vnum magnum ⁊ vnum paruum in quorum quolibet apparebit figura ⁊ continue eque velociter elongabuntur ab oculo non tamẽ prius disparebit figura in paruo ꝙ̃ in magno: posito ꝙ ꝙ̃tum vnum illorum est altero maius
Tertium tanto in principio magis distet ab oculo ꝙ̃ paruum ⁊ ꝙ postea eque velociter elongentur a visu. ¶ Tertio arguitur sic: figura ⁊ color sunt idez aut distincta si sunt idem ergo non videtur color quin videatur fi
T.c.4. gura. si sunt distincta sequitur idem: eo ꝙ naturaliter prius est figura ꝙ̃ color. nam si color est: figura est ⁊ non econtra. cum in celo sit figura sine colore modo prius est illud a quo non conuertitur subsistẽdi consequentia patet Aristo. in post predictis. c. de priori ⁊ xj. meta. inquit philosophus ꝙ sicut rez se habet ad esse ita se habet ad cognosci. igitur si prior est figu
Quartum ra ꝙ̃ color non poterit cognosci color non cognita figura. ¶ Quarto color videtur sub magnitudine finita aut infinita non sub magnitudine infinita: q2 non est aliqua talis: nec etiam potest aliquid videri sub maiori angulo ꝙ̃ sit rectus vt dicunt perspectiui. igitur sub magnitudine finita: ⁊ per consequens terminata. igitur sub figura. Et huius sententie videntur esse omnes perspetui dicentes nihil videri sine triãgulo vel pyramide: cuius conus est in centro oculi ergo nihil videtur nisi vt figuratum.

Ad primũ **Ad primum** concedo quod non videtur aliquid in speculo nisi videatur figuratum: ex quo non sequitur quod si videtur aliquid in speculo videtur figura eius sicut nec sequitur non possum te videre quin videam animatum ergo non possum te videre quin videam animã tuam eo quod sicut anima distinguitur ab animato ita figura a figurato. Et tunc ad rationem negatur consequentia: sed solum sequitur quod ille radius figuratus representat et hoc dico propter appella-
Ad secũ. tionem illius termini representat: quam non facit illud verbum videtur. ¶ Ad secundum dicitur quod illud aliquando contingit propter paruitatem speculi. ¶ Et ad argumentum dicitur quod solum probat illud non semper prouenire ex parte paruitatis
Ad tertiũ. speculi. sed aliquando ex parte distantie: quod conceditur. etiam ex parte concauitatis et ex parte indispositionis oculi illud potest accidere. ¶ Ad tertium dicitur quod figura et color realiter distinguuntur. Et ad probationem necessario ꝙ̃ prius sit figura ꝙ̃ color: non quidem in esse reali ⁊ naturali: eo ꝙ sicut necesse est figuram esse: ita necesse est colorem esse nec etiam in esse intentionali ⁊ intellectiuo: quoniam sicut stat sine eẽ contradictione figuram ⁊ non colorẽ ita econtra dato ꝙ deus produceret vnum corpus album infinitum. ¶ Ad quartum concedo ꝙ omnis co-
Ad q̃rtũ lor videtur sub magnitudine finita ⁊ terminata non tamen sequitur ꝙ sub figura: quia nulla magnitudo est figura sicut nec aliquis color. Et ad perspectiuos dicitur concedendo. ꝙ nihil videtur nisi sub pyramide: et consequens nihil videtur nisi illud figuratum. ex quo tamen non sequitur ꝙ nihil videtur nisi vt est figuratum: sicut non sequitur non videtur aliquis homo nisi sit risibilis. ergo non videtur aliquis homo nisi vt est risibilis.

De halo ⁊ yride.
Capu. ij.

De halo autem et yride: ⁊ q̃d vtraq3 ⁊ propter quã causam fit dicamus: ⁊ de perelijs ⁊ virgis: etenim hec omnia fiunt propter eadem causas inuicem. Primo autem oportet accipere passiones et accidentia circa vnumquodq3 ipsorum. Ipsius quidez igitur halo apparet sepe circulus totus ⁊ fit circa solem et lunam et circa splendentia astrorum. Adhuc autem nihil minus nocte ꝙ̃ die ⁊ meridie ꝙ̃ sero: diluculo autem minus et circa occasum: viridis autem nunꝙ̃ fit circulus neq3 maior semicirculo decisio: et occupente quidem ⁊ oriente minoris quidem circuli: maxima autem portio: eleuato autẽ magis circuli q̃dẽ maioris minor autez portio: ⁊ post autũnale quidẽ equinoctium in breuioribus diebus omni hora fit diei. In estiuis autẽ non fit circa meridiez: neq3 duabus plures yrides non fiunt simul: harũ autem tricolor quidem vtraq3 ⁊ colores eosdẽ et equales sm̃ numeruz: tamen vicẽ hñt obscuriores autẽ eius q̃ extra et econtrario positos sm̃ positionem. Que quidẽ enĩ intra primam habet periferiã q̃ maxima puniceam q̃ autez exterius minimã quidez: propinquissime autẽ ad hanc ⁊ alias proporнabiliter. Sunt autẽ colores hi quos solos quidem fere non facere possunt pictores: quosdã enĩ ipsi miscent: puniceus aũt et viridis ⁊ alurgos nõ fit mixtus yris aut hos habet colores: qui autem inter puniceum et viridem apparet sepe xantos. Parelij et virge fiunt et latere semper et neque desuper neq3 ad terram neq3 ex opposito neque etiam in

nocte sed semper circa solē. Adhuc au-
tem dum ascendit: aut descēdit semper
scdm plurima aut ad occidentē in me-
dio autem celi raro: vt in bosphoro ali-
quando accidit: per totam enim diem
simul oriens duos parelij parmanse-
runt vsqz ad occasum. Que quidē igi-
tur circa vnūquodqz ipsorum accidunt
hic sunt causa autem omnium horum
eadem: omnia enim hec fractio sunt.
Differunt autem modis et a quibus et
quomodo accidit fieri refractionez ad
solez: aut ad aliud aliquid ad fulgido-
rum: et per diem quidem yris fit: nocte
autem a luna vt quidam antiqui puta-
bant non fiebat: hec autem patiebant
propter raritatem: latebat enim ipsos:
fit tamen: raro autem fit. Causa autem
et qz in tenebris latent colores: ꝛ alia
multa oportet concidere: et omnia hec
in die vna mensis. In plenilunio enim
fieri necesse si debeat fore: et tunc aut
oriente: aut occumbente: propter quod
quidē in annis quinquaginta bis com
perimus solum. Quod quidem igitur
visus refrangitur: sicut ꝛ ab aqua. si et
aere et omnibus habentibus superfi-
ciem planā ex his que circa visum ostē-
sa sunt oportet accipere fidez. Et quia
speculorum in quibusdam quidē et fi-
gure apparēt: in quibusdam autem co-
lores solū talia autem quecunqz parua
speculorum ꝛ nullam sensibilem habet
diuisionem. In his enim figuram qui-
dem impossibile apparere: videt enim
esse diuisibilis. Omnis enim figura si-
mul videtur figura esse ꝛ diuisionē ha-
bere: quoniaz autem apparere aliquid
necessarium: hanc autem impossibile
relinquitur colorem apparere solum:
color autem aliquando quidem clarus
videtur. Clarorum autem aliquando
propter misceri ei qui speculi: aut pro-
pter debilitatem visus alterius coloris
efficit phantasiā: sic autez de his nobis
speculatum in demōstratiuis circa sen-
sus propter hoc quidem dicamus: his
autem quomodo existūt vtamur ipsis.
Primo autem de figura halo dicam⁹:
et quare circulus fit et quare circa solē
aut lunam: similiter autem et de alijs
astris eadem enim in omnib⁹ congruet
ratio. Fit quidē igitur refractio visus
consistente aere et vapore in nubem si
regularis et paruarum partium consi-
stentem extiterit. propter quod et si si-
gnum consistentia quidem aque est: ta-
men distractiones et marcedines. he
quidem serenitatis: distractiones au-
tem spiritus. Si quidē enim neqz mar-
cescat neqz distrahatur: sed permitta-
tur procedere propria natura aque si-
gnum verisimiliter est. Insinuat enim
iam fieri talem consistentiā ex qua con
tinuitatem accipiēte inspissatione ne-
cessarium in quam venire. ppter quod
et nigre fiunt colore he maxime alijs:
cum autem detrahitur spiritus signuz.
Diuisio autem a spiritu facta est: iam
quidem ente nondum autem presente.

Sol

Oculus

Signum autem hu-
ius quia hinc fit ven
tus vndecunqz prin-
cipalis facta fuerit
discussio marcefacta
autē serenitatis. Si
enim non poneretur
aliqualiter. sic aer vt
obtinerent interce-
ptum calidum: neqz
veniret in spissatio-
nem aquosam palā
qz sic vapor segrega
tus est ab exalatio-
ne sicca et ignea. hoc
autem pulchri tem-
poris signū quomo-
do quidē igitur ha-
bente aere fit refractio dictum est. Re-
frangitur igitur a consistente caligine
circa solem aut lunam visus. propter
quod non ex opposito: sicut yris appa-
ret vndiqz autem similiter refractone
ecesse circuluz esse aut circuli partem ab
eodem enim signo ad idem signū equa-
les frangemur super circuli lineā sem-
per. Sit em̄ a signo in quo a. ad b. fra-
cta que a.g.b. et que z.b. et que b.d.b.
equales autem he a.g.a.z. a.d. ad inui-
cem: et que a.d.b. inuicem: puta g.b.z.
b.d.b. et protrahatur a.e.b. quare trigo
ni: equales et enim super equalem a.e.
b. ducātur autem catheti ad e. ex angu-
lis a.g. quidem g.e.a. z. autem z.e. ad d.

autem d.e.

autem d.e. equales itaq; he inequalib⁹ autem angulis ⁊ in vno plano omnes ad rectum.n. omnes ei que a.e.b. et ad vnum signū e. copulantur. circulus.n. igitur erit descripta centrum autem e. est igitur b. quidem sol a. autem visus que aūt circa g.z.d. peripheria nubes aqua refrangitur visus ad solem: oportet autem intelligere continua specula: sed propter paruitatē vnūquodq; quidem inuisibile. quod autem ex omnib⁹ vnum esse videtur ꝓpter deinceps. apparet autem quod quidem album circulo sol continuo vnoquoq; apparens speculorum ⁊ nullam habens sensibilē diuisionem versus aūt terram magis quia tranquillius est spiritu.n. existente non est statio manifesta. Justa hac autez habita nigra peripheria propter illius albedinem est visa nigrior. Sepius autē fiunt halo circa lunam: quia sol calidior existēs citius dissoluit consistentiam aeris circa cetera aūt astra fiunt quidē ꝓpter easdē causas. Non significatiue aūt similiter: q: paruas penitus insignant cōsistētias ⁊ nondū secundas. yris autem quod quidem est refractio dictum est prius. Qualis autem quedaz refractio ⁊ quomodo ⁊ per quam causam singula fiunt accidentiū circa ipsam dicamus autem nunc. Refractus quidē igitur visus ab omnib⁹ videtur planis. horū aūt est aer ⁊ aqua: fit autem ab aere quidem cum factus fuerit consistens. propter visus autem debilitatem sepe ⁊ sine inspissatione facit refractionem: qualis aliquando accidit cuidā passio debiliter ⁊ non acute videnti. Semper enim idolum videbatur precedere ambulantē ipsum ex opposito respiciens ad ipsum. hoc autem patiebatur: quia visus refrangebatur ad ipsum. sic enim debilis erat ⁊ tenuis valde ab infirmitate ⁊ speculū fieret et propinquus aer ⁊ non posset repellere: sicut qui lōge ⁊ spissius. propter quod quidem ⁊ summitates retracte videtur in mari ⁊ maiores magnitudines oīm cum euri flauerit et que in caligibus velut ⁊ sol ⁊ astra orientia ⁊ occumbentia magis ꝙ in medio celi existentia. Ab aqua autem maxime refrangitur ⁊ ab incipiente fieri magis adhuc ꝙ ab aere. quelibet enim partium ex quibus fit constantibus roratio speculum necessarium esse magis caliginem. Quoniam autem ⁊ manifestum et dictum est prius ꝙ in talibus speculis color tantum apparet. figuram autem immanifesta necessarium cum incipiat pluere ⁊ iam quidem constat irrorationes qui in nubibus aer nondum pluat: si ex opposito fuerit sol: aut aliquid aliud sit fulgidum: vt et fiat speculum nubes et refractionem fieri ad fulgidū ex opposito fieriq; emphasim coloris non figure in vno quoq; speculorū existēte paruo ⁊ indiuisibili: ea autem que ex omnibus ipsis continuitate magnitudinis visa necesse cōtinuū magnitudinē eiusdem apparere coloris: vnūquodq;.n. speculorū eundem reddit colorem continue: quare quoniā hic contingit accidere cum habeat hoc modo sol ⁊ nubes ⁊ nos sumus in intermedio. ipsorū erit propter refractionē emphasis quedā: quinimmo ⁊ videtur nunc ⁊ non aliter habentibus facta yris. Quod quidem igitur yris fit refractio visus ad solem manifestum: propter quod et ex opposito semper fit. Halo autem circa ipsum ꝙuis ambo refractio: sed hoc quidem colorum varietatem differt hec quidē ab aqua et nigro fit refractio ⁊ de longe hic autem de prope ⁊ ab aere albiore sm naturam. Apparet autem fulgidum per nigrum: aut in nigro puniceū. Differt.n. nihil a puniceo: videtur autem licet madidorum lignorum ignem quomodo rubeam habet flammā propterea ꝙ fumo multo mixtus est ignis fulgidus existens et albus: et per caliginem ⁊ fumum sol apparet puniceus: propter quod yridis quidem refractio que prima talem videtur habere colorez a guttis.n. paruis fit refractio: que autem ipsius halo non. De alijs autem coloribus posterius dicemus. Adhuc autem circa ipsum solem non fit mora talis consistentie: sed aut pluit: aut dissoluitur. ex compositis autem in intermedio generationis aque fit quoddā tēpus quoniā si quidē fieret esset vtiq; colorata halo sicut yris: nunc autem

tota non fiunt:talem habentia empha- sim:neqz circulo. parua autem et scdm partem que vocantur virge: quoniam si constaret talis caligo qualis fit vtiqz ab aqua aut aliquo alio nigro sicut di- cimus appareret vtiqz yris tota: sicut que circa lucernas. Circa has.n.scdm plurima australibus existentibus yris fit hyeme.maxime autem manifesta fit humidos habentibus oculos: horum .n. visus cito propter debilitatem re- frangitur: fit autem et ab humiditate aeris et ab euaporatione a flamma de- fluente et mixta: tunc.n.fit speculum et propter nigredinem.fumosa.n.eua- poratio illa:lucerne autem lumen non album sed purpureum: apparet circu- lo et iriale:puniceum autem non:est.n. visus quia paucus qui refrangitur et nigrum speculum. Que autem a remis sursum lata ex mari yris positione qui- dem eodem fit modo ei que in celo:co- lore autem similior ei que circa lucer- nas:non.n.puniceum sed purpureum habens videtur colorem: refractio au- tem a paruissimis quidem:cõtinuis au- tem fit guttis he autem aqua segrega- ta sunt penitus.fit autem et si quis sub- tilibus rorationibus rorer in aliquem talem locum qui positione ad solem ver- sus fit et hac quidem illustret: hac au- tem vmbra fit. in tali.n. si quis intus roret statim extra super...autantur radij et faciunt vmbra apparere yridem:mo dus autem et coloratio similis:et causa eadem ei que a remis. Manu.n.pro re mo vtitur rorens:quia autem color ta- lis simul palam erit et de aliorum colo- rum phãtasia ex his. Oportet.n.intel- ligentes sicut dictum est et supponen- tes. Primo quidem quia fulgidum in nigro aut per nigrum colorem facit pu niceum. Secundo aũt quia visus pro- tensus debilior fit et minor. Tertio: quia nigrum velut negatio est:indefi- ciẽdo.n.visum apparet nigrum:propter quod que longe omnia nigriora appa rent propterea qꝫ non pertingit visus cõsiderentur quidem igitur hic ex his que circa sensus accidunt. Illorũ enim ppriũ de his sermones:nunc aũt quan- tum necesse de ipsis dicamus. Apparet igitur propter hãc causam et que longe nigriora et minora et planiora:et que in speculis et nubes nigriores aspicienti- bus in aquam qꝫ in ipsas nubes:et hoc valde rationabiliter propter refractio- nem.n.pauca visu aspiciuntur. Diffe- runt autem nihil quod videtur permu- taritaut visum:vtroqz.n.modo erit idẽ. Adhuc autem oportet nõ latere et hic: accidit.n.cum fuerit nubes prope so- lem in ipsa quidem respicienti nihil ap- parere coloratã:sed esse albaz:in aquã autem eandem hanc intuenti colorem habere aliquem eũdem eorum qui yri- dis. Palam igitur qꝫ visus sicut et ni- grum fractus propter debilitatem ni- grius facit apparere et albius et minus album adducit ad nigrum. Qui qui- dem igitur fortior in puniceum colorẽ permutauit.habitus autem in viridẽ: qui autem adhuc debilior in alurgum: quoniã autem qꝫ plus non iam appa- ret sed in tribus:sicut et aliorum pluri- ma et horum habuit finem:aliorum au- tem insensibilis permutatio: propter quod et yris tricolor apparet, vtraqz quidem opposite autem. Prima qui- dem igitur exteriorem puniceũ habet: a maxima.n.peripheria:plurimis inci- dit visus ad solem:maxime autem que extra: habita autem et tertia propor- tionabiliter. Quare si que de colorum phantasia dicta sunt bene necesse tri- colorem esse ipsam et his coloribus co- lorari solum. Xantos autem apparet propter secus inuicem apparere:puni- ceum enim iuxta viride album videtur. signum autem huius in nigerrima.n. nube maxime pura fit yris. Accidit an tem tunc magis xanton esse videri qꝫ puniceum. Est autem xantos in yride color inter puniceum et viridem colo- rem: propter nigredinem igitur eius que in circuitu nubis totum ipsius ap- paret quod puniceum. Album est enim ad illa album adhuc marcescente yri- de propinquissime cum soluatur puni- ceum. Nubes enim alba existens, ad- iuncta secus viride permutat in xan- tum. Maximum autem signum horum que a luna yris: apparet enim al- ba valde: fit hec quia in nube obscura

existente apparet ⁊ in nocte: sicut igitur ignis supra ignem nigrum ad nigrū facit debiliter album penitus apparere album: hoc autem quod puniceum. fit autem hec passio manifesta ⁊ in floribus intexturis. n. ⁊ variaturis valde differunt secundū phātasiā: alij secus alios positi colores: velut et purpurei in albis aut nigris lanis: sunt aūt in ipsa tales vel tales ꝓpter quod ⁊ variatores aiūt peccare operantes ad lucernā: sepe circa flores: ⁊ decipi accipiētes alios pro alijs: quare quidem igitur tricolor: ⁊ q: ex his solum apparet coloribus yris dictum est. Dupla aūt ⁊ obscurior coloribus que ambiens ⁊ positiōe colores ex opposito habet positos ꝓpter eandem causam longius aūt protensus visus: sicut qđ longius videt ⁊ ꝗ hoc eodē modo. Debilior ab exteriori refracto fit: q: a remotiori fit refractio: quare mior incidens colores facit obscuriores apparere: ⁊ ecōtrario etiam quia amplior a minori ⁊ interiori peripheria incidit ad solem: propinquior. n. visui existens refrangitur a peripheria ꝓpiquissima prime yridi propinquissime autē in exteriori yride minima peripheria: quare habebit colorem puniceū. Habita autem tertia ꝭ proportionē exterior yris in quo. b. interior in quo. a. colores aūt in quibus. g. puniceus: in quibus. d. viridis: in quibus. e. alurgus. xantos autem apparet in quo. z. Tres aūt nō adhuc fiunt neq; plures yrides: q: ⁊ secūda fit obscurior vt ī tertia refractio valde debilis fiat ⁊ impotens fit pertingere ad solem. Quod autem neq; circulū possibile est fieri yridis neq; maiorem semicirculo portionem: ⁊ de alijs accidentibus circa ipsam ex descriptione erit considerātibus manifestum. Hemisperio enim existentibus super orizonte circulum in quo. a. centro autem. k. alio autem quodā oriente signo in quo h. si que. a. k. linee ſm conum excidētes faciant velut assem in qua. h. k. ⁊. a. k. ad m. adiungatur affringētur ab hemisperio ad. h. super maiorem angulum ad circuli peripheriam incident. a. k. et siquidem in oriente aut occidente austro refratio fiat: semicirculus assumantur circuli ab orizonte qui super terrā fit: si autem supra semper minor semicirculo minimum autem cum in meridie fuerit austrum. Sit enim in oriente primo cuius. h. ⁊ refracta sit. k. m. ab. h. ⁊ planū erectum sit in quo. a. quod a trigono in quo. h. k. m. circulus igitur decisio erit spere qui maximus sit in quo a. differt n. nihil si quodcunq; eorum que super h. k. secundum trigonum. k. m. h. erectū fuerit planum que igitur ab his que. h. k. ducte linee in hac ratione non constituentur semicirculi in quo. a. ad aliud ⁊ aliud signum: quoniam. n. que. k. h. signa data sunt ⁊ que. k. m. data vtiq; erit ⁊ que. m. h. quare et ratio eius que m. h. ad. m. k. Super datam igitur peripheriam tanget. m. Sit itaq; hoc in qua. n. m. quare decisio peripheriarum data est. Apud aliam autem ꝗ ad eam que. m. n. peripheriam ab eisdē signi: eadem autem ratio in eodem plano non consistet. Exponatur igiť quedam linea que. d. b. ⁊ descindatur vt. m. h. ad. m. k. que. d. ad. b. maior autē que m. h. ea que. m. k. quoniam super maiorem angulum refractio coni: sub maiori. n. angulo subtenditur eius qui. m. k. h. trigoni. Adinueniatur igitur ad eā que. b. in qua. z. vt sit quod quidem. d. ad. b. que. b. z. ad. d. deinde quod quidem. z. ad. k. h. que. b. ad aliam fiat que k. p. ⁊. a. p. ad. m. copulentur que. m. p. erit igitur. p. polus circuli ad quē que a. k. linee incidunt erit. enim quod quidem que. z. ad. k. h. et que. b. ad. k. p. et que. d. ad. p. m. non. n. fit: sed vt ad minorem aut ad maiorem ea que. p. m. nihil. n. differt si ad. p. r. Eandem ergo rationem. h. k. ⁊. k. p. et. p. r. adinuicem habebunt: quam quidam que. d. b. z. que autem. d. b. z. proportionales erant: secundum quam quidē que. d. ab. b. que z. b. ad. d. quare que quidem que. p. h. ad. p. r. que. p. r. ad eam que. p. k. Si igitur ab his que. k. h. que. h. r. ⁊. k. r. ad. r. coniungantur copulate he eandem habebunt rationem. quā quidem que. h. p. ad eam que. d. r. circa eūdem. n. angulum. s. p. proportionabiliter: ⁊ que triāguli. h. p. r. eius qui. k. r. p. quare ⁊ que p. n. ad eā que. k. n. habebit eādē ratio-

nem et que.h.p.ad eam que.p.r. habet autem que.m.h.ad.h.k.hanc ratione quam.n. que.d.ad eam que.h. ambe. quare ab.h.k.signis non solum ad eas que.m.n.peripheriam concurrent eandem habentes rationes: sed et alibi qd quidem impossibile. Quoniam igitur que.d.neque ad minus eo qd.m.p. neque ad maius: similiter.n.demonstrabitur palam qd ad ipsum erit.f.m.que.m.p. quare erit quod quide que.m.p.ad.p.k.que.p.h.ad.p.m. Sit igitur eo in quo p.polo.vtens.distantia autem ea in qua m.p.circulus scribatur omnes contingit angulos quos refracte faciunt que ab.m.a.circulo. Si autem non similiter ostendetur eadem habentes rationem que alibi et alibi semicirculi concurrentes quod quidem erat impossibile. Si igitur circunducas semicirculum in quo.a.circa diametrum in qua.h.k.p.que ab.h.k.refracte ad illud in quo m.in omnibus planis similiter habebunt et equalem faciunt angulum qui.k.m.h. et quem facient angulum que.h.p.et.m.p.super eam que.h.p. semper equalis erit. Triaguli igitur super eam que.h.p.et.k.p.equales ei.qui.h.m.p.et.k.m.p. consistunt horum autem catheti ad idem signum cadent eius que.h.p.et equales erunt cadent ad.o.centrum ergo circuli.o.semicirculus autem qui circa.m.n. abiectus est autem ab orizonte superiorem quidem.n.solem no obtinere apud terram autem firmatorum obtinere et diffundere aerem: et propter hoc yrides non coniacere circulum: fit autem et nocte luna raro.neque.n.plena semper debilior quod natura vt obtineat aerem. Maxime autem stare yride vbi maxime obtinet sol plurimus.n.in ipsa humor imasit. Itera fit orizon quidem in quo.a.g.ascendit aut super.h.axis autem fit nunc in quo.h. hunc per alia quidem igitur omnia similiter ostendetur vt et prius. Polus autem circuli in quo.p.erit sub orizonte eo in quo.a.g.elevato signo in quo.h.et eadem autem et polus et centrum.circuli.o.qd terminantis nunc ortus: est enim iste in quo.h.p. Cum autem supra diametrum que a.g.et.k.h.centrum erit vtique sub orizote prius eo in quo.a.g. in ea que.h.p. linea in quo.o.quare minor erit superior decisio semicirculi in quo.f.y.qd.n.f.y.que semicirculus erat nunc autem abscisus est ab.g.a.orizonte quod itaque.y.q.disparens erit ipsius elevato sole. Manifestum autem est in meridie ortum.n.superius.h.magis inferius polus et centrum circuli erit. Qd autem in minoribus quidem diebus his qui post equinoctium autunale contingit semper fieri yride et in longioribus autem diebus his qui ab equinoctio altero equinoctium alterum circa meridie no fit yris. Causa autem quia ad arctum decisiones oes maiores semicirculo et semper ad maiores semicirculo qd autem manifestum et paruum: que autem ad meridie decisionis equinoctialis: quod quidem sursum decisio parua: que autem sub terra magna: et semper in maiores que longius: quare in his que ad estiuas versiones diebus propter magnitudinem decisionis antequam ad medium veniat decisionis ad meridianum.h.subtus ia penitus fit: propter longe distare a terra meridie propter magnitudine decisionis. In his autem qui ad hyemales versiones diebus: quia no multum super terram sunt decisiones circulorum contrarium necessarium fieri: modicum.n.elevato in quo h.in meridie fit sol. Easdem.n. dictis causas existimandum et de pareliis et virgis. fit.n. parelius quidem refractio visus ad solem: virge autem propterea quod incidit talis existes visus quale dicimus semper fieri cum prope solem existentibus nubibus ab aliquo refragatur humidorum ad nubem. Videntur.n.ipse quidem incolorate nubes fz rectum aspectum intuentibus in aqua autem virgis plena nubes. Veruntamen tunc ide quidem in aqua videtur color nubis effecti virgis autem super ipsam nubem: fit autem hec cum regularis fuerit consistentia nubis: et ac quidem spissior: hac autem rarior et hac quidem magis aquosa: hac autem minus. Refracto.n.visu ad solem figura quidem no videtur: color autem: quia autem ibi irregulari apparet fulgidus et albus sol ad quem refractus est visus: hoc quidem puniceum videtur hec viride xanton. Differt.n.nihil per talia videre aut a talibus refra

ctum: vtroqꝫ enim modo apparet colore simile: quare si et illo modo puniceū et isto. Virge quidem igitur fiunt propter irregularitatē speculi non figura sed colore. Parelius autē cum maxime regularis fuerit aer ⁊ spissius similiter: propter quod apparet albus: regularitas enim speculi facit vnum emphaseos colorem: refractio autē simul totius visus propter simul incidere ad caliginem a spissa existente caligine: et nondum quidem existente aqua: prope autem aquā propter existēs apud solē colorem facere apparere: sicut ab aere polito factū propter spissitudinē quare quoniam color solis albus propter hoc et parelius albus apparet. Idem autem magis aque signum parelius ꝙ̄ virge. magis enim accidit aerem bene operose habere ad generationē aque australis autē boreali magis: quia australis aer magis in aquā permutat̄ ꝙ̄ qui ad arctum. Fiunt aūt sicut diximꝰ circa occasus ⁊ circa ortꝰ: ⁊ neqꝫ desup neqꝫ desubtꝰ: sed ex lateribꝰ et virge ⁊ parelij: ⁊ neqꝫ ꝓpe solē valde: neqꝫ lōge penitꝰ. Prope. n. existente sol dissoluit cōsistentiā. longe autem existēte visus non refrangetur: a paruo enim speculo longe protensus debilis fit. Propter quod et halo non fiunt ex opposito solis. Sursum quidē igitur si fiat ⁊ prope dissoluit sol: si autē longe minor visus existens ꝙ̄ vt faciat refractionē nō incidet: in latere autem est tantū distare speculum vt neqꝫ dissoluat sol visusqꝫ multus simul veniat: quia ad terram latus non dispergetur: sicut per immēsum latus. Sub sole autem nō fit propterea: quia prope terram dissoluitur vtiqꝫ a sole: sursum autē in medio celi visus dispergitur: et totaliter neqꝫ ex latere medij celi fit. Visus enim nō ad terram fertur vt paucus pertingat ad speculum: et refractus si omnino debilis. Quecūqꝫ igitur opera accidere exhibere segregationem in locis his que super terrā fere tot sunt et talia. Quecunqꝫ autem in ipsa terra inclusa terre partibus operatur dicendū: facit enim duas differentias corporum: propterea ꝙ duplex natura nata est: ⁊ hoc quēadmodum ⁊ in alio. Due quidem enim exalationes hec quidem vaporosa: hec autem fumosa: vt diximus est. Due autem ⁊ species earum que in terra fiunt: hec quidem. n. fusibilia: hec autem metallica. Sicca quidem exalatio est que ignita facit fusibilia omnia: puta lapidum genera illiquabilia: et vernicem: ⁊ oricellam: ⁊ minium: ⁊ sulfur: et alia talia. Prima autem talium fusibilium sunt: hec quidem puluis coloratur: hoc autem lapis ex tali consistentia factus velit cynabarij. Exalationis autem vaporose quecunqꝫ metallantur: sunt autem fusibilia: aut ductibilia: puta aurum: ferrum: es. facit autem hec omnia exalatio vaporosa inclusa et maxime in lapidibus propter siccitatē in vnum coartatam ⁊ coagulatam velut ros aut pruina cum segregata fuerit: hoc autē ⁊ ante segregatim generantur hec propter quod quidem vt aqua: hec sunt autem vt non potentia: quidem. n. materia aque erat. est autem nō adhuc neqꝫ ex aqua facta propter quādam passionem sicut humores: neqꝫ. n. sic fit hoc quidem es: hoc autem aurum: sed ante fieri coagulata exalatione singula horum sunt. propter quod et igniuntur omnia: et terram habent. siccam. n. eam habent exalationem. Aurum autem solum non ignitur. Communiter quidem igitur dictum est de his omnibus: sigillatum autem considerandum intendentibus circa vnūquodqꝫ genus.

Caput. xxij.

Sicut ex reflexione radiorum visualium in speculo causatur similitudo obiecti ita ex reflexione radiorū lucis: aut luminis in nube rorida aut ꝓportionabiliter causatur calor. Ad cu- Primū.
ius declarationem est notādum primo
ꝙ colorum quidam est verus: et quidam apparens.
Color verus est ille qui consurgit ex mixtione ⁊ pro-
portione qualitatum primarū. de quo loquitur Phi-
losophus primo de sensu di. ꝙ color est extremitas
perspicui in corpore terminato. Color autem appa-
rens est ille qui fit ex mixtione specierum visibilium Lec. 3.
aut lucis cum opaco. de quo loquitur Philosophus
tertio metheo. di. yridem esse tricolorē ex triplici re-
flexione radiorum lucis aut luminis: non ponendo Secūdū.
differentiam ad presens inter lumen et lucem. Se- Lec. 3.
cundo notandum ex intentione Aristo. primo de sen-
su. et tertio metheo. ꝙ aliquādo causatur apparens
color supponendo colorem colori quem modum sepe
obseruant pictores supponendo albo tenue nigrum

vt fiat mediū coloris apparentia scdm diuersam proportionem nigri superadditi albo fit alia et alia apparentia coloris mediꝫ. quandoqꝫ fit color apparens per iuxta positionem paruarū partium diuersis coloribus coloratarum vt in texturis filorum apparet pannus contextus ex lanis diuersorum colorū vnius coloris multum diuersificati a coloribus filorum. Interdum etiam fit color apparens ex concursu radiorum solarium incidentium per res coloratas diuersis coloribus: vt cum radij solares incidunt per fenestram diuersorum colorum videntur colorati diuersis coloribus.

[margin: Prima conclusio.]

His intellectis sit hec prima cōclusio. veri colores mediꝫ nō fiunt ex mixtione suorum extremorum: sed tam illi q̄ extrema generantur ex mixtione causarum illorum. Prima pars patet: eo ꝙ colores non sunt qualitates actiue. modo nulla sunt miscibilia nisi inuicem actiua et passiua. primo de genera. Secunda pars declaratur: quoniā calidum agens in siccum primo denigrat ratione fumationis. post modū autem per longam et diuturnam actionem dealbat: vt patet de ossibus et lignis expositis igni. consimiles etiam operationes facit frigidum applicatum humido: vt patet de niue ꝛc. et quoniam aliquando in eodem diuersificantur mixtiones qualitatum primarum. Ideo in illis diuersi colores generantur: vt patet de eadē penna cuius vna pars est alba et alia nigra. In latitudine igitur mixtionis qualitatum primarum sunt alique mixtiones: quibus resultant colores extremi: et alique quibus resultant colores mediꝫ. ¶ Secunda conclusio. Colores apparētes ex impressione metaphorica fiunt ex cōmixtione lucis cum opaco terrestri aut aquoso. patet: quoniam dum radius solis transit per exalationem calidam et siccam terrestrē facit colorem puniceum: et idem cōtingit si fiat transitus per nubem aquosam variando colorem scdm diuersitatem lucis cum opaco. nam ex mixtione fortis lucis cum multo opaco generatur rubedo: et ex commixtione fortis lucis cum opaco tenui generatur albedo: et ex mixtione debilis lucis cum opaco multo generatur nigredo. ex mixtione lucis debilis cum pauco et debili opaco generatur aliquis alius color medius. ¶ Tertia conclusio. Colores yridales apparentes circa lumen lucerne fiunt ex mixtione luminis cum materia rorida diffusa ab oculo. patet: quoniam habentes oculos fortes non vident huiusmodi colores: habentes autem debiles vident illos: quod non potest esse ex alio nisi quia ex forti oculo non exit materia rorida: que ab oculo debili remittitur ratione cuius radij luminis franguntur ad perpendiculationem propter occursum mediꝫ densioris: et ex hoc apparent illi colores. Ex ista cōclusione patet causa propter quam multū potantibus ante complementum somni apparent radij solares vt lucerne accedere et recedere: quia huiusmodi materia effusa ab oculo scdm aliquam partem consumitur et scdm aliquam maioratur: etiam propter causam similem infirmus longo tempore indicat lineam nigram descriptam supra cartam albam esse rubeam: quia species linee et carte miscentur in dicta materia fluente ab oculo: ꝙ autem vnum apparet duo potest esse ex simili causa et ex motu oculi non permittente vnionem specierum visibilium eiusdem obiecti. ¶ Quarta conclusio. In yride non possunt apparere colores extremi sed solum mediꝫ. Ista conclusio probatur: quoniam si appareret albedo hoc esset ratione radiꝫ solaris: qui quodammodo est albus: sed hoc non quia etransit per nubem grossam et spissam: et quodammodo nigram. et si appareret nigredo hoc esset ratione nubis que est nigra: et hoc iterum non propter penetrationem radiorum solis. relinquitur igitur ꝙ non deberent apparere nisi colores mediꝫ: et isti sunt quatuor scdꝫ philosophum. iij. metheorou. scꝫ puniceus / citrinus / viridis ꝛ alurgus. quorū tres scꝫ puniceus viridis ꝛ alurgus fiunt ex reflexionibus diuersorum radiorum solarium. Alius autem scilꝫ citrinus fit ex appropinquatione punicei cum viridi. Et si arguitur ꝙ per idem debet causari quintus color: scꝫ inter viridem ꝛ alurgum: sicut causatur citrinus inter puniceum et viridem. negatur consequentia: quia color viridis et alurgus sunt vicini tendentes in nigredinē: sic autem non contingit de puniceo ꝛ viridi.

Contra predicta arguitur. et primo ꝙ in yride sunt veri colores: quia sensus non decipitur circa proprium obiectum. ij. de anima. sed sensus iudicat illos esse veros colores: igitur illi sunt veri colores. [margin: Primum.] ¶ Secundo. nullum sensibile commune mouet sensum nisi mediāte sensibili proprio: sed figura yridis est sensibile cōmune: ergo non mouet visum sine sensibili proprio. patet cōsequentia cum qualibet parte antecedentis ex determinatione Aristo. ij. de anima. tunc sic. figura yridis nō mouet visum sine sensibili pprio: sed huiusmodi sensibile propriū est color verus: igit in yride est color verus. [margin: Secundū.] ¶ Tertio arguit ꝙ ex mixtione fortis lucis cum multo opaco non causatur color puniceus: quia in nube rorida est huiusmodi mixtio: ꝛ tamen causantur alij colores. similiter in flamma candele est hmōi mixtio circa mediū: et tn̄ non causat ibi rubedo: sed potius quedā dealbatio. [margin: Tertiū.] ¶ Quarto sequitur ꝙ in nocte omnia deberēt videri punicea. cōsequēs est falsum. tenet cōsequentia: quia in nocte multa lux transit per multā nigredinem et opacitatem noctis. radij enim solares aut astrorum transeunt per aerem opacum et obscurum. [margin: Quartū.]

Ad primum dicitur ꝙ sensus bene decipitur circa propriū obiectū iudicio particulari sed nō vniuersali. ꝛ dico consequenter ꝙ color verus ꝛ stricte sumptus non est adequatū obiectum visus: sed solum cōmuniter color sumptus: de quo loquitur Phs in lib. de sensu. ꝙ omnia corpora colore participant: et sic conceditur ꝙ lux ꝛ lumen sunt colores. de hoc tamē clarius dicetur in. v. parte. [margin: Ad primū.] ¶ Ad secundum concedo ꝙ figura non mouet visum sine colore: non tamen sequitur ꝙ hmōi color sit semper verus color et proprie dictus: sed sufficit ꝙ sit color cōmuniter sumptus. ꝛ hoc est intentio Aristo. ij. de anima. [margin: Ad scdm.] ¶ Ad tertium dicit ꝙ radiorꝫ reflexorꝫ in nube aliqui sunt fortes: aliqui fortiores: et aliqui debiles. Colores igitur pendentes a fortioribꝰ radijs sunt punicei: et a debilibus sunt alurgi: et a medioctibus sunt virides: et hoc ceteris paribus supposita vniformitate nubis in raritate ꝛ dēsitate. Et ad argumētū de flamma candele dico ꝙ miscetur lux fortis tenui opaco: ideo causatur albedo. [margin: Ad tertiū.] ¶ Ad quartum respondetur negando ꝙ fortis lux trāseat de nocte per multam nigredinē: immo debilis lux per multā obscuritatem: scꝫ lux astrorꝫ: ex quo sequitur iuxta dicta ꝙ de nocte debet videri obscuritas vel nigredo ꝛ nō color puniceus. [margin: Ad q̄rtū.] Intelligendū ꝙ sicut ex reflexione radiorū visualiūꝫ in speculo causat ymago que nō est obiectū nec speculū: nec mediū: nec aliquis radiorꝫ: ita potest dici ꝙ reflexione radiorꝫ lucis in nube rorida generatur vna qualitas distincta a nube et a radijs solaribus que videtur esse diuersorꝫ colorꝫ iuxta diuersitatem reflexionū. hoc tamen non est presentis speculationis: quia siue ponatur siue non ponatur semper stant consimiles difficultates. quare.

¶ Caput. xxiij.

Quarta conclusio plurimū ambigua manet nisi causa separationis colorum in yride et ordo traderetur: vt quare magis in superiori periferia puniceus color apparet q̄ alius. ¶ Ad quorum manifestationem est notandum primo ꝙ yris proprie dicta est portio circuli in nube medie regionis collocata diuersis coloribus oculo existēte inter nubem ꝛ solem. Et notanter dicit yris proprie dicta ad differētiā yridum per similitudinē ratione colorꝫ que fiūt per cristallos vel aliaꝫ

vitra plena aquis: et per artificiales aque rorationes et alij circa lucem candele: aut circa lumina de quibus nõ est sermo ad presens sed solum de his q̃ fiunt in nube rorida existente in media regione aeris.

Scdm. ¶Secundo notandum q̃ a centro solis procedũt aliq̃ radij distãtes ab axe seu linea trãseũte per cẽtrũ oculi et polũ yridis: quorũ aliqui plus et aliqui minus distant et quanto aliquis radius plus distat ab axe yridis tanto ille radius est debilior et quãto debilior tanto plus reflectitur a minori obstaculo. et q̃nto radius minus distat ab axe tãto est fortior: et tanto minus reflectitur q: in plures guttulas nubis aut vaporũ hz pfundiorem incessum.

Pa conclusio

His premissis

sit hec prima cõclusio color puniceus nõ apparet in superiori periferia yridis pp̃ter maiorẽ in suspissationem aut pp̃ter maiorẽ approximationem ad oculum aut minorẽ Prima pars ptz q: contingit nubem esse regularẽ et vniformẽ: tamen cõtinue in superiori periferia apparet color puniceus. scda vero et tertia pars declarãtur ex hoc: q: si pp̃e yridẽ esses non tibi videretur aliquis color illorum.

Secunda cõclusio. ¶Secunda cõclusio. color puniceus nõ apparet in supiori pferia nec rõne maioris luminis nec minoris: sed ratione maioris reflexionis ad oculũ. prima pars pbatur. quia dato opposito tunc in inferiori pte yridis deberet videri puniceus: qđ est falsum. et pbatur ɔña: q: radij occurrentes parti inferiori sunt fortiores ex quo minus distant a perpẽdiculari transeunte p polũ yridis. Secũda ps est Arist. iij. metheo. q̃ sic pbat: q: sepe de nocte fit yris a luna in qua yride sunt ordinati colores sicut in yride causata a sole: et tñ in yride causata a luna est lumẽ remissius q̃ in aliqua pte yridis solaris. Tertia pars declaratur: nam radij transeuntes per inferiorẽ pferiã sũt alijs radijs fortiores. ex quo minus distãt ab axe yridis. igitur magis penetrãt. et minorem habent reflexionẽ: et ɔñr minus mouent oculũ: ideo causant alurgũ aut azurinũ tendentẽ in nigredinẽ. in secũda aũt pferia radij trãseũtes nõ sunt ita fortes sicut primi: q: plus distãt ab axe yridis. igitur minus penetrant: et forti⁹ reflectunt: et per ɔñs dz causari color minus distans ab albedine q̃ alurgus. in tertia autem periferia radij trãseũtes sunt debiliores alijs pp̃ter maiorem distantiã ab axe yridis et minime penetrãt et maxime reflectũtur. et ideo ibi causatur color puniceus siue rubeus sicut igitur radij incadentie cõtinue sunt debiliores: ita etiã radij reflexionũ cõtinue sũt fortiores.

Tertia conclusio. ¶Tertia cõclusio. circa polum yridis non apparent colores diuersi sicut in circunferentia. patet quia radij solares trãseuntes per polum yridis sunt sicut perpẽdiculares ceteris fortiores hinc est q̃ propter magnam intensionem luminis circa polum yridis ratione caloris dissoluitur hic consistentia. et totũ circa illum polum videtur album: ex quo est mixtio fortis lucis cum modico opaco.

4a ɔclo. ¶Quarta conclusio. nõ possunt esse plures yrides q̃ due. pbatur. nã yris causat ex forti reflexione radiorũ solariũ in nube rorida: sz nõ pñt eẽ nisi due nubes potẽtes formaliter reflectere. ergo patet ɔña cum maior et minor declaratur q̃m non fiunt nisi due nubes roride. vna in superiori parte regiõis medie habens paruas guttulas et minutas. et alia in inferiori parte eiusdem regionis habens guttulas grossiores pp̃ter fortem antiparistasim cuz. ergo flectuntur radij ab ista inferiori versus oculum ad eãdem etiam flectuntur radij ad superiorem si fuerit: et hec superior radios reflexos ab inferiori etiam flecteret versus oculum: sz debilius. ideo nõ ita distincte videntur colores in illa sicut in pma tum ratione debilis reflexionis. tum ratione magne distantie. Et si queritur quare in superiori yride colores contrario modo se habent coloribus inferioris yridis. Respondetur q̃ hoc est ratione contrarie reflexionis eo q̃ radius reflexus ad inferiori periferia pme yridis reflectitur a superiori periferia. secunde yridis: ideo in superiori periferia secunde yridis causatur color azurinus: et radius reflexus a superiori periferia prime yridis flectitur ab inferiori secunde yridis ideo ibi causatur color puniceus: in media autem periferia continue est color viridis: eo q̃ secunda periferia prime yridis flectit radios ad secundam periferiam secunde yridis. et intelligo per primam yridem illam que est nobis propinquior distantiorem autem voco secundam. Ex predictis sequitur q̃ non potest fieri yridis in nube grandinosa: sed solum pluuiosa: quia materia yris debet esse sicut specula parua continua. et modo grandines non sic possunt continuari sicut parue guttule aquarum propter illarum duriciem.

Prim[a]

Contra

predicta arguitur. et primo q̃ in yride non sit aliquis color fm apparentiam: quia impossibile est yridem videri pbatur: nam si videtur yris. ergo videtur radius solis. patet consequẽtia quia yris nõ videt esse aliud: sed cõsequẽs est falsum eo q̃ radius solis est lumen qđ nõ potest videri cum sit species lucis aut corporis luminosi.

Secund[a] ¶Secundo arguit q̃ in yride non sint tres distincti colores loco et subiecto: nam vbi tu vides puniceũ alter videt alurgum: sed nõ possunt esse colores diuersarum specierum inuicem coextensi. ergo omnes illi colores sũt vnus color specie. et hoc potest p experientiam aliã demonstrari. eo q̃ ambulanti versus yridem in eodem loco apparet color punice⁹ et scdo viridis et tertio alurgus.

Terti[o] ¶Tertio arguitur. q̃ in yride non sit color puniceus: quia ponit Aristo. iij. metheo. q̃ album transiẽs per nigrum facit puniceum: sed nubes est nigra et radius albus. g.

Quart[o] ¶Quarto arguit q̃ yris nõ causet rõne reflexionis nec refractionis: q: cũ radij solares eq̃ bene flectentur et refrangantur ab aqua sicut a nube sequitur q̃ in aqua poterit generari yris. consequens est contra experientiam: et consequentia de se patet.

Ad prim[um]

Ad primum

dicitur q̃ sicut videndo albũ videtur subm et albedo. ita videndo yridẽ videt nubes et radius reflex⁹ incorporat⁹ nubi. Et tunc ad argumentũ nego q̃ lumẽ sit species lucis: sed est vna qualitas realis potens representare se non representando corpus luminosum in quinta parte.

Ad secu[ndum] ¶Ad secundum concedo. q̃ in yride non sunt colores fm veritatẽ: sed solum fm apparentiam. tñ tñ diuersis sitibus põt vnus color apparere plures colores fm diuersitatem reflexionũ ad oculos diuersos in illis sitibus. põt etiam apparere idem color continue alius et alius idem in diuersis sitibus vt tenguar argumentũ pp̃ter diuersitatẽ reflexionis sic q̃ tãdẽ nullus appebit color.

Ad tertiu[m] ¶Ad tertium cõcedo q̃ albũ transiens p nigrum facit rubeũ supposita debita pportione nigri cũ eq̃li fortitudine radiorũ et eq̃li reflexiõe sz oppositũ cõtingit in yride vt supius est ostẽsuz.

Ad q̃rtu[m] ¶Ad q̃rtũ negat ɔña: q: lz ab aq̃ fiat reflexio: tñ alie cãe concurrũt in nube ad gñatiõnẽ yridis q̃ nõ pñt ɔcurrere in aq̃ vt dictũ est taliter em disponit nubes respectu solis et visus qualiter nũq̃ aqua posset disponi. quare.

¶Caput. xxiiij.

De figura

yridis et de permutatione eius quare aliqñ appet semicirculus et aliqñ maior aut minor sequatur declarare.

Primum ¶Ubi notanduz primo q̃ orizon aliter ab astrologis et aliter a pspectiuis sumitur. nã orizon fm astrologos est circulus diuidẽs sperã per duos eq̃lia trãsiens p centrum mũdi et separans ptem celi visam a nõ visa vt inq̃t auctor de spera. fm autẽ pspectiuos vt pz per vitulionẽ quarto. sue perspectiue: orizon est supficies circularis cantinens supficiẽ terre pcedens vsq ad extrẽa ptiũ celi visaz. cui⁹ centrũ est centrũ oculi sic vidẽtis: et ita variat orizõ sicut variant oculi vidẽtiũ et sic sumit orizon a pho. iij metheo.

Secund[um] ¶Secũdo notandũ ex intẽtione Arist. iij. metheo. q̃ semp tpe apparitionis yridis necesse ẽ cẽtrũ solis et cẽtrũ orizõtis et cẽtrũ yridis, et polos eiusdem esse in eadem linea recta: ita quod in

gnatione yridis ead linea trasit p centru solis z p cetru oculi qd est centru orizotis p centru yridis z per polos eius qd declarat p experientia. na qto sol deprimitur versus orizontem tato eleuat polus z centrum yridis supra orizonte. z qto sol eleuatur supra orizontem tato deprimitur centru yridis z polus eius sub orizonte. ¶ Ex his Arist. intedit duas regulas: pma
...regula. regula est vbicuq sol no potest eleuari sup orizontem per. 42. gradus ibi omni hora diei artifitialis pot apparere yridis portio: qz tunc potest esse aliqua portio yridis supra orizontem ex quo semidiameter yridis est. 42. graduum. vt est inuentu per astrolabium
Secunda regula. z quadrante. secunda regla. vbicunq sol potest eleuari supra orizontem plusq per quatuor gradus in die artificiali ibi no omni hora diei potest apparere yris vel aliqua portio eius: eo q post tantam eleuationez erit centru yridis z polus eius per quatuor gradus z amplius sub orizonte. ergo cu tm z non amplius otineat semidyameter yridis sequitur q punctus altissimus eius sit omnino sub orizonte z consequenter nihil eius videtur. quare.

conclusio. **His pressimis** pono quatuor coclusio. Arist. iij. methe o. quaru prima est ista. sole existente in ortu aut occasu ceteris paribus yris tantum semicirculus apparet. patet qz sole existente in ortu vel occasu polus yridis erit in cotactu orizontis in orizete. polus yridis erit cotactu orizontis in occidente. z per ons centru yridis erit in consimili situ. quare sequitur q si yris esset circulus perfectus medietas vna esset sub orizonte z alia supra orizontem. z per ons tuc no potest yris apparere maior vel minor semicirculo. Et notater dixi ceteris paribus. qz aliquado sole existente in ortu aut occasu pot apparere yris minor semicirculo vt si deficeret nubes aut esset obstaculum inter oculum z aliqua partem nubis: aut si esset ho in valle vel otra montem ex opposito ad sole. Aliqn etia pot apparere maior vt si poneret oculus in alto mote: yris apparet maior semicirculo. immo posset ho aliqs tantu in aere leuari per potentia dei q yris appareret circulus coplexus. Ite ponedo terra esse sperica homini stanti super illa appareret yris maior semicirculo. qz pter eleuationez capitis a terra plus videt de celo q si haberet oculu in superficie terre: z iteru in superficie sperica yris appareret maior semicirculo: qz oculus ibidem positus plus videret de celo: z cosequenter de yride q in superficie plana. coclo ergo hz veritatem superficie terre
...conclu. exnte plana deductis impedimentis. ¶ Secunda conclusio. sole eleuata supra orizontem yris apparet minor semicirculo. patz qz sm q eleuatur sol supra orizotez deprimit polus z centru yridis sub orizonte. ergo illud qd relinquitur de yride supra orizonte est minus semicirculo. patz ons cu ante. qz si ducatur linea recta de centro solis per oculum vsq ad centru yridis
Tertia conclusio. z ex vna parte tm est depressa infra orizontem quantum ex alia parte est eleuata supra orizontem. ¶ Tertia conclusio. yris apparens in meridie apparet minima portio circuli qua illo die potest apparere: pbatur. nam qto sol magis eleuatur supra orizontem tato plus z centrum yridis magis deprimit sub orizonte z cum centru magis est sub orizonte minor portio circuli est supra orizontem. z impossibile est eodem die solem magis eleuari supra orizonte q in meridie ergo impossibile est illa die minorem portionem yri-
4a conclusio. dis remanere supra orizontem illa que remanet in meridie. ¶ Quarta conclusio. possibile est solem tatu eleuari supra orizontem q impossibile est p tunc appareret yridem. patz. qz sol pot eleuari vltra quatuor gradus z semidyameter yridis no est nisi. 42. gradus ergo sole eleuato per quatuor gradus aut per. 44. gradus. tunc non poterit yris apparere eo q tunc altissimus punctus yridis est plurimum depressus sub orizonte. ¶ Ex predictis sequitur primo q sub equi-
correlarium. noctiali non potest apparere yris per tres horas prope meridiem patet: quia in qualibet hora eleuatur per. 15. gradus. ergo in tribus primis horis oritur p. 45. gradus. z per ons post tertiam horam est ita altus q non potest apparere aliqua portio yridis. Consimiliter est ante occasum per tres horas: z ita habetur q sub equinoctiali per. 6. horas diei artificialis non potest aliquid videri de yride: sed bene per tres horas prope ortum er per tres prope occasum. ¶ Se- correlarium.
cundo sequitur qd existentibus sub tropico estiuali non potest omni hora diei apparere yris: quia sol eis eleuatur plus qua per. 42. gradus prope meridiem. Consimiliter dicatur sole existente in zenith capitis alicuius ciuitatis: q non potest apparere tunc yris correlarium.
habitantibus in illa ciuitate: qz tuc est directe polus yridis z centrum in angulo noctis. ¶ Tertio sequitur. q sub polo mundi omni die et hora potest apparere yris: qz non eleuatur sol vltra. 24. gradus. et similiter est de habitantibus ppe solem ad. 18. gradus. quia nunq eleuatur illis ad. 42. gradus: habitantibus autem inter tropicum z predictum locum qui est. 18. gradus prope polum potest in aliquibus diebus hyemalibus: z in aliquibus diebus estatis no potest apparere ad meridiem: z plus aut minus sm qd habitatio est propinquior tropico aut polo. ¶ Quarto sequitur. q ab equinoctio autunali vsq ad equinoctium vernale potest in quacuq diei hora nobis habitantibus in quinto clymate yris apperere: qz tunc sol non potest accedere ad zenith capitis nostri per. 42. gradus.

Contra pdicta arguitur. z primo q nulla recta linea transit a centro solis ad centrum yridis per centrum orizontis qz talis linea aut est sm veritatem aut sm ymaginationem no primu: qz cum corpora celestia z elementa sint discontinua non est possibile vnam lineam per omnia illa transirener et sm eo q qlibet radius vente a centro solis ad centrum yridis frangitur ergo oblique incedit z per consequens nulla est assignanda recta linea. Primum. a
¶ Secundo arguitur. q nec per centrum oculi: quia tuc sequitur q nulli duo homines inequales possent simul videre yridem consequens est contra experientiam: pbatur consequentia: qz tunc non posset trahi vna linea per oculos illorum: nec etiam due recte a centro solis ad centrum yridis eo q a puncto ad punctu no contingit nisi vnam rectam lineam ducere sm mathematicos. ¶ Tertio arguitur. q yris non est portio circuli: quia yris artificialiter facta rotando versus radios solis non est portio circuli. nec yris que causatur exponendo cristallum exagonum soli. nec etiam yris que fit exponendo amphoram plenam aqua radiis eiusdem. ergo nec yris naturalis. patet consequentia. qz ars imitatur naturam inquantum potest. ij. phy. ¶ Quarto arguitur q non quanto plus eleuatur sol supra orizontem tanto yris videtur minor portio circuli. eo q philosophus videtur dicere contrarium. iij. metheo. scilicet qd quanto sol magis eleuatur tanto yris est portio maioris circuli. et quanto magis deprimit tato est portio minoris circuli. ergo. Secundum. Tertium. Quartum.

Ad primum dicitur q talis linea est secundum ymaginationem. et consequenter dico quod licet quilibet radius solis refrangatur: non tamen talis linea sic ymaginata sicut nec radius vt perpendicularis. ¶ Ad secundum negatur cosequentia et ad probationem dico quod sicut diuersi sunt oculi: ita diuersa sunt centra orizontis et diuersa centra yridis. eo quod yris non est portio circuli secundum veritatem: sed solum secundum apparentiam. ¶ Ad tertium negatur accidens: nam quando rotatur aqua contra radios solis apparet yris portio circuli. ¶ Ad quartum dicitur quod aliud est esse portionem maioris circuli. et aliud maiorem portionem circuli: est ergo dicendum cum philosopho q sole eleuato supra orizontem yris videtur minor portio circuli. tamen videtur portio maioris circuli: z eodem depresso videtur yris maior portio circuli: z tame videtur portio minoris circuli: quomodo aut hoc Ad primum Ad secundum Ad tertium Ad quartum

sit verū declarat presupponēdo ꝙ yris q̃to est maior
tāto plus curuat̄ q̃to minor tāto minus curuatur.
Intelligēdo ꝙ yris siue sit maior siue minor semp̄ sit
portio eiusdē circuli. pꝫ ex quinta conclusione p̄me
dictionis almagesti. di. ꝙ eiusdem circuli maior por-
tio plus curuat̄ minore. modo sole eleuato supra ori-
zontem videtur yris plus incuruari q̃ ipso depresso
ad orizontem propter consumptionem maiorē vapo
rum a sole in eleuatione q̃ in depressione.

¶ Caput. xxv.

Multi putauerunt yridem appa-
rere supra orizōtem ſm cō-
pletā figurā circuli: q: viderūt in nu
be colores gn̄ari cōsimiles coloribus
yridis facientes coronam. inter aspe
ctum nostrum ꝛ solem quos reprehē
dit Ari. iij. metheo. di. impressionem
illā nō esse yridē: sed halo. ¶ Ad cuius inuestigationē
Primum est notandum primo ꝙ halo grece idē est qḋ corona
latine. nā apparet circūdare solem aut lunā aut aliḋ
astrum: ꝛ dicit̄ generari ex reflexione radiorum astri sic
ꝙ cū nubes subtilis mediat inter oculū et astrū radij
illius astri oblique circūquaq; sup̄ nubem incidētes
reflectuntur propter resistentiam mediꝫ ꝛ causat̄ re-
flexio vsq; ad oculū ꝛ in tali pūcto causat̄ apparētia
albedinis si fuerit nubes multū subtilis. ꝛ si aliquali
ter spissa fuerit causat̄ halo colorat⁹ colorib⁹ yridis: li
cet confuse ex alia ꝛ alia reflexione. ita diuersitas co
lorum est ex diuersitate spissitudinis nubis ꝛ q: talis re
flexio fit circulariter circa astrū: iō apparet halo cir-
cundare circa astrū ꝛ esse figure sperice. ¶ Scḋo notā
Scḋm dum ꝙ pluries nō generat̄ halo ſm figurā sp̄icā. p̄i
mo si astrū nō fuerit perfecte supra orizontem: quia
tunc non apparet nisi illud qḋ est supra orizontē. scḋo
si nubes ex vna parte euanescit aut sit inepta ad fa-
ciendam apparentiaꝫ halo. tertio si appareat circa
lunam non plenam ꝛ tunc nō apparet halo circa par
tem deficientē lumine lune. quarto si nubes in qua
debet apparere halo sit difformis in suis partibus
in raritate ꝛ densitate.

p̄ma cōclō His premissis sit hec prima conclusio
halo nō causatur per ra
refactionē solū: sed per reflexionē radiorum in nube
p̄bat̄ conclusio. q: si fieret reflexionem radiorū solum
ꝛ cū currat mediū rarius a nube ad oculum sequit̄ ꝙ
radij frangunt̄ a perpēdiculari. ꝛ per cōsequēs nō ve
niunt ad oculum. radij ergo astri primo occurrūt me
dio dēsiori scꝫ nubi in quo frangunt̄ ad perpēdicula
rem ꝛ in illa nube reflectunt̄ eo modo quo dicebatur
alias de denario in aqua ꝛ iterū venientes ad mediuꝫ
rarius franguntur a perpendiculari: ꝛ sic non mouēt
oculum nisi pro quanto vniuntur a perpendiculari.
¶ Scḋa cōclusio. halo frequentius apparet iuxta lu
2ª cōclusio nam q̃ iuxta solem aut aliud astrum: q: sol consumit
vaporem in quo debet apparere halo si nō fuerit be-
ne spissus: ꝛ hinc est ꝙ halo solis cit⁹ euanescit q̃ ha
lo lune. Circa astra vero etiā nō frequenter apparet
halo propter debilitatē illorum astrorum luminis qḋ non
3ª cōclō. sufficit in nube facere notabilē reflexionem et refra-
ctionem. Interdum etiam halo apparet circa lumen
candele cum fuerit aer aut vapor spissus iuxta lumē
lucerne: ꝛ permaxime apparet habentibus oculos de
biles vt alias dicebatur de yride: q: dominiū humo
rum in oculis iuuat ad talem apparentiam. ¶ Ter-
tia conclusio. halo non potest representare solum sub
tanta magnitudine sub quāta representat radi⁹ eius
dem mane. q: nubes in qua apparet halo non est tā-
te spissitudinis sicut illa in qua sol apparet de mane.
Dico ergo ꝙ quādo nubes mediās inter nos ꝛ astrū
est nimis grossa ꝛ obscura: tunc penit⁹ occultat astrū
ꝛ non apparet halo: quando vero est nimis tenuis ꝛ
transparens iterum non appa et halo propter debi
litatem reflexionis ꝛ refractionis: sed quādo medio
modo se habet tunc apparet halo non varians iu-
dicium notabiliter de quantitate astri. ¶ Quar-
ta conclusio. halo quandoq; est signum pluuie quan 4ª cōclō.
doq; ventorum. quandoq; serenitatis. patet ex sen-
tentia Aristot. iij. metheororum cum halo continue
ingrossatur significat pluuiam: ꝛ quando in vna par
te distrahitur ꝛ frāgitur ꝛ non in alia parte est signū
ventorum. quādo autem in omnibus partibus equa
liter euanescit ꝛ albescit signum est serenitatis: q: si-
gnificat materiam illam consumi. consimiliter dica-
tur de yride ꝙ quandoq; ante meridiē apparet v̾sus
occidentem: q: semper apponitur soli ꝛ significat se-
renitatem aeris. q: signum est ꝙ nubes pluuiose oc-
cidunt ꝛ consumunt̄ a sole: sed quando apparet post
meridiē tunc apparet versus orientem significās do
minium aquarū ꝛ pluuiā: sed quando apparet circa
meridiem: tunc modicuꝫ apparet vt dictū est in alio
capitulo: ꝛ itēꝫ pluuiam demonstrat. De magnitudine
autem halo dicit Ari. iij. metheo. ꝙ dyameter ei⁹ est
subdupla ad dyametrū yridis: eo ꝙ dyameter haloē
precise. 42. graduum vt inuentum est per astrolabiū
ꝛ quadrantem: sed dyameter yridis est. 84. graduuꝫ
ex quo semidyameter est. 42. graduum vt superius
dictum est. ergo dyameter yris est dupla ad dyame-
trum halo. hoc tamen est intelligendum. quādo yris
ꝛ halo est inuicem proportionata distantia a celo: et
ad oculo eo ꝙ aliquando dyameter yris est maior q̃
dupla ad dyametrū halo: q: halo in principio gene-
rationis. quādoq; est minor scꝫ quando generatur
iuxta oculum ꝛ aliquando est maior. quādo genera-
tur distanter ab oculo: ꝛ ita etiam posset esse minor
q̃ dupla: q: yris minor apparet prope oculum q̃ di-
stanter eo ꝙ multas reflexiones faciunt apparētia
in distātia remota q̃s non faciunt in distātia ppinq̄.

Contra p̄dicta arguitur ꝛ primo ꝙ halo non Primum.
fiat per refractionē nec per reflexio-
nem: q: per refractionem ꝛ radij venientes a nube ad
oculum occurrunt medio rariori. ergo franguntur a
per pendiculari. ꝛ per cōsequēs nō causant visionem
pꝫ ꝯña. q: oculus directe supponitur nubi. nō etiam
per reflexionem q: radij reflexi reflectuntur versus
astrum: ꝛ non versus oculum. ergo illi nō causant vi
sionem. Deinde necessario astrum videretur in maio Scḋm.
ri distantia ꝛ extra locum in quo est ratione reflexio
nis vt superius est ostensum. ¶ Scḋo arguit̄ ꝙ halo
non fiat per nubem interpositam oculo ꝛ astro, q: ta
lis nubes: aut est cōtinua aut discontinua: non discō
tinua q: sic halo semp̄ videret̄ fract⁹ ꝛ discōtinu⁹: nec
cōtinua: q: dicit phs. iij. met. ꝙ halo fit p̄ refractionē Tertium.
in caliginem consistentem: ſm parua specula. ¶ Ter
tio arguitur ꝙ halo non sit circulus q: yris nunq̃ est
circulus ergo nec halo. pꝫ cōsequētia per phm. iij. me
theo. di. ꝙ hec omnia fiunt propter eandem causam
ꝛ eodem modo antecedens autem est declaratum in Quartum.
alio capitulo. ¶ Quarto arguitur ꝙ halo non debet
apparere albi coloris: q: si nubes ponitur inter visuꝫ
et solem tunc debet apparere rubei coloris sicut de
mane ratione fortitudinis radiorum. si autem pont
tur inter oculum ꝛ astrum aliud videt̄ esse citrini co
loris propter debilitatem radiorum.

Ad primum dicitur ꝙ halo non fit p̄ re- Ad p̄mū.
flexionē p̄cise nec per refra-
ctionē solū. tamē hoc cōcurrunt ad visionē rectā ra-
tione radij recti ꝛ perpendicularis: que cū radijs fra
ctis ꝛ reflexis facit maiorem apparentiam q̃ sine il
lis: ꝛ ex hoc pꝫ ꝙ non debet videri astrum in maiori
distantia nec extra locum in quo est. ex quo huiusmo
di visio fit per medium rectum ꝛ perpendicularem.
Item radij non solum reflectuntur versus astrū: sed
etiā versus oculum in nube: q: in medio vniformi fit Ad scḋm.
reflexio ad illum. ¶ Ad secundum dicitur ꝙ nubes
est continua ratione vaporis ꝛ discontinua ratione
guttularum per modum speculorum: ꝛ concedo ꝙ a
qualibet guttula fit reflexio ꝛ licet forte non quelibet
reflexio sufficiat mouere visum ꝛ nego consequētiā.
ergo halo videtur fractus ꝛ discontinuus, quia ra-
dius perpendicularis est fortior hic q̃ aliquis refle-

tertiū. rus aut refractus. ¶ Ad tertiū negatur ꝙ yris nūꝗ̄ est circulus: tamen concedo bene ꝙ yris nūꝗ̄ apparet circulus: & ex hoc non sequitur ꝙ nec halo: q2 yris opponitur soli. halo vero ponitur īter oculū & astrū et ad philosophum dico ꝙ licet hec omnia fiant ea-
quartū dem causa & eodem modo non tamen omni modo. ¶ Ad quartum respondetur negando antecedēs generaliter sumptum: sol enim radiens super nubem multum grossam causat rubedinem sicut de mane sed radians super nubem subtilē. sicut est nubes halo causat albedinē: & etiam alios colores ſm densitatem nubis & reflexionem radiorum. Et ideo concedo ꝙ aliquando halo est. iiij. colorū sicut yris. ita ꝙ primus circulus est albus aut citrinus. & secundus siurgus. tertius viridis. quartus puniceus. tamen non distincte apparent: & ita non est inconueniens ꝙ reflexio aliorum astrorum causet colorem citrinum si fuerit debilis. si autem fortis causabit colorem albū.

¶ Caput. xxvi.

ARistoteles tertio methe. ponit alias impressiones visas per viam refractionis et reflexionis radiorum scilicet parelios idest multiplicem apparentiam solis & virgas aliquādo sur-
primū. sum & aliquando deorsum situatas: aliquando autem a dextris & a sinistris. ¶ Ad quorū inuestigationem est notandum primo ꝙ sicut fortis exalatio calida & sicca mouetur ad supremam regionem que inflāmata propter multam distantiam videtur astrum & figure sperice: ita fortis vapor ascendit ad summitatem medie regionis vbi irradiatus a sole videtur sol & figure sperice propter multam distantiam. licet non sit figure sperice. sicut etiam qua-
Scdm. dratum rōe magne distantie vr̄ circulare propter disparentiam angulorum. ¶ Secundo notandum ꝙ in media regione aeris quadrupliciter apparent virge magne latitudinis & parue latitudinis. Primo p insiertionem sicut apparet aspiciendo in aquā in qua videntur figura e termini eius: ipsa aqua quiescente ea autem mota videtur virga sed non bene figura. sui terminus eius. secundo propter visionem rectaz q2 sunt nubecule protense in altum multum longe & parum late ratione agitationis ventorum non magnorum: q2 illi habent obligare: sed paruorū remisse elongantium partes nubiū & eas pellēdo ad mediam regionem. Tertio apparent virge in circumferentia orizontis que licet sint ita late sicut longe: tamen videntur multum longe a dextro in sinistram & parum late a sursum in deorsuz: & generaliter omnis nubes que non est supra zenith capitis eo ꝙ partes extremales fortiter mouent visum partes autem laterales debiliter. Quarto apparēt virge. quando sol occultatur in occidente magna nube & infra nubem. ac etiam a latere videntur radij luminosi descendere ad terram tunc illa portio nubis per ꝗ̄ nō apparent radij descendere dicitur virga de qua: et non de alijs loquitur philosophus. iij. metheo. quoniā. ista & non alie tres nominate per reflexionem apparet radiorum solis.

1ª 9clo. His intellectis Aristote. ponit. iiij. conclusiones. iij. metheo. quarū prima est ista parelius nō fit desup solē nec ad terrā nec ex opposito prima pars ptz. qm̄ sol cito dissoluit nubē super ipsū m̄ nō intelligēdo ꝙ aliq̄ nubes aut vapor possit esse supra solē realiter. q2 hoc est impossibile. sed ſm apparentiā. s. qn̄ sol est in cōtactu orizontis aut prope apparet solē esse infra nubē. scda vero declarat: qm̄ si parelius fit ꝓpe terrā deorsum a sole aut igit per lineā dyametraliter cadentē ad oculū p centrū parelij & sic nō videt sol distincte ꝙ est cōtra experientiā sicut nec qn̄ videt halo. aut p lineā solū lateraliter cadentē sic per parelius nō vr̄ albus & clarus sicut sol qđ est ꝯtra experiētiā: sꝫ videt alterius coloris sicut alij vapores aut nubes in qbus sic obliq̄ incidūt radij solares. tertia pars etiaz ꝓbat q2 dato opposito nunꝗ̄ posset apparere parelius ſm totam ꝑiseriā: sed solū ſm medietatē circuli aut minus vt su-
pra dicebat ꝺ yride. ¶ Scda ꝯclo. pelius nō fit ꝓpe solem nec multū distanter ab eo: sed lateraliter medio modo. Ista ꝯclusio ꝓbat: qm̄ nubes multū ꝓpe solē stat imsoluit ab eo ꝓpter fortitudinē radiorū ergo ex illa nō potest fieri parelius: nec etiā ex multum distante: q2 reflexio esset ita debilis ꝙ nō posset causare tantam claritatem & apparentiā albedinis ꝗ̄ta est in sole. Relinquit ergo ꝙ fit lateraliter nō multū ꝓpe nec multū distanter: ita ꝙ possunt apparere tres soles vnus a dextris & alius a sinistris: quorū medius est verus sol: & si apparent esse multū ꝓpinqui hoc est ra-
tione distantie. ¶ Tertia ꝯclusio virge nō fiūt desuper solem neq3 ad terrā nec ex opposito sed lateraliter semper. prima pars patet: quoniam tunc nō tegerent solem. secunda similiter: q2 aut ponerentur inter visum & solem & apparerent figure spericie: vt halo: qđ est falsum: aut ponerentur ad latus: & sic nō tegerent solē qđ iterū est falsum. tertia pars est manifesta qm̄ si fieret virga ex opposito solis ipsa non deberet apparere recta: sed portio circuli vt yris relinquit ergo ꝙ fit lateraliter semper non multū ꝓpe solem. q2 sic resolueretur cito: nec etiā multū distanter ꝓpter debilitatē reflexionū quibus nō apparent radij solares subtus nubē. & a latere. ¶ Quarta conclusio virge nō fiunt de nocte: sed de die sole existēte in ortu vel occa-
su & magis in occidente ꝗ̄ in oriente. prima pars patet: qm̄ lumen lune & astrorū non est sufficiēs ad tales notabiles reflexiones & permaxime ad demōstrādū tales paruas difformitates nubiū ſm quas apparēt ille virge. Secundā partē declarat Arist. di. ꝙ sursuz in medio celi nō fit parelius q2 visus dispergitur. i. cū aspicimus superius veniunt radij vndiq3 in oculum offuscātes illas debiliores reflexiōes: sed quas innate sunt apparere virge si nō esset oculus talibus radijs occupatus alijs occuperetur. tertia etiā pars declarat qm̄ cōiter aer in mane ꝓpe terrā ratione frigiditatꝫ noctis & terre est grossior & plenior grossis vaporibus ꝗ̄ in sero: ideo vt plm̄ si aer mane sit nubilosus superius etiam ꝓpe terrā imediate apparet nubilosus: qui nō est sufficiēs dispositio apparentie virgaruꝫ qm̄ talis tegit solem sicut virge qđ non debet esse qm̄: sub nube virge debet esse aer seu vapor ita subtilis ꝙ nō sufficiat tegere solem.

Contra predicta arguitur: & primo ꝙ circunquaq3 solē potest fieri parelius: q2 secundū Arist. iij. metheo. parelius fit ex vapore regulari: sed certum est ꝙ circunquaq3 solem pōt esse vapor regularis ergo. ¶ Secundo arguitur ꝙ nō fit lateraliter: q2 tūc possent esse plures parelij ꝗ̄ duo consequens est contra experientiam: & patet consequentia: q2 a latere solis possent esse. viij. aut. ix. portiones vaporum equales & eque regulares. ¶ Tertio arguitur ꝙ virge non fiunt ex vapore: q2 tunc nō esset ratio quare plus fierent in vna parte ꝗ̄ in alia ex quo fiūt in eodem vapore. ¶ Quarto arguit ꝙ virge nō fiunt ex vapore ascendente: qm̄ tunc viderent linee parelie patet consequentia: q2 illi vapores recte mouentur a deorsum in sursum. sed consequens est falsuꝫ eo ꝙ rectitudine illarū virgarū apparent ac si deberent correspondere in sole ad dextrum & sinistrum cum appareant versus periferiam orizontis.

Ad primum negatur consequentia & causa dicta est in prima & secunda conclusione. ¶ Ad scdm etiam negatur consequētia: sicut enim non possunt esse in media regione simul nisi due yrides: ita non possunt esse nisi duo parelij. Et ad probationem respondetur ꝙ licet. 8 aut 9. possint esse tales portiōes vaporum a latere solis: non tamen ex his omnibus potest fieri parelius sed solum ex duabus potentibus taliter flectere ꝙ apparebunt equalis claritatis & albedinis cum sole. sic au

Margin notes (right column): 2ª 9clo. (beside "pra dicebat ꝺ yride"); 3ª 9clo. (beside "tione distantie"); 4ª 9clo. (beside "su & magis in occidente"); primum. (beside "Contra"); Scdm. (beside "por regularis"); Tertium. (beside "vaporum equales"); Quartum. (beside "ex vapore ascendente"); Ad primū.; Ad scdm.

Ad tertiū. tem non possunt alie portiones reflectere. ¶ Ad tertium dicit phs q ille vapor est irregularis in aliqua parte grossior in aliqua subtilior. radij ergo solis cadentes in vaporem illum reflectuntur ad oculum in parte densiori ⁊ grossiori ostendentes colorem obscuriorem ⁊ in subtili clariorem. ideo videtur vapor distingui in virgas diuersorum colorum: scilicet albedinis ⁊ nigredinis: ⁊ aliorum mediorum ¶ Ad quartū Ad quartum negatur consequentia eo quod licet virge fiant ex vaporibus ascendentibus: illi tamen non sunt semper vniformes: immo vt dictum est sub nube tegente solem sunt vapores tenues. ac etiam a latere in quibus reflectuntur radij ad nubem tegentem solem: et sic videtur aliqualiter luminosa: licet remisse ⁊ obscure. quare.

¶ Caput. xxvij.

Consideratis his q generantur ex vaporibus et exalationibus ascēdentibus a terra propter multā subtilitatem ⁊ leuitatem: nunc consideranda sunt ea que generantur ex cō similibus fumositatibus densis in terra ex multa grauitate ⁊ densitate ⁊ sunt hec mineralia scilicet aurum argentum ⁊ huiusmodi: que nō sunt elementa: cum generentur ex quatuor elemētis nec mixta imperfecta. quia non possunt immediate resolui in elementa: sed mixta perfecta: licet non animata finaliter ordinata ad vtilitatem hominū: quoniam sumus finis omnium que sunt infra orbem lune ij. phy. ¶ Et ideo vt sciatur modus generationis ipsorum est primo notandum quod mineralium quedam sunt liquabilia ⁊ non puluerizabilia vt metalla T.c.24. Primum. scilicet aurum argentum ⁊ plumbum stannum ferrū ⁊ cuprum. Quedam sunt puluerizabilia: scilicet per violentiam: scilicet per malleationem ⁊ non liquabilia: vt generaliter omnes lapides siue perspicui siue opaci siue a natura siue ab arte. Quedā vero sunt puluerizabilia ⁊ liquabilia vt thus sulphur ⁊ similia: hic enim per malleationem puluerizantur ⁊ per calefactionem liquefiunt. ¶ Secundo notandū quod Scdm. ad horum mineralium generationē influentie astrorum multum operātur: a quibus diuersa mineralia habent multas ⁊ mirabiles virtutes: de quibus non possunt reddi rationes ex parte elementorum: generantur autem metalla per fortem digestionem humidi aquosi cum sicco terrestri: ⁊ fortem postea coagulationem a frigido. ideo difficile est hoc soluere: non enim humidū potest euaporari a sicco propter fortē cōmixtionē digestionē nec siccū terrestre potest inflāmari vel exuri nisi cum difficultate humido aqueo prohibente: mollificantur tamen ⁊ liquefiunt a calido. lapides autem generantur per extractionem humidi aquosi a sicco terrestri quandoqꝫ per euaporationē a calido: vt in lateralibus: ⁊ quandoqꝫ per depressionem sicut serum extrahitur a caseo. sic enim ex terrestri lutoso extrahitur aquosum quandoqꝫ per constrictionem a frigido aut a pondere compilmente: ⁊ fit lapis durus per processum temporis. thus vero ⁊ sulphur ⁊ similia faciliter inflammabilia generātur per euaporationem humidi aquosi ⁊ per fortem digestionem humidi aeri cum sicco terrestri.

His presuppositis sit hec pma cōclusio oia mineralia sunt terrea a dñio ex parte grauitatis: ⁊ aquea ex parte frigiditatis. Prima pars patet qꝛ oia mineralia mouentur ad elementum terre vt patet per experientiam. modo omne mixtum mouetur ad motū elementi dominantis in ipso. primo celi. ¶ Secūda pars declaratur eo quod omnia mineralia sunt per frigiditatem coagulata. sed frigiditas coagulās est frigiditas aque ergo patet consequentia cum antecedente ex sententia Aristo. primo ⁊ secundo methe. ex qua colligit q ois coagulatio est propter frigiditatē ꝙ huiusmodi est frigiditas aquea. ¶ Secūda cōclusio omnia metallica sunt aquea a dominio ex pte humiditatis ⁊ oia puluerizabilia sunt terrea ex parte siccitatis. prima pars patet: quia humiditas metallorum est aquea vt colligitur ex sententia Aristo. quarto methaphi. ⁊ potest ratione pbari. quia prohibet inflāmationem. si enim dominaret humiditas aerea illa non multum resisteret inflammationi: vt patet tempore estiuo: quo fiunt accensiones in aere ⁊ frequēter et cito. ¶ Secunda pars ptꝫ eo q talia puluerizabilia generantur ex sicco terrestri ⁊ in eis dominaret siccitas vt patet ad sensuꝫ ergo illa siccitas est terrea.

Pma cōclo.

T.c.vij. pri.

Secūda cōclusio.

T.c.29.

¶ Tertia conclusio. Omnia mineralia que sunt puluerizabilia ⁊ liquabilia sunt a dominio aeris ex pte humiditatis patet quoniam in thure ⁊ sulphure dominatur humiditas aerea. probatur. Naꝫ illa sunt liquabilia: ergo in eis dominatur humiditas: sed non aque. quia illa prohibet inflammationeꝫ. ergo humiditas aeris que non prohibet inflammationem. patet consequentia. quoniam talia sunt inflammabilia. 3a cōclo.

¶ Quarta conclusio. Omnia minerabilia fiunt ex debita pportione sicci terrestris ⁊ humidi passi a calido ⁊ frigido: patet eo q humiditas ⁊ siccitas secundū Aristo. ij. de generatione sunt qualitates passiue: caliditas vero ⁊ frigiditas sunt qualitates actiue. ⁊ ideo siccitas ⁊ humiditas sunt sicut materia in mixto. caliditas vero ⁊ frigiditas sunt sicut forma. ¶ Ex pdictis sequitur primo q in quolibet minerali reperitur taꝫ siccitas ꝙ humiditas. reperitur nanqꝫ siccitas ad cōtinendum cuꝫ sit maxime resistentie. ⁊ humiditas ad terminendum cum sit maxime vtilis ne partes fluant ⁊ resoluātur in pulueres: ⁊ cum siccitas determinat humiditatem siccitas dominatur: cum autem econtra humiditas dominatur quare. ¶ Secundo sequitur q licet caliditas domiretur in materia ex qua fiūt mineralia: non tamen dominatur in mineralibus dudum factis. Prima pars patet: quia aliter non posset fieri digestio ⁊ fortis transmutatio materie. Secūda vero ē euidens ad experientiam. ⁊ patet ratione: quia aliter cito soluerētur mineralia: nec possent longo tempore durare. ¶ Tertio sequitur q mineralia metallica non possunt alibi ꝙ in terra generari: patꝫ quia cum in ipsis sit fortis mixtio ⁊ compactio atqꝫ soliditas: sic q videntur incorruptibilia: oportet q ad illam mixtionē fortissime concurrant influentie celestes: nullibi autem ꝙ in terra possunt fortissime concurrere cum multiplicentur ad terrā tanqꝫ a loco amplo ad locū angustum. ¶ Quarto sequitur. q omnia mineralia diuersarum denominationum sunt diuersarū specierum essentialium. patet quoniam accidentia magnā partem conferunt ad cognoscendum qd quid est. primo de anima modo nō posset esse talia differentia accidentalia inter illa: quin specifice essentialiter ipsa distinguerent. ex quo habeo q aurum non potest trāsmutari in argentuꝫ. nec econtra sine corruptione sui. ⁊ consequenter nullum metallum in aliud alterius speciei: sicut nec aliquod indiuiduꝫ alicuius speciei potest mutari in aliam speciem sine corruptione sui: ⁊ consequenter nullum metallum. Alioquin idē indiuiduum posset esse successiue diuersarum specierum: quod est impossibile: quia non per eandem formam. vt patet. nec per aliam. quia tunc esset aliud indiuiduum

Quarta cōclusio.

T.c.8.

correlariū.

Quartum. T.c.11.

Contra pdicta arguitur. ⁊ primo q non omnia mineralia sunt terrea a dominio ex parte grauitatis: quia pomex est de mineralibus: et tamē in eo non dominatur terre grauitas: eo q nō descēdit in aquam. ¶ Secundo arguitur. q humiditas metallorū non sit aquosa: sed aerea: qꝛ in illis diu conseruatur ignis. ⁊ humiditas aquosa nō cōseruat ignē immo extinguit ipsum. humiditas autē aerea nutrit. eā etiā aliqua metalla generant in terra vbi nō pōt descēdere aqua: sed bene aer. ¶ Tertio arguit q non pñt fieri ex secūda exalatione: scꝫ ex calida ⁊ sicca ⁊ calida ⁊ humida vt innuit Philosophus. iij. Methe ororum q ille exalationes sunt multum leues ⁊ subtiles.

Primum.

Scdm.

Tertium.

Lec. 10.

mineralia autem sunt grauiā ⁊ grossa. ¶ Item vapores sunt nigri mineralia autē vt puta metallica que dicuntur generari ex eis sunt alba vel rubea aut aliorum mediorum colorum colorata. ¶ Quarto arguitur ꝙ vnum minerale potest in aliud transmutari sine corruptione/quia alchimiste transmutant argentum viuum in aurum sine sui corruptione/quod pꝫ: quia aurum illud productum econuerso redit in materiam suam: scilicet argenti viui/quod nō esset si argentum viuum esset corruptum. Item aqua infusa in vinum conuertitur in vinum/vinum similiter cōuertitur in acetū sine corruptione alicuiꝰ illoꝝ. ergo. Idē potest dici de metallis. prima pars pꝫ/quia post cōuersionē iterū potest retrahi illa aqua sub prima forma. Secunda similiter/quia aliquando acetum conuertit in pristinū vinum/quod non posset fieri si esset facta corruptio/eo ꝙ corruptū nō potest reuerti idē numero. secundo de ge.

Ad primum dicit ꝙ pomex non descendit in aquam propter plenitudinem aeris in partibus eius porosis tamen si fiat in pulueres illi descendunt. ¶ Ad secundum dicitur. ꝙ in metallis non conseruatur ignis/sed bene caliditas ignea ⁊ dato ꝙ conseruaret ignis hoc potest esse ab humiditate aquea propter suam impassibilitatē: videmus enim aquam propter sui passibilitatem lōgo tempore preseruare caliditatem intēsam. ¶ Item ⁊ si ad locum metallorum non descendit aqua: tamen ibi potest generari ex terra corrumpendo siccitatem ⁊ si non generatur aqua/tamen generatur vapor ex quo fiunt metalla. ¶ Ad tertium dicitur ꝙ exalationes ex quibus generantur mineralia sunt graues ⁊ dense ⁊ si vapores illi sunt nigri/tamen generata ex his possunt esse alteriꝰ coloris propter diuersam mixtionem ⁊ digestionem/vnde colores albi aliquando proueniunt ex frigiditate vt in niue ⁊ in hominibus qui sunt albiores in regionibus frigidioribus ꝙ̄ in alijs/⁊ etiam in mulieribus que albiores sunt viris ⁊ capilla qui in senectute canescunt ⁊ albescunt. Aliquādo autem proueniunt ex adustione vt cineres ⁊ lapides/quandoqꝫ vero ex digestione vt sperma lac cerebrum ossa ⁊ palee frumentorum/et ita diuersimode colores possunt prouenire. ¶ Ad quartum dicitur ꝙ si alchimiste faciunt verum aurum ex argento viuo illud argentum corrumpit⁊ si iterum transmutatur aurum in argentū viuū hoc non est argentū purum/si autem faciunt solū apparens aurum sic non corrūpitur argentū/nec ista transmutatio est in aliam speciem essentialem/sed solum accidentalem. Consimiliter est dicendum de alio ꝙ aqua infusa vino si trāsmutat in illud necessario corrumpit/si autem solum diuidit in particulas insensibiles sic non transmutat nisi solum apparenter. ¶ Item si vinum ⁊ acetum ponunt eiusdem speciei essentialis argumentum nō procedit: si vero ponunt diuersarū specierum. dico ꝙ nō potest trāsmutari vinū in acetum sine eiꝰ corruptione. Et cum dicit ꝙ acetū iterū transmutat in primū vinum hoc negat/sed bene in simile.

¶ Caput. xxviij.

Ubitare cōtingit: quomodo mineralia cuꝫ sint mixta imperfecta gn̄ari possunt a calido aut frigido cum dicat cōmuniter nullū accidens propria virtute generare formam substātialem. ¶ Et ideo pro declaratione huiꝰ dubij est primo notādū ꝙ eorum q̄ generant. Quedam generant absqꝫ virtute seminali vt elementa ⁊ mixta imperfecta: pōt eīn immediate ex vno elemento alterum generari: ac etiam vapor vel exalatio solū cōcurrentibꝰ qualitatibus primis sine huiusmodi seminali virtute. Quedā vero generant nō solum a primis qualitatibꝰ/sed etiam a virtute seminali vt mixta perfecta/generat namqꝫ hō a virtute seminis existēte in spermate ⁊ mus a virtute seminali existente in materia putrefacta per actionem solis ⁊ influentiarum celi. Similiter etiam potest dici de lapidibus ⁊ alijs mineralibus ꝙ in materia apta ad generationem illorum est virtus seminalia formans ⁊ efficiens impressa ⁊ generata non solum ex immixtione qualitatum primarum: sed etiam concursu constellationū.

¶ Secundo notandum quod aliquid agere propria virtute quadrupliciter intelligit. Primo quia in sua actione nihil presupponit/⁊ sic solum deus agit propria virtute. Secundo quia necessario preexigit tangitur tanqꝫ agens ⁊ sic celum ⁊ intelligentie mouentes orbes/propria virtute agūt in hec inferiora. Tertio quia agit mediante virtute quaꝫ sibi naturaliter determinat: ⁊ sic tam ignis ꝙ̄ forma substantialis eiꝰ propria virtute producit alium ignem quia hoc facit mediante caliditate quam sibi naturaliter determinat que dicitur virtus eius. Quarto aliquid dicitur agere propria virtute: quia naturaliter inclinatur ad illam actionē/⁊ sic caliditas propria virtute agit calorem vel calefactionem. Ex quibus sequitur ꝙ agente propria virtute est aliquam operationem facere a qua non cessaret tale agens cessante quolibet agente priori subtracta dependentia essentiali ideo caliditas propria virtute agit caliditatem/quia non minus causa ageret cessante quolibet agente priori, subtracta dependentia. Quod notanter dico/quia propter dependentia in essentia lē si deus ⁊ influētie cessarent agere in his inferioribus/nec etiam caliditas ageret/nec etiam aliquid aliud/vbi non esset huiusmodi dependentia eque bene ageret sicut ante/securis autem propria virtute non scindit ligna/nec calamus sua virtute scribit/quia deficiēte agente priori ⁊ subtracta essentiali dependentia nullum illoꝝ in talem operationem exiret. Similiter si gradus vt duo frigiditatis conuncti aque calide producit. vꝫ. alios frigiditatis. hoc nō est in virtute sua/sed virtute forme substantialis/aut virtualis frigiditatis/quia sine illis non posset nisi gradum vt duo producere.

His premissis sit hec prima conclusio. tam qualitas. j. ꝙ̄ qualitas secūda propria virtute producit effectum accidētalem. prima pars patuit eo ꝙ caliditas propria virtute producit caliditatem: qꝺ probat nam caliditas aque calefacit nō virtute aq̄: aut forme substantialis eius/cuꝫ quelibet illarum ordinet naturaliter in operationē contrariam/nec etiā virtute sui agētis/quia presuppono illud esse corruptū. ergo virtute propria. Secunda pars declarat: quia color propria virtute agit speciem visibilem in medio: non eīn agit illā virtute subiecti/q2 illud sentit per accidēs: ⁊ color per se cundo de anima/nec etiaꝫ ratione magnitudinis/q2 color sentitur per se ⁊ primo magnitudo autem per se ⁊ non primo. ¶ Secūda cōclusio tam qualitas prima ꝙ̄ qualitas scḋa ꝓpria virtute potest ꝓducere formā substantialem. Prima pars patet de caliditate ignis que producit formam substātialem alterius ignis cū inclinet ad generationē eius eo ꝙ sicut alteratio est propter generationē de gn̄atione/ita qualitates proprie sunt ꝓpter formas substantiales mixtorum sicut elementorum sicut eīn aliquis intendit motū ⁊ inuentionē debitoris/principalius tn̄ motū ꝙ̄ inuentionē debitoris: ⁊ ecōꝰsa aliquis principaliꝰ intēdit inuētionē debitoris ꝙ̄ motū: ita caliditas priꝰ intēdit caliditatē sibi similē ꝙ̄ formā substātialē: ignis aūt vel forma eiꝰ priꝰ intēdit formā substātialē ignis gn̄andi ꝙ̄ caliditatē generādā. Secūda pars cōclusionis pꝫ de virtute seminis in materia putrefacta et de virtute spermatis a vasis seminalibus decisa: quelibet eīn talium virtutū naturaliter inclinat ad formā substātialē quā omnino ageret quolibet priori cessante subtracta essentiali depēdētia. ¶ Tertia cōclusio. Tam qualitas prima ꝙ̄ qualitas secūda pōt esse agēs principale in generatione effectus accidentalis. Prima pars pꝫ de caliditate aque respectu caliditatis manꝰ introducte ab illa. nā certū est ꝙ caliditas aq̄ est agēs particulare nō depēdēs in sua actiōe ab aliquo particulari agente

le. ergo est agens principale in latitudine agentium particularium. patet consequentia: et antecedens declaratur quoniam caliditas aque non dependet in sua actione a generante: cum illud sit corruptum: vt suppono: nec etiam ab aqua: cum illa solum per accidens calefaciat: nec a forma substantiali eius: cum huiusmodi actio omnino sit sibi disconueniens. Secunda pars etiam patet. quoniam color est agens principale in generatione speciei visibilis: cum sit agens particulare a nullo particulari agente dependens: non enim dependet a subiecto: cum illud sentiatur per accidens: nec a magnitudine: cum prius concurrat
4a. 2clo. color ad generationem speciei medio: quam magnitudo etc.
¶ Quarta conclusio. tam qualitas prima quam qualitas secunda est agens principale in generatione forme substantialis: prima pars patet. de caliditate genita ex reflexione radiorum solarium in speculo concauo que producit formam substantialem ignis in stupa. est enim agens particulare: et non dependet ab alio particulari agente in huiusmodi actione vt patet in singulis: ergo est agens principale. secunda vero pars sequitur ex dictis: quoniam virtus seminalis in productione hominis muris vel mineralis est agens principale. cum sit agens particulare non dependens in huiusmodi actione ab alio
Primum. agente particulari. vt patet inductiue.

Contra predicta arguitur et primo quod nulla accidentalis forma virtute propria potest producere formam substantialem: quia omne quod agit. agit secundum quod est in actu: sed nulla forma accidentalis est
T.c.54. actu forma substantialis. ergo patet consequentia cum
Scdm. minori maior vero phi. iij. de anima. ¶ Secunda sic. omne agens est prestantius passo: sed quelibet forma substantialis prestantior est forma accidentali. ergo nulla forma substantialis generabilis et corruptibilis est ab aliqua forma accidentali propria virtute. patet consequentia
T.c.19. cum minori: maior est phi. iij. de anima. ¶ Tertio
Tertiu. arguitur quod nullum accidens potest esse principalius agens in generatione forme substantialis quia tunc aliquid ageret vltra gradum proprium: consequens non videtur possibile. et patet consequentia. cum perfectioris gradus sit forma substan-
Quartu. tialis quam aliqua forma accidentalis. ¶ Quarto sequitur quod aliqua caliditas potest producere caliditatem infinitam. probatur. quia quelibet substantia est maioris perfectionis quam sit aliquod accidens infinitum. ergo si aliqua qualitas potest producere formam substantialem: potest etiam producere formam accidentalem infinitam: patet consequentia: quia quicquid potest in maius potest in minus secundum Com-
C.116. mentatorem. primo celi: antecedens autem patet eo quod non accidens intenderetur in infinitum nunquam posset attingere perfectionem substantie.

Ad primu. Ad primum dicitur negando consequentiam: quia in tali modo contingit probare solem non posse producere caliditatem: nec for. producere quia sol non est actu calidus: nec for. potest esse actu pro. concedo ergo quod omne agens: agit secundum quod est in actu: quia nihil agit secundum quod est in potentia. ¶ Ad secundum concedo
Ad secudu. quod omne agens est prestantius passo adhuc intellectum
T.c.19. quod omne agens est maioris actiuitatis quam passum resistentie. Arist. enim tertio de anima ponit illam propositionem propter intellectum agentem et possibilem intelligendo quod si agens est omnia facere et passum omnia fieri: necesse est agens esse nobilius passo et prestantius: modo non semper agens est omnia facere: nec semper pas-
Ad tertiu. sum est omnia fieri. ¶ Ad tertium dicitur quod illa propositio nihil agit vltra proprium gradum intelligitur de eo: quod habet gradus intensiores et remissiores: sed nulla qualitas actione directa potest agere intensiorem gradum quam habeat: et hoc propria virtute. vbi autem intelligitur quod nihil potest agere gradum essentialiter perfectiorem quam sit gradus sue entitatis. debet negari illa propositio. vnde actione vniuoca effectus est equalis perfectionis cum suo agente: sed actione equiuoca aliquando efficiens est nobilius suo effectu: vt patet de sole vel lumine respectu qualitatis aliquando econtra effectus est nobilior efficiente: vt patet de animali respectu virtutis seminalis. Et si allegetur philosophus vij. methaph. dicens omne quod generatur a sibi
T.c. r[...] simili in specie. intelligendum est quod omne genitum generatur a sibi conuenienti in specie sua. ¶ Ad quartum
Ad qu[...] negatur consequentia tam prima quam secunda. et ad Comentatorem. dico quod
T.c.A.[...] ipse intelligit de magnitudine molis et non perfectionis sed quod qui potest portare magnum pondus potest etiam portare minus sic enim intelligitur quod quicquid potest producere vnam formam alicuius perfectionis potest quamtumcunque aliam producere minoris perfectionis: sequitur quod homo potest generare asinum: quod est impossibile etc.

¶ Caput primum.

Postquam diuisum est quod principia elementorum que sunt secundum modum forme sunt quatuor sicut est numerus elementorum ex quibus componuntur: et duo sunt actiua et sunt calor et frigus: et duo passiua et sunt humidum et siccum. Et signum huius est quod calor et frigus sunt ambo que componunt res ad se inuicem et admiscent quousque res noua generetur: et vniuersaliter iste due potentie et virtutes sunt que mutant creaturas conuenientes in genere vnam in aliam. Sed siccitas et humiditas sunt passiua in seipsis istarum duarum qualitatum. et per illas duas patiuntur omnia composita. Et signum huius est quod etiam antiqui diffiniunt cum istis distinctionibus illas: et nominauerunt illas nominibus istorum: et dixerunt quod calor et frigus erant virtutes operantes: et humiditas et siccitas erant virtutes operate et diffinierunt humidum facile ad separationem ab aliquo per aliquod graue concludi per se: et diffinierunt siccitatem per contrarium et volo dicere quod sit graue separari ab alio leue concludi in se: sed diffinierunt frigus quod aggregat etherogenea et homogenea: diffinierunt calorem quod aggregat homogenea et separat etherogenea et postquam hoc certum est: iam manifestum est principiorum simplicium duo sunt actiua et duo passiua. ¶ Determinatis autem sumendum vtique erit operationes ipsorum quibus operantur factiua et passiuorum species. Primo quidem igitur vniuersaliter simplex generatio et naturalis permutatio harum virtutum est opus et opposita corruptio secundum naturam: hec quidem igitur plantis existunt et partibus ipsorum. Est autem simplex et naturalis generatio permutatio ab his virtutibus cum habeant rationem et subiecta materia vnicuique nature. He autem sunt dicte virtutes passiue gene-

rant autem calidum ⁊ frigidum obtinē tia materiam cum autem non obtineāt ſm partem quidem molinſis ⁊ indigeſtio fit. ¶ Et poſtꝙ manifeſtū eſt ꝙ iſta ſunt cautiua ⁊ duo paſſiua: iam conuenit ꝙ rememoremur modos operationum actiuarū ⁊ modos paſſiuarū: ⁊ dicamus ꝙ generatio ⁊ corruptio abſoluta naturalis eſt mutatio que accidit rebus compoſitis materialibus ſm ꝓportionem menſurarū ⁊ mixtionis harum virtutum ad ſe inuicem in ſubiecto cōpoſiti. ¶ Simplici autē generationi contrarium maxime cōmune putrefactio. Omnis enī ſm naturā corruptio in hac via eſt puta ⁊ ſenectus ⁊ ananſis finis autem horum omnium aliorum putredo niſi aliquid violentia corrum patur natura conſtantium. Eſt enim et carnem ⁊ os et quodcunꝙ comburere quorum finis ſm naturam corruptionis putrefactio eſt. ¶ Et propter victoriam virtutum paſſiuarum ſup actiuas euenit putrefactio que eſt cauſa corruptionis ⁊ diſſolutionis partium cōpoſiti: ⁊ ideo putrefactio abſoluta eſt contraria generationi abſolute: ⁊ per illā eſt corruptio naturalis: ſicut putrefactio in ſene multū ⁊ eſt vetuſtas magna. ¶ Propter quod humida primo: deinde ſicca: tandem putrefacta fiunt ⁊c.

¶ Caput. xxix.

T.c.5.⁊.6. Ex quo notum eſt qualiter ⁊ a quibus generantur mineralia: opꝫ nūc cognoſcere q̄liter ⁊ a quibus corrum pātur iuxta intentionē Ariſtote. iiij. metheo. dicētia: ꝙ per putrefactionē a caliditate diſproportionata ſubiecto non ſolum in illis repertā: ſed in quolibet corpe ꝑ ter ignem habente poſitam ad non eſſe. ¶ Ad quorū

Primum. declarationem eſt notādum primo: ꝙ dupliciter dicitur naturale. primo qđ eſt ab intrinſeco vel ab extrinſeco paſſo cōferente vim vt calefactio ⁊ frigefactio aque. Secundo mō qđ eſt ſm cōem nature curſum vt ſenectus poſt decurſum precedentem etatū: aut augmentatio tempore debito. ¶ Cōſimiliter violentum dupliciter dicit̄. pmo ꝓ eo qđ eſt ab extriſeco nullo paſſo conferēte vim vt motus lapidis ſurſum. ſecundo pro eo qđ eſt preter cōem curſum nature vt augmentatio

T.c.8. multa in puero ⁊ ſenectus ante determinatum tempus. ¶ Ex predictis ſequitur ꝙ quelibet putrefactio eſt naturalis: primo modo ⁊ aliqua violenta. ſecundo modo quoniam quelibet putrefactio: aut eſt a principio intrinſeco vel ab extrinſeco paſſo cōferente vim. ergo quelibet eſt naturalis tamen quia aliqua aduenit preter communem curſum nature: ſicut ⁊ aliqua ſenectus vel nimia humiditas diſponens ad putrefactionem: ideo aliqua eſt tali modo violenta.

¶ Secundo notandum: ꝙ duplex eſt calor: iuxta ſententiam Ariſtote. quarto metheo. ſ. naturalis ⁊ violentus. Calor naturalis eſt ille qui eſt debite proporSecūm: T.c.6. tionatus in ſubiecto cum alijs qualitatibus elementaribus. Calor violentus eſt ille qui eſt diſproportionatus cum eiſdem qualitatibꝰ vt calor febrius: putrefactio autem fit propter diſconuenientem proportionem qualitatum actiuarum cum paſſiuis. vnde quādo humidum obtinet ſupra calidum: tunc calidum corrumpitur ⁊ ſuffocatur: ⁊ ex conſequenti humidum derelictum a calido tendit in putrefactionem. Idem contingit quando calidum nimis obtinet ſupra humidum: tunc enim calidum facit humidum exalare ad cuius humidi conſumptionem ſequitur extinctio caloris naturalis: ⁊ tunc augmentatur frigiditas ⁊ ſiccitas que ſunt principia oppoſita vite. vt ſcribitur li. de lon. ⁊ breui. vite.

His intellectis ſit hec prima concluſio. Putrefactio non ſit a calore naturali: ſed violento ⁊ diſproportionato. Prima pars patet. quia talis calor ex quo debite miſcetur alijs qualitatibus primis preſeruat a putrefactione. Secunda vero eſt manifeſta ex dictis: quoniā ſi caliditas fuerit nimis remiſſa reſpectu humiditatis ſuffocabitur ab humiditate que quidem humiditas non amplius poterit regulari a natura propter defectum inſtrumenti caliditatis: vt ſequitur putrefactio: hoc etiam experimētaliter poteſt declarari de igne ſuffocato ex nimia appoſitione lignorum et de igne extincto in ligno propter nimiam appoſitionē olei: idem etiam contingit ſi caliditas fuerit nimis intenſa: quod poteſt experiri in homine ⁊ in alijs animalibus. ¶ Secunda concluſio. exceſſius caliditas continentis eſt cauſa putrefactionis: ⁊ moderata eſt cauſa preſeruationis: prima pars patet: quoniam talis reſoluit humidum: ad cuius reſolutionem ſequitur extinctio caloris naturalis. ⁊ hinc eſt ꝙ animalia habitantia in meridie ſunt debiliora ⁊ breuioris vite ꝙ̄ habitantia verſus polos mundi: quia calor naturalis iſtorum continue extraneatur ⁊ debilitatur a caliditate continentis. vnde dicitur ꝙ homines habitantes ſub equinoctiali non viuunt vltra tertios annos. Secundum vero partem declarat philoſophus quarto metheo. di. ꝙ ſepe temperatus perficitur a caliditate aliena: immo aliquando requiritur auxiliū T.c.15. exterioris caliditatis per balnea ⁊ huiuſmodi plurimum conferentis ad digeſtionem alimēti. ¶ Tertia concluſio. Frigiditas congelatiua eſt cauſa putrefactionis ⁊ frigiditas non congelatiua preſeruat a putrefactione. prima pars patet q: talis frigiditas extinguit calorem naturalem congelando eius ſubiectum. ſ. humidum: ⁊ conſequētur non potens exire in actum ſuum putreſcit. Secunda pars declaratur: nam talis frigiditas eſt proportionata calori naturali ratione: cuius calor naturalis ⁊ proprius per antiperiſtaſiꝫ fortificatur ⁊ vigoratur digeſtio. ⁊ hinc eſt ꝙ ponimus carnes in loco frigido ne putrefiant: ex quo ſequitur ꝙ tam carnes ꝙ̄ alia putrebilia debent ferri a meridie verſus ſeptentrionem: quia reperiuntur cōtinue in loca frigidiora. ¶ Quarta cōcluſio. tam fortis mixtio humidi cum ſicco ꝙ̄ conſumptio ſuperflue humiditatis: preſeruat a putrefactione. Prima pars patet: quia calor extraneus non poteſt ſic diſſoluere humidum a ſicco. ideo pauo vt dicitur tres annos preſeruatur a putrefactione propter fortem mixtionem humidi cum ſicco. Idem etiam reperitur in quibuſdam mineralibus. vnde cuprum difficulter diſſoluitur a calido: ſimiliter aurum: ⁊ quaſi omnia genera metallorum in comparatione ad corpus animatum quod faciliter alteratur a cōtinente et diſponitur in putrefactionem. Secunda pars concluſionis declaratur experimentaliter: quoniam ſal balſamum ⁊ huiuſmodi ponuntur ſupra corpora tanꝙ deſiccatiua ſuperflue humiditatis: motus etiam temperatus viuificādo calorem naturalem ⁊ intendendo ipſum diſſoluit

Margin notes (right column): Prima ꝯcluſio. — 2a — Secūda cōcluſio. — 3a cōcluſio. — T.c.7.⁊.8. — Quarta cōcluſio.

humores tenaces et viscosos qui dissolui non possunt per solā actionē caloris naturalis: et ista de causa nō sic putrefiunt aque fluxibiles vt lacunales. ¶ Ex predictis sequitur primo q omne corpus infra sperā lune preter ignē pōt putrefieri: ptz quia oē tale pōt hēre illā abūdātiā humiditatis: cū remissa caliditate siue fuerit mixtū siue elementū extra naturalez dispositionem. Ignis aūt propter nobilitatē sue forme habere nō pōt humiditatē obtinentē supra caliditatē: nec supra siccitatem siue fuerit purū siue extra naturalē dispositionē: et hec fuit intentio Ari. ij. sequitur bonitas diffinitionis putrefactionis quē ponit Ari. iiij. metheo. vz putrefactio est diminutio caloris naturalis in proprio subiecto a caliditate aliena. i. disproportionata in qua diffinitione primo ponitur causa materialis. s. in proprio subiecto q est humidū: nō tñ sine sicco: quia s. t. ij. metheo. nō datur humidū sine sicco: nec etiā econtra i mixtis. ij. tāgitur causa efficiens cum differētia caliditate aliena. quoniam propria caliditas preseruat a putrefactione. quare.

Corollariū. (margin)

Primum. (margin)

Contra predicta arguitur. Et primo q putrefactio nō est a caliditate: quia tūc sequitur q caliditas cōtrariatur caliditati et nō frigiditati: probatur nā in putrefactione caliditas propria corrūpitur a caliditate cōtinētis. vt dictū est: sed omnis corruptio est ratione cōtrarietatis. ij. de gene. ergo caliditas caliditati cōtrariatur: et quia ad remissionē caliditatis. sequitur intensio frigiditatis: ergo caliditas est generatiua frigiditatis: et per consequens nō sibi contrariatur. ¶ Secundo arguitur q nō a caliditate aliena: quia in putrescente videmus intendi frigiditatē. ergo nō fit a caliditate aliena imo dato illo sequitur q vnū corpus putrefactibile si poneretur in medio mundi non posset putrefieri: quia nulla aliena caliditas posset illud attingere propter nimiam distantiā. ¶ Tertio arguitur q humiditas nō est subiectum putrefactionis: quia terra potest putrefieri. iiij. metheo. et tamen nō habet humiditatem. imo videtur q siccitas sit subiectum putrefactionis: quia res putrescentes videmus exiccari: et ex hoc ponimus res in loco humido ne putrefiāt. ergo humiditas preseruat a putrefactione et non est causa putrefactiōis. ¶ Quarto arguitur q frigiditas nō preseruat a putrefactiōe: quia frigiditas est corruptiua caliditatis. ad cuius corruptionez sequitur putrefactio. ¶ Itē dicit Ari. iiij. metheo. q motus preseruat a putrefactione et quies disponit ad putrefactionem. sed motus est causa caliditatis et quies frigiditatis: frigiditas disponit in putrefactionē. Idē potest experimentaliter declarari: quia depoitatur etiam frumentū ad solem et decoquuntur etiam corpora nobiliū. ergo caliditas et nō frigiditas est causa preseruatiua a putrefactione. Imo videmus corpora mortua statiz dissolui sub terra vbi est multa frigiditas: exposita aūt soli vt in patibulis annis pluribus preseruantur.

t. c. 6. et 24. (margin)

Scdm. (margin)

Tertiū. T. c. 5. (margin)

Quartum. T. c. 10. (margin)

Ad primum dicitur negando consequētiam quia si caliditas propria corrumpitur a caliditate continentis: hoc est per accidens ratione humiditatis exalantis: ad cuius exalationem sequitur diminutio et corruptio caliditatis proprie q etiam caliditas generat frigiditatem hoc est per accidens. ideo non minus cōtrariatur illi. ¶ Ad scdm dicitur per q caliditatem alienam intelligitur caliditas disproportionata siue fuerit propria siue continentis: et ideo posito tali corpore in centro mundi adhuc poterit putrefieri propter remissionem caliditatis factam a frigiditate terre et resolutionez humiditatis factam a siccitate eiusdem. ¶ Ad tertium dicitur q terra in naturali dispositione non potest putrefieri: sed bene extra naturalem dispositionem: cum autem desiccantur res putrescentes hoc est ratione dissolutionis humidi q dicitur esse subiectum putrefactionis: nec res ponimus in loco humido propter humiditatem ne putrefiant: sed propter frigiditatē que ē maioris actiuitatis q̄ humiditas. ¶ Ad quartum dr q frigiditas intrinseca nō preseruat a putrefactione: sed solum extrinseca continentis que si fuerit corruptiua caliditatis: non preseruat si autem fuerit fortificatiua eiusdem per antiparistasim sic preseruat a prefactione. Ad phm aūt concedo q motus moderatus: et per cōsequēns caliditas moderata preseruat a putrefactione: quies autem immoderata qua augentur humores et frigiditas intrinseca vigorata sunt cause putrefactionis. Ad experientiam vero dicitur q potatur frumentum ad solem et decoquuntur corpora vt consumatur humiditas superflua extranea et non naturalis que est causa putrefactionis per suffocationez caliditatis: etiaz corpora mortua in terra dissoluuntur propter abundantiam superfluam humiditatis: exposita autem soli resoluunt superfluaz humiditatem diutius preseruantur: quare.

Ad primū. (margin)

Ad secūdū. (margin)

Ad tertiū. (margin)

Ad quartum. (margin)

T. c. 1. (margin)

Caput. xxx.

Via digestio annexa est putrefactioni: ideo de digestione est cōsequēter dicēdum. ¶ Notādum primo: secundum Ari. iiij. metheo. q triplex est species digestiōis: scz pepensis. optesis. epsesis. pepensis est digestio facta calido proprio permiscēte humidam proprium cum sicco et hoc proprie reperitur in vasis spermaticis. metaphorice autem in lapidibus et metallis et in quibuscunqz habentibus humidum radicale: in quibus autem nullum humidum reperitur illa non patiuntur pepensim: et si in illis reperitur humidum dummodo non commisceatur sicco per caliditatem propriā: iterum non patiuntur pepēsim: sicut elemēta media. Optesis vero est digestio facta a caliditate aliena fundata in sicco: ex quo sequitur q illa est caliditas ignea: hec enim digestio reperitur in assatis propter caliditatem alienam fundatam in sicco: quequidem post eorum assatiōez sunt interius humidiora q̄ prius quia caliditate aliena obtinēte obstructi sunt pori quibus obstructis nō potest humidum reuocari a centro ad circunferentiam. Ex quo sequitur q assata sunt maioris nutrimenti q̄ elixata: quia in illis est plus de pingui et humido substātifico: licet sint difficilioris digestionis: eo q elixata sunt alterata intus et extra per fortem decoctionem: et ideo habentes modicum exercitium debent potius vti elixatis quā assatis exercitati autē forti exercitio potius vti debent assatis: quia ratione motus indigent multo nutrimēto. modo assata sunt maioris nutrimēti q̄ elixata. Sed epsesis est digestio facta a caliditate aliena fundata in humido aqueo vel aereo et hec digestio proprie reperitur in elixabilibus que sicciora sunt post eorum elixationē q̄ ante. eo quod aqua rarefacta per caliditatem extrahit humidum exterius ob quam causam brodium in quo decocte sunt carnes maioris est nutrimenti q̄ ipse carnes: quia in brodio derelictum est humidum substantificum ipsarum carniū in quibus derelicte sūt partes terrestres. et ideo carnes non sunt multum elixande quia quanto plus coquuntur tanto humidū substantificū earum exterius plus deducitur. ¶ Secundo notandum: q iste species digestionis ad hominem et cetera animalia referende sunt quoniam omnis digestio aut est in stomacho vel propositionabili: aut in corde vel epate. Si est in stomacho sic est pepensis: quia ibi digestio fit a caliditate in humido et sicco. Si est in corde sic est optesis: eo q cor est calidum et siccum. Si autem in epate sic est epsesis: quia epar est calide et humide complexionis et si alie sint digestiones in homine ille reducuntur a priores. Digestio enim facta in ore reducitur ad digestionē stomachi. et digestio facta in membris non principalibus reducitur ad digestionem cordis tanquā a primo fonte. vt dicitur in libro de sumno et vig. et in lib. de lon. et breui. vite. Item predicte digestiones referri possunt ad etates dicendo q tempore infantie sit pepensis: et tempore iuuentutis optesis et tempore decrescentie epsesis: et ita de aliis animalibus dicatur: possunt etiam inferri ad plantas dicendo q in radicib.

primū. (margin)

Scdm. (margin)

visq ad truncum sit pependis & assimilatur digestioni reperte in stomacho. in medulla pro sit optesis: quasi assatio & in paruis ramis epsesis: scz quasi quedam exalatio quare.

ɔclusio

His visis

sit hec prima conclusio. Digestio non est substantia/sed qualitatiua dispositio per quam fiunt operationes debite & cōuenientes. prima pars patet/quia non videtur esse materia/nec forma substantialis/nec compositum/sicut nec putrefactio cum sit diminutio caloris naturalis. Secunda pars sequitur ex prima sicut enim putrefactio est dispositio discōueniēs pro operibus naturalibus/ita digestio est dispositio cōueniēs: & ideo dicit Phs. iiij. metheororum ꝙ sicut putrefactio est imperfectio quedam ita digestio est perfectio quedam.

c.14.

Secunda conclusio.

¶ Secunda conclusio. Digestio non est nutritio licet sit annexa nutritioni. prima pars patet/quia non est generatio/nec corruptio/nec sic de aliis mutationibus cum sit qualitatiua dispositio. Secūda pars declatur/quia in digestione reperitur alteratio generatio corruptio & putrefactio vt patet inductiue/nam quādo digeritur alimentū ipsum corrumpitur & aliqua pars corporis generatur & consequēter procedit alteratio/cum ergo corruptio sit terminus putrefactionis/oportet ꝙ ibi sit putrefactio.

Tertia cōclusio.

¶ Tertia conclusio. Digestio facta per commixtionem humidi cū sicco terrestri procedit ingrossando/facta autem per sequestrationez procedit subtiliando. prima pars est

c.18.

Aristo. iiij. metheororum que sic. probatur calor naturalis dum agit miscendo facit exalare quasdam partes subtiles quibus exalatis residuum redditur grossius: id est terrestrius/patet etiam experimento de amigdalis auelanis nucibus fructib9 & fetu/que continue magis per distinctionem indurantur. Secunda pars declaratur/nam postq̄ in tali digestione sequestratur terrestre a subtili/in quo subtili fundatur digestio/opz ꝙ talis digestio procedat subtiliando.

Quarta conclusio.

¶ Quarta conclusio/aliquando timor/et quandoq̄ balnea conferunt ad digestionem. prima pars declaratur de singultu quē dissoluit timor causatur enim singultus propter defectum digestionis/& propter indigentiam caloris naturalis non potentis dissoluere materiam viscosam/in stomacho residentem/& adueniente autem timore calor expansus per membra reuocatur intus versus cor tanq̄ versus principium eius & ibi vnitus iuxta locum digestionis fortificatur digestio & soluitur materia faciens singultum. Secunda pars declaratur vnde balnea nimis frigida excessiue non conferunt ad digestionem/quia mortificant nec nimis excessiue calida/quia faciunt humidum exalare extraneando calorem naturalem/nec mediocriter calida conferunt repletis humoribus: immo nocent attrahendo humores crudos/& nutrimentum indigestum ad membra facientia ex consequenti apostemata & egritudines: sed bene conferunt non repletis humoribus balnea mediocriter calida. Iuxta intentionem Aristo. iiij. metheororum di. ꝙ per caliditatem alienam proportionatam calido naturali vigoratur calor & fortificatur digestio.

T.c.15.

¶ Ex quo sequitur ꝙ balnea conferunt ad macredinem ieiuno stomacho/ad pinguedinem stomacho pleno/quia ieiuno stomacho facta est digestio/& per balneum humidum roridū exterius educitur & membra debilitantur/stomacho autem pleno balnea attrahunt nutrimentum ad membra ad loca digestionum: & quia illa balnea sunt proportionata calori naturali/& fit oppositio assimulatio nutrimenti ad membra sequitur nutricatio/& impinguatio.

Correlarium

¶ Ex p̄dictis sequitur primo ꝙ vermes nō generantur in stomacho p̄pter abūdātiā caloris naturalis/sed generantur in intestinis ex materia flegmatica frigida & humida/nō enim generantur ex materia colerica p̄pter multā caliditatē p̄seruantem a putrefactione/nec ex materia melācolica: quia talis frigiditas preseruat a putrefactione/nec etiam ex materia sanguinea/quia sanguis est multum conueniens nature quem ipsa non relinquit/& si aliquādo vermes euomuntur a stomacho hoc non est/quia ibi generantur/sed quia illuc ascendunt sentientes nutrimentum dulce & illis conueniens.

Correlarium T.c.14.

¶ Secundo sequitur ꝙ diffinitio quam Aristo. dat. iiij. metheororum de digestione est bona/videlz digestio est perfectio mixti facta a calore naturali & p̄prie ex oppositis passiuis/ad hunc intellectum ꝙ digestio est qualitatiua dispositio subiecti: per quam potest illud subiectuz in debitas operationes caliditate propria obtinente & debite commiscente humidum cum sicco vt illud subiectum debitū finem obtineat. ¶ In qua diffinitione tangitur. primo causa formalis cum dicitur qualitatiua dispositio. Secundo causa efficiens cum dicitur caliditate propria. Tertio causa materialis cum annectitur commiscente humidum cum sicco. Quarto causa finalis cum concludit vt illud subiectum finem debitum obtineat.

Primum

Contra

predicta arguitur. Et primo ꝙ digestio non fit a calore proprio: quia aliqua digestio fit a calore extrinseco & aliqua a frigiditate. ergo maior patet de assatis & elixatis: minor vero declaratur ex eo ꝙ in hyeme fiunt meliores digestiones q̄ in estate: & ex hoc maiorem appetitum habemus ad cibum in hyme q̄ in estate hoc autem non est nisi ratione frigiditatis.

Secundum

¶ Secundo arguitur ꝙ non tantum tres sunt species digestionū/quia non videtur esse nisi vna/eo ꝙ omnis digestio est a calido/modo omnes digestiones videntur esse eiusdez speciei sicut omnes calores. Itez non videntur etiam nisi due: quia omnis digestio/aut est a caliditate intrinseca: aut extrinseca. Deinde videntur esse quatuor/propter frixationem que non est aliqua dictarum trium.

Tertium

¶ Tertio arguitur ꝙ nulla digestio procedit ingrossando/quia ois digestio fit a calido/modo de ratione calidi est subtiliare & sequestrare partes terrestres a subtilibus: sicut de ratione frigidi est ingrossare et comprimere.

Quartum

¶ Quarto arguitur/sicut pira & poma ante eorum maturationem vel digestionez sunt multum terrestria & ipsis digestis fiunt meliora & rariora. ergo digestio habet subtiliare: antecedens patet ex isto quoniam pomum ante digestionem submergitur in aquam secundum maiorem partem/apostema enim ante digestionem est durius & terrestrius q̄ post digestionem est mollius.

Ad primum

Ad primum

respondetur ꝙ si aliqua digestio fit a calido extrinseco vel frigido hoc est per accidens vigorando calorē naturalem.

Ad secundum

¶ Ad secundum dicitur: ꝙ licet omnes calores sint eiusdem speciei/non tamen omnes digestiones ratione diuerse applicationis caloris ad qualitates passiuas. Consimiliter dicitur ꝙ licet omnis digestio fit a calore intrinseco vel extrinseco/tamē tres sunt digestiones propter calorem extrinsecum applicatum humido & sicco frixatio autem non facit quartam speciem/quia redducitur ad assationem.

Ad tertium

¶ Ad tertium dicitur ꝙ de ratione calidi extrinseci est subtiliare/non autem calidi intrinseci/nec est verum ꝙ in omni digestione fit sequestratio nisi quando sunt alique partes superflue non potentes pati digestionem quas sequestrat natura.

Ad quartum

¶ Ad quartum dicitur ꝙ poma & pira ante digestonem sunt densiora & ponderosiora/quia sunt multum compacta/non tamen sunt grossiora: id est magis terrestria iuxta modum loquendi Arist. eo ꝙ vt patet multa humiditas exalat per illam digestionem/de apostemate autem dicitur ꝙ non fit mollius ratione digestionis: sed ratione humiditatis superflue continue abundantis & superuenientis quare.

¶ Explicit liber metheororum/qui est quarta pars summe naturalium.

Aristotelis de Anima Liber primus incipit Joan. Argiropylo Bizantio interprete.

Exordium.

Cum omnem scientiā rem esse bonam arbitremur: ac honorabilē: et aliā alia magis: ex eo talem esse putemus: quia vel exactior est: vel rerū est carū que magis prestabiles magisq; sunt admirabiles: scientiā anime nimirū ob hec vtraq; nō iniuria ponendā in primis esse cēsem⁹. Videt̄ autē ꝛ ad veritatē oēm ipsi⁹ aīe cognitio vehemēter cōferre: ꝛ maxime ad ipsi⁹ nature scientiā. Est eñ anima quasi principiū omniū animaliū. Atq; prospicere cognoscereq; naturā eius et substātiā querim⁹: deinde ea que circa ipsam acciduñt: quoꝝ quedā affect⁹ ipsi⁹ esse proprij. Quedā aīalibus etiā per ipsam inesse cōpetereq; vident̄. Verū eñ oī ex parte: atq; oīno difficilimum est: fidem aliquā de ipsa tādē accipere. Nā cū hec questio cōis sit etiā cū alijs rebus cōpluribꝰ: de substātia dico ꝛ ꝗd est: vn⁹ cuipiā fortasse modus: vna via quedā esse videt̄: qua cognoscere ꝗdnā sit vnaqueq; possum⁹ rerū: quarū substantiā percipere volum⁹: perinde atq; modus vnus est hisce: quo proprij rerum demōstrant̄ affect⁹. Quapropter querēdū est: quenā sit illa via: quis ille modus vnus: quo rerū substātie percipi possunt. Qḋ si nō vnus quidā atq; cōmunis sit ille modus. Longe difficilior ipsa ptractatio fit. Oportebit eñ de vnaquaq; rerū accipere: qs ad vnāquāq; modus accōmodabit̄. Si vero pateat illū demōstrationē vel diuisionē vel etiā quendā aliū modū esse. Complures insuper difficultates errores q; emergūt: in ijs exquirēdis e qbꝰ vniuscuiusq; cōficiēda est diffinitio. Aliarū nāq; rerū alia principia sunt vt numerorum superficierumq;. Primū autem fortasse necessariū est diuidere atq; accipere: in quonā generū collocet̄ ꝗdq; sit anima. Utrū sit substātia an in qualitate vel in quātitate vel in alio quodam predicamētoꝝ genere collocetur. Deinde peruestigandū est vtrū eorum subeat ratione: que potētia sunt: an potius quidā sit actus. Non eñ parū interesse videtur. Considerandū est preterea: si partibilis sit nec ne. Et vtrum einsdē sit anima speciei omnis: necne. Et si non sit eiusdem speciei vtrum specie tātum an etiā genere differat. Nūc enim ij qui dicūt atq; querūt de aīa: de humana tātū querere perscrutariq; videntur. At cauēdū est ne nos preterreat vtrū vna sit ci⁹ ratio vt aīalis an vniuscuiusq; sit alia ratio: vt equi canis hominis dei. Animal aūt vniuersale aut nihil est aut posteri⁹ est: ꝛ quicq̇d itidē aliud cōiter predicat̄. Preterea si non plures sint aīe: sed partes: vtrū aīam totam an partes querere prius oportezt. Difficile aūt est id quoq; determinare quenam inquā partes a qbꝰ diuerse sint. Et vtrū ipsas partes an ipsarum partiū operationes prius querere perscrutariq; oporteat: eeu intelligere an intellectiuū ꝛ sentire an sensitiuū ꝛ eodem modo de ceteris. Qḋ si operationes sint exquirēde prius rursus profecto quispiā dubitabit si opposita pri⁹ sint inq̇renda vt sensibile pri⁹ quā sensitiuū ꝛ intelligibile quā intellectiuū. Non solū aūt ipsius quid est cognitio cōferre videt̄ ad perspiciēdas eoꝝ causas accidentiū que per se substātijs vt in mathematicis ꝯfert. Quid est rectū ꝛ quid curuū vel quid linea ꝗd superficies ad cognoscēdū quot rectis anguli trianguli sunt equales. Nam ipsum quid est oīs est principiū demōstrationis sed ecōuerso etiā accidētia magnā afferūt opem ad illud percipiēdū. Nā cum per imaginationē de accidētibus aut oībus aut pluribꝰ reddere possum⁹ cum aliq̇d etiā de substātia dicere poterim⁹ optime. Quare patet eas oīs diffinitiones differendi modo vaneq; dictas ꝛ assignatas esse qbꝰ nō fit vt accidētia percipiant̄ aut de ipsis coniectu-

ta facilis habeat. Est etiā de affectib⁹ anime dubitatio vtrū omnes cōmunes sint cū eo quod habet animā an sit z ip sius anime ꝓprius aliquis hoc eī ipsū accipere quidē necessariū est non tamē accipi facile potest. Atq; plurimi sunt: quorū sine corpore nullū aut agere aut pati videt: vt irasci cōsidere cupere om nino sentire: maxime autē ipsuz intel ligere ꝓprio simile est. Quod si hoc etiā imaginatio sit quedā aut sine imagina tiōe nō sit nec istō esse sine corpore pōt. Si igitur operationū aie vel affectuū aliquis ꝓprius sit ipsius fieri potest vt ipsa anima separetur. Sin vero null⁹ sit eius ꝓprius non separabilis est: sed est de ipsa peride atq; de recto cui mul ta quidē vt rectū est cōpetūt veluti pun cto pilam eneam tāgere non tamē ipm vnq̄ separatū tāget. Est ei inseparabi le quippecū semp aliquo cum corpore sit. Videtur autē z omnes affectus ani me cum corpore esse: ira: māsuetudo: ti mor: misericordia: cōfidentia: gaudiuz odiū deniq; atq; amor. Nam vna cum his ipsuz corpus aliquid patitur. Quod quidē ita esse ex eo patet. Interdū eniz nō irascuntur neq; timēt: etiam si se ve hementes ipsis manifesteve cause offe rant. Interdū a paruis q̄busdā mouē tur atq; exiguis si feruet ꝯcitaturq; cor pus z pinde se habet atq; cū afficit ira. Hoc magis ex eo patet quia nonnulli nulla re penit⁹ accidēte que quidē pos sit terrere nullo q; imminēte periculo vt ij qui metuunt perturbantur ac afficiū tur timore. Que si ita sint patet affect⁹ ratiōes esse materiales. Quare z diffi nitiōes ipsoz sūt tales irasci nāq; mo tus quidā talis ē corporis aut partis aut potētie ab hoc huius gratia. Iccir co naturalis est de anima: vel omni vel tali considerare. Diuerso autem modo naturalis et differendi artifex vnum quodq; ipsorum diffiniet nam alter irā appetitionem esse dicit doloris vicissi aduersario inferendi aut aliquid tale alter sanguinis aut caloris ei⁹ qui cir ca cor est feruorem ebullitionemve at q; alter materiem alter formam hoc pa cto reddit z rationem. Hec enim est ra tio rei quam necesse est si fuerit in tali

materia esse. Sic enim et domus assi gnari diffinitio solet nā quidā talē ei⁹ rationem assignat esse dicens tegmētū quod quidē phibere: ꝓpulsareq; potest incommoditates eas que tū a ventis tum ab imbribus tū etiam ab estu fieri eueniteq; solent. Quidā dicit lapides esse lateres atq; ligna at ali⁹ formā in hisce ponit horum dicēdo gratia quis igit istoz est naturalis. Is ne qui mate riam assignat et rationēm ignorat an is qui solā ratione reddit z materiā ip sam emittit an is potius qui vtraq; cō plectitur. At illorū vterq; quis est. At enim constat neminē esse qui circa ma terie versetur affectus non separabiles z vt nō separabiles sunt preter ipsum philosophū naturalem. Etenim natu ralis circa oīa ea versatur que talis cor poris talisq; materiei sunt operatiōes atq; affect⁹. Circa autē ea que talia nō sunt non naturalis sed alius solet ver sari. Atq; de nōnullis quidē conside rat si forte fuerit artifex: faber inquam vel medicus. De his aūt que separabi lia quidē non sunt: attamē nō vt affect⁹ corporis talis sed abstractione sumun tur mathematic⁹. At ea que sunt sepa rata z vt talia sunt ipe prim⁹ philoso phus contēplet. Sed eo redeūdum est vnde nostra defluxit oratio. Dicebam⁹ aūt affectus aie esse inseparabiles ab aīaliū naturali materia vt tales, sūt nō vt separat linea superficiesq; sic irā z me tum a subiecta sibi materia separari.

Caput primum.

Verum enimuero necesse est considerātes de Anima: et de his dubitātes ac abigen tes que nos oportet ꝓcedē tes inuenire atq; pcipere: in mediū eorū antiquorū afferam⁹ opinio nes q̄ de aīa tractarūt aliqd atq; dixerūt vt ea q̄dē accipiam⁹ q̄ bn̄ sūt dicta ab his aūt caueam⁹ q̄ nō bn̄ recteq; dicta fuere. Initiū aūt īq̄stiōis h̄ erit, pfecto ꝯgruū si prius posuerim⁹ ea que marie videnī aie ꝯpetēte suapte natura. Ani matū itaq; duob⁹ his ab īanimato ma xime differre videtur motu ac sensu. A maiorib⁹ etiā nr̄is hec duo fere ō aīa ac cepim⁹. Inquiūt eī nonnulli aīam id

ẽẽ:qđ maxime prioq̃ mouet. Atq̧ exi-
stimãtes fieri nõ posse: vt id aliud q̃cq̃
moueat: qđ nõ moueat: aiam vnuz q̃d
eorũ esse putarũt q̃ motu cient. Quo-
circa Democritus ignẽ atq̧ calorẽ ip-
sam cẽsuit esse: nã cũ sint ĩfinite figure
acidiuidua corpora rotũda dicit ignẽ
⁊ aiam esse. Necidiuidua corpora sĩlia
corpusculis ĳs esse: q̃ i aere ferrividen
tur: in ipsis inquã radĳs q̃ p fenestram
ingrediunt: ⁊ rerũ elemẽta gñandaruz
seminaq̧ toti⁹ esse nature dixit. Eadẽ ⁊
Leucipp⁹ ille cẽsebat. Hoꝝ igit corpo
rũ ea q̃ sunt rotũda ignẽ ac aiaz asserũt
esse: ppterea qui maxime oim figure ta
les totũ corp⁹ ingredi penetrareq̧ pñt:
atq̧ cetera mouere cũ moueant ⁊ ipsa.
Arbitrantur em̃ aiam id esse qđ motuz
aialib⁹ p̃bet. Quapropt ⁊ respiratione
viuẽdi rõnem: atq̧ cãm esse putãt. Nã
eo qđ ↄtinet ↄ̃hẽte corpore cõprimẽ te
re: ac extrudẽte figuras eas: q̃ p̃bẽt aia
lib⁹ motũ: q̃ nec ipse vnq̃ q̃escũt succur
sum auxiliũq̧ respiratiõe fieri dicũt in
grediẽtib⁹ alĳs figur⁹ sĩlib⁹: q̃ q̃dẽ egre
di p̃hibẽt ipasq̃ aialib⁹ ĩsũt id r pellẽdo
qđ ↄ̃hit atq̧ p̃mit: ⁊ eousq̧ viuere aialia
q̃usq̧ id facere pñt. Vr aũt ⁊ id qđ a nõ
nullis pythago. dr eãdẽ hre sñiaz. Qui
dã em̃ ipoꝝ ea corpuscula q̃ agitãt ĩ aere
q̃dã id qđ illa mouet ac agitat: aiaz esse
dixerũt: ppterea qđ ↄtinue moueri vi-
dent: et si null⁹ vẽt⁹ penit⁹ afflet. Eodez
ferunt ⁊ ĳ q̇ dicũt aiam id esse qđ seip̃m
agitat motu etem̃ oẽs ĳ motũ videt pu
tasse maxime ppriũ esse aie: ⁊ alia q̇dez
vniuersa p aiaz: hãc aũt a seipsa moue-
ri: q̃ nihil videbãt mouere: qđ non mo
ueat ⁊ ip̃m. Silr ⁊ Anaxagoras id qđ
mouet aiam eẽ dicit. Et si q̇s ali⁹ cẽsuit
vniuersuz mẽtẽ mouisse: nõ tñ p inde pe
nit⁹ atq̧ Democrit⁹: is em̃ aiaz ⁊ itelle-
ctũ simplr idẽ eẽ putauit: etem̃ id qđ vr
veꝝ eẽ dicebat. Quocirca recte dixisse
inq̇t homeꝝ hectora iacet alia sapiẽtẽ.
Nõ igit vt potẽtia q̃dã circa ṽitatẽ vti
tur mẽte ac itellectu: sz idẽ eẽ aiaz dicit
⁊ itellectũ Anaxagoras aũt min⁹ de ip-
sis explanat. Multis em̃ in locis boni
rectiq̧ mẽtẽ cãz esse dicit Alibi aũt aiaz
ipsam mẽtẽ esse asserit: nã aialib⁹ vniuer
sis tã paruis q̃ magnis: tã p̃stabilibus
quã min⁹ etiã p̃stabilib⁹ mẽtẽ iesse dicit.
At ea mẽs tñ ⁊ itellect⁹ cui prudẽtia tri
buit nõ vniuersis silr aialib⁹: q̇n etiam
neq̧ cũctis hoib⁹ inesse vr. Oẽs igit ĳ q̃
ad aiant respe(x)ere motũ maxie motiuũ
aiaz eẽ putarũt. At q̇ cognitionẽ aiad-
uerterũt ipsi⁹ ac sẽsũ q̇b⁹ res cogscit ⁊ sẽ
tit ĳ dicũt aiaz ipaz p̃ncipia reꝝ eẽ. At
q̇ plra p̃ncipia: faciũt h ipa q̃ vo vnũ id ip̃z
aiaz eẽ cẽsẽt. Empedocles em̃ ex elemẽt
q̇dẽ vniuersis ipaz ↄstare cẽset: tñ ⁊ vnũ
qđq̧ istoꝝ aiam esse putat Dicit eniz.
Terrã nã t ra lympha cognoscim⁹ vndã
Aetheraq̧ ethere sãe iguz dignscit igne
Sict amor amori: ac tristi discordia lite
¶ Eodem ⁊ Plato modo animam in
Timeo ex elementis constare censet.
Simili namq̧ eius quoq̧ sententia co
gnoscitur simile: ⁊ res ipse ex pricipĳs
sunt. Similiter determinatũ est ab eo-
dem ⁊ i hisce que de philosophia dicun
tur. Animal quidem ipsum ex ipsius
vnius idea formave: et ex longitudine
prima: et latitudine: profunditateve cõ
stare. Cetera vero simili modo. Insu-
per et alio pacto: intellectuz quidem es-
se vnum ipsum. Ipsa vero duo scientiã.
Est enim ipsa tantum ad vnum proces-
sio. Superficiei preterea numerum.
Opinionem solidi sensum: nam nume
ri quidem forme ipse et principia dice-
bantur. Sunt autem ex elemẽtis. Res
vero partim intellectu: partim scientia
partim opinione: partim sensu dĳudi-
cantur ac discernuntur. Atq̧ nume-
ri forme sunt rerum. Cum autem ani-
ma motiuum ⁊ cognstiuum sit quidam
vtrunq̧ complexi sunt: atq̧ animaz nu
merũ esse seipsum mouẽtem assererunt.
Omnes tamen de principĳs que ⁊ quot
sunt: inter sese dissentire videntur: atq̧
maxime quidem ĳ qui corporea putant
esse: ab hisce dissentiunt qui in corpo-
rea ponũt. Minus autem ab ĳs qui cõ
posuerunt: ⁊ ex vtrisq̧ principia rerum
assignauerũt. Dissentiunt etiã ⁊ de mul
titudine eorũdem. Quidam enim vnũ
quidam plura pricipia dicũt esse. Atq̧
vt de principĳs senserunt: sic de animã
etiam determinauerunt. Non em̃ abest
a ratione: in primorum natura mouen-
di causãz collocare. Quapropter ignis

quibuſdam eſſe videtur. Is em̄ ſubtiliſſimaꝫ eſt partiū: ⁊ lōge magis ꝙ elemēta cetera incorporeus. Mouetur inſuper: ⁊ cetera primo mouet. Democritus autem ⁊ ſubtilius dixit: tum aſſignauerit cur eſt iſtorum vtrūqꝫ. Dixit em̄ animam quidem mentēqꝫ idem eſſe: hoc autem ex ipſis prim'ſ atqꝫ indiuiſibilib' corporibus eſſe. Atqꝫ partium quidem ſubtilitatem mouere: ob figuram vero moueri. Figurarū aūt oīuz nobiliſſimā figuram rotundaꝫ Anaxagoras aſſerit talemqꝫ eſſe itellectum ⁊ ignē. At Anaxagoras videtur quidem aliud animaꝫ aliud itellectū mētēve dicere: quēadmodum ⁊ antea diximus. Vtitꝰ tamen vtriſqꝫ perinde atqꝫ vna natura: verum mentem principium maxime omniū ponit. Solam itaqꝫ rerum omnium ipſam ſimplicem ⁊ non mixtam ⁊ puram eſſe ſinceramqꝫ dixit: atqꝫ eidem prīcipio hec vtraqꝫ tribuit: cognitionem inquā ⁊ motuꝫ dicens vniuerſum mentem eſſe. Tales etiam videtur ex hiſce que tradita memorie ſunt: motiuum quoddam animā ipſam eſſe putaſſe: ſi quidē dixit magnetem habere animam: quia mouet trahitqꝫ ferrum. Diogenes autem ſicut et alij quidam aerem ipſam cenſuit eſſe: hunc ſubtiliſſime ſubſtantie rerūqꝫ prīcipiū eſſe putās. Idcirco cognoſcere atqꝫ mouere animā dixit. hoc quidem cognoſcere quo primum eſt: ⁊ ex hoc ipſo cetera conſtant: hoc auteꝫ eſſe motiuū quo ſubtiliſſimum eſt. Heraclitus quoqꝫ principium ait animam eſſe. Quippe cum exalatione eſſe: ex qua cetera dicit cōſtare ⁊ maxime incorporeum eſſe: ⁊ ſemper fluere dicat atqꝫ id quod mouetꝰ ab eo quo motu cietꝰ cognoſci cōſtat. Moueri autem res vniuerſas ⁊ ipſe ⁊ alij cōplures arbitrabantur. Simili modo ⁊ Alcmeō de anima putaſſe videtur. Dicit enim ipſam īmortalem eē ex eo: q꞉ ſimilis ipſis immortalibus eſt. Hōc quidēꝫ ideo dixit ipſi competere q꞉ ſemper mouetur. Mouentur enim ⁊ res omnes diuine continue ſemper: luna inquā ſol ſtelle totūqꝫ celum. Quidam et magis importuni animam aquam eſſe dixerūt vt Hippo: qui quidem ad hāc ſententiā ratiōe ſeminis videtur eſſe compulſus quia omnium ſemen humidum eſt etenī redarguit eos qui ſanguinem animam aſſerunt quia ſemen ſanguis non eſt. Sunt ⁊ qui ſanguinem ipſam eſſe dixerunt vt Critias. Sentire ipſum maxime proprium anime eſſe putātes quod quidem competere propter naturā ſanguinis crediderunt. Ita omnia elementa preter terram iudicem habuerūt hāc autem nemo tribuit anime niſi quiſpiā dixerit ex omnibus elementis conſtare aut omnia eſſe. Vt igitur in ſummā omnia redigamus tribus his omnes: aīaꝫ motu: ſenſu: in corporeqꝫ diffiniūt quorum vnūquodqꝫ reducitur ad principia reruꝫ vt patuit. Quapropter ⁊ ij qui cognitione diffiniunt animam aut elemētum aut ex elementis faciunt ipſam ſimiliter omnes preter vnum dicētes. Inquiunt enim ſimile ſimili ſibi cognoſci. Atqꝫ cum vniuerſa cognoſcat ac percipiat anime ex vniuerſis rerum principijs ipſam cōſtare dicunt. Quibus igitur placuit vnam cauſam elementumqꝫ vnum ponere rerum: ij animam etiam vnum velut ignem: aut aerē eſſe poſuūt. Qui vero plura reb' principia tribuūt ij plura quoqꝫ dicunt animam eſſe. Solus autem Anaxagoras mētem paſſione vacare dicit: ⁊ nihil prorſus cum ceteris habere commune. Verum cum talis ſit. Quonaꝫ pacto cognoſcet ⁊ quā ob cauſam. Neqꝫ ille dixit neqꝫ ex dictis perſpici poteſt. At vero qui cōtrarietates in principijs faciunt: ij conficiunt animam etiam eſt contrarij. Qui vero tantum alterum ponunt contrariorum: calidum inquam: aut frigidum aut aliquid aliud huiuſcemodi: ij ſimiliter ⁊ animam vnuꝫ iſtorū aſſerunt eſſe. Quapropter ⁊ nomina ipſa ſequūtur. Nam ij qui calidum eſſe dicūt: inde inquiunt ipſum viuere ductum nominatūqꝫ fuiſſe. Et ij rurſus qui frigidum eſſe cenſent: animam inde nuncupatam ob reſpirationem et refrigerationem aſſerunt eſſe. Hec igitur que de anima tradita ſunt a maioribus noſtris: et hec ſunt cauſe ob quas illi talia de ipſa dixerunt.

¶ Caput ſecundum.

cut vegetatiuum est separabile a sensitiuo: si nõ sequitur tunc ꝙ sensitiuum supaddit vegetatiuo: ptʒ ꝯsequẽtia: quia isto modo ꝓbatur spẽʒ supaddere generi: eo ꝙ genus est sepabile a specie ⁊ non ecõtra: sʒ ꝯsequẽs est falsum: qꝛ nihil supaddit sibi ipsi: sed omne sensitiuũ est vegetatiuũ: qꝛ ala sensitiua ẽ vegetatiua ⁊ potentia sensitiua est potentia vegetatiua ergo sensitiuuʒ non supaddit vegetatiuo. ¶ Et confirmat: tam triãgulus nõ supaddit duo angulo: ergo nec sensitiuũ vegetatiuo: ptʒ ꝯsequẽtia a sufficiẽti similitu-
dine sumpta a Pho. ij. de ala: ⁊ antecedẽs etiã ptʒ ex T.c.30.
hoc qꝛ als triãgul⁹ equiualet duob⁹ angulis rectis:
vt est declaratũ pͥmo Euclidis. ¶ Scđo arguit: ꝙ ve- Secundũ
getatiuũ nõ est separabile a sensitiuo: qꝛ vegetatiuũ cõtinet a sensitiua: ergo nõ est separabile ab illo: ptʒ
ꝯsequẽtia: qꝛ isto mõ ꝓbat spẽʒ nõ separari a gñe: an- T.c.31.
tecedẽs est phi. ij. de ala. di. ꝙ sicut trigonũ in tetragono: ita vegetatiuũ in sensitiuo. ¶ Tertio arguit: ꝙ in Tertiũ
mortalibus intellectiuũ separatur ab alijs gradibus alatoꝝ: quia anima intellectiua cũ sit indiuisibilis nõ est sensitiua: quia nõ recipit spẽs sensibiles: nec vegetatiua: cum non habeat potentiam nutritiuam nec generatiuã nec augmẽtatiuã: sed bene intellectiuam
⁊ volitiuã. ¶ Quarto arguit ꝙ nulla potẽtia consti- Quartũ
tuit aliquẽ gradũ vite. quia nihil cõstituit aliud in ꝯstituit aliquẽ gradũ vite: quia nihil constituit aliud inesse vite nisi sit vita vel habẽs vitam. sed nulla potentia anime est vita vel habens vitam: cum sit accidens: ergo: maior patet inductiue: nihil enim constituit albũ nisi albedo vel habens albedinẽ: et nihil cõstituit hominẽ nisi ala intellectiua vel habens intellectũ. Et confirmat: quia nullũ prius ꝯstituitur in esse a suo posteriori: modo quilibet gradus vite est prior quolibet sua potentia: sicut generaliter omne subiectum est prius sua ꝓpria passione.

Ad primum dicitur ꝙ duplex est super- Ad primũ
additio: vna per realem entitatẽ eo modo quo ternari⁹ superaddit binario vnitatẽ. Alio modo per essentialẽ denominationẽ eo mõ quo spẽs supaddit generi: lʒ hõ sit aial tñ hõ includit essentialr rõnale qđ non includit aial: ideo homo superaddit generi aialis dĩam rõnabilitatis: ita in ꝓposito lʒ sensitiuũ sit vegetatiuũ: tamẽ qꝛ sensitiuum includit potentiam apprehẽsiuã quã nõ includit vegetatiuũ: ideo dicit sensitiuũ supaddere vegetatiuo ⁊ tunc ad argumẽtũ nihil superaddit sibi ipsi: lʒ sensitiuũ est vegetatiuũ ergo sensitiuũ nihil superaddit vegetatiuo: negatur ꝯsequẽtia: qꝛ a predicatiõe identica ad predicationẽ formalẽ fallit argumẽtũ. ¶ Et ad cõfirmationẽ negat illa ꝯsequẽtia: triãgul⁹ equiualet duãgulo: ergo nõ supaddit duoãgulo: sicut nõ sequit risibile ꝯuertit cum hoĩe: ergo nõ supaddit homini.
¶ Ad scđʒ negat ꝯsequẽtia: sicut nõ sequit binari⁹ cõ- Ad scđm.
tinet in ternario: ergo nõ est sepabilis binarius a ternario. Et ad ꝓbationẽ dico ꝙ vegetatiuũ non se habet vt genus ad sensitiuũ: quia aia sensitiua bruti pfecti nõ est vegetatiua: sed se hʒ tanqȝ prius ordine nature p moduʒ numerorum. Et isto mõ prius ꝯtinet in suo posteriori: vbi autem aliqđ sit altero prius per modũ
generis respectu spẽi: tunc qđ ẽ posterius continet Ad tertiũ.
in suo priori. ¶ Ad tertiũ dr: ꝙ lʒ intellectiuũ separetur i mortalibus a sensitiuo ⁊ vegetatiuo negatiue: quia aia intellectiua nõ est aliquid illoꝝ nõ tñ localr: quia vbicũqȝ reperit tale intellectiuũ ibi reperiũtur omnes
gradus aiatorum priores. ¶ Ad quartũ dicit ꝙ quilibet Ad quartũ
potẽtia aie est vita vel hñs vitã denotatiõe extrinseca,

net est incōueniens aliquod accidens sic habere vitam. Cōcedimus eñ q̄ visio auditio intellectio volitio ⁊ hm̄oī ōpationes immanētes sunt vitales ⁊ hn̄t vitā non quidem itrinsece ⁊ essentialr̄: quia si ponerētur in lapide nō essent ōpationes vitales: sed solum intrinsece per habitudinē ad aīam essentialr̄ ⁊ itrinsece habētē vitā. ¶ Et ad ɔfirmationē dicit: q̄ nō est inconueniēs aliq̄d p̄us ɔstitui accn̄talr̄ ⁊ sm̄ q̄d a suo posteriori sicut homo constituitur in esse risibili per risibilitatē: sic etiā anima in eo q̄ viuens vel vita nō ɔstituitur ab aliqua potētia: sed in eo q̄ sensitiua vel intellectiua: sicut etiā materia in eo q̄ pura potētia non constituitur a quātitate: sed in eo q̄ quanta bene constituitur a quantitate.

Tractatus secundus.
Caput pimum.

Nimantiū autem quibusdam omnes insūt potētie dicte: quibusdā nōnulle sunt ⁊ quibusdā vna tm̄ inesse videtur: atq̄ potētias aīe diximꝰ has nutritiuū: sensitiuū: appetitiuum: loco motiuū atq̄ intellectiuū. et plantis quidem nutritiuum ē dūtaxat. Alijs aūt ⁊ idipsum ⁊ sensitiuū: quod si sensitiuū inest ⁊ appetitiuū etiā inest. Nā appetitꝰ cupiditas est ⁊ ira atq̄ volūtas. Aīalia vero cūcta vnū ex sensibꝰ habēt: tactū in quā ipsuz atq̄ cui sensꝰ inest: ei voluptas etiā ⁊ dolor inest. ⁊ pceptio iucūdi atq̄ molesti. Quibꝰ aūt hec insunt ea cupiditatē etiā habēt hec ē eñ appetitio eiꝰ q̄d afficit voluptate. Alimēti p̄terea sensuz habēt. Tactus eñ sensus est alimēti: nā siccis ⁊ humidis ⁊ calidis atq̄ frigidis alūtur viuētia cūcta. Horū autē vt patet sensus est tactus ceteris vero sensibilibꝰ per accidens nutriūtur. Nihil eñ conducit ad alimētū sonus vel color ⁊ odor: sapor autē vnū quidē est eorū que tactu percipiunt: at vero fames sitisue cupiditas est sicci quidē ⁊ calidi fames frigidi vero ⁊ hūidi sitis. At sapor hoꝝ q̄si quoddā est cōdimētū. Verū hec declaranda posteriꝰ sunt. Nūc eousq̄ sit dictū: animātiū inquā hisce q̄ tactū hn̄t ⁊ appetitū inesse. De imaginatiōe vō non ptz: sed de hoc postea ɔsideremꝰ opz: nōnullis insup ⁊ loco motiuum etiam inest et alijs ratiocinatiuū ac intellectus vt hominibus: ⁊ si quid sit aliud tale vel etiā p̄stabiliꝰ. Perspicuū igit̄ est vnā aīe rōnē eē pinde atq̄ figure: neq̄ eī ibi figura vlla p̄t triāgulū ē ⁊ eas q̄ deinceps sūt collocate: neq̄ hic aīa vlla p̄ter eas q̄s diximꝰ. At vt in figuris vna cōis ratio fieri potest: que eīctis quidē figuris accomodabitur: nullus aūt erit figure ,ppria ratio: sic ī animalibꝰ dictis fieri pōt. Quapropter ridiculuz est: ⁊ in his ⁊ in ceteris rebus cōem querere rōnem: que quidē nulliꝰ eoꝝ q̄ sunt erit ,ppria ratio: nec ī propria cuiq̄ accomodabit̄ ⁊ īdiuidua specie: rationē eā omittētes: diffinitio nesve que cuilibet hoc pacto cōpetere accomodariq̄ pōt. At vero queadmodū in figuris: sic ⁊ in aīa fit nā tā in figuris q̄ in animātibꝰ in eo q̄d deinceps est collocatū: id inest potētia q̄d ī illo est priꝰ. In quadrato nāq̄ triāgulus ⁊ in sensitiuo vegetatiuū inest vt patet. Quapropter in singulis querendū est quenā sit cuiusq̄ aīa: vt quenam sit anima plāte: que bestie: q̄ deniq̄ hominis: quā aūt ob causam deinceps sic sese hn̄t: cōsiderare oportet: sensitiuum nanq̄ sine vegetatiuo nō est: at a sensitiuo vegetatiuum in plantis seiungitur. Rursus sine tactu nullus ceterorū sensuum est: at ipse tactus sine ceteris est complura nanq̄ sunt aīalium que neq̄ visum neq̄ auditū neq̄ sensum habent odoris. Et eorū rursus que sentiūt quedam habēt loco motiuū: quedā nō habent: extra autē atq̄ minima rōnem habēt ⁊ mētem: quibꝰ eñ mortalium inest ratio ij sunt cōtinuo ⁊ cetera cuncta: at q̄bus vnūquodq̄ illorū inest: hisce nō omnibus inest ⁊ ratio: sed quedā imaginatione vacant: quedā ac sola viuūt: de intellectu vero cōtemplatiuo alia ratio est. Que cum ita sint: ptz horū cuiusq̄ rationē anime maxime rōnē ,ppriā esse.

¶ Caput tertium.

Ubitare ɔtingit quare potentia appetitiua nō ɔstituit vnum gradū animatorū sicut potētia vegetatiua sensitiua vel sm̄ locum motiua: aut intellectiua: cū sit potētia eque vniuersalis ac vniuersaliorq̄ aliqua illarum. ¶ Ad cuius dubij declarationem est p̄mo notandum q̄ tripliciter recipitur forma. Prima cum materia et cum conditionibus materialibus: vt quelibet forma extrinseca ad extensionē materie vel q̄titatis ⁊ huic receptioni correspondet appetitus naturalis sequēs formam non sensitiuam. Secunda recipit̄ forma sine materia: tamen recipitur cum conditionibus materie et sic immutantur sensus: ad quā immutationē ⁊ receptionem sequitur appetitus sensitiuus correspondens forme sensitiue. Tertio recipitur forma sine materia et sine conditionibus materialibus vt ī intellectu cui receptioni correspondet appetitus intellectus sequens formam intellectiuam. ¶ Secundo notādū: q̄ in latitudine inclinationū po- Primum: Secū̄dū

situr

aliter generali quod est appetitus sub quo ponūtur tria genera maxime subalterna: scz appetitus naturalis appetitus sensitiuus et appetitus intellectiuus sub primo genere continentur iterum tria genera: scz appetitus elemēti: appetit⁹ mixti inanimati et appetitus vegetatiui solum: et sub quolibet istorum continentur multe species: nam sub appetitu elemēti continentur appetitus quatuor elementorum. Et sub appetitu mixti inanimati cōtinētur tam appetitus specie quot sunt species mixtorum inanimatorū. Et sub appetitu vegetatiui solum continentur tot appetitus specie quot sunt species plantarū. Item sub secūdo genere principali quod est appetit⁹ sensitiuus continentur duo genera: scz appetitus animalis imperfecti et appetitus animalis perfecti. Sub primo genere continētur tot appetitus specie quot sunt species annulosorum. Sub secundo autem genere continentur tot appetitus specie quot sunt species distincte animalium perfectorum. Item sub tertio principali genere non proprie collocant̄ nisi due species: scilicet homo et angelus: et tā sub isto q̄ȝ sub alijs infiniti numero collocantur appetitus.

Appetitus.

Prima conclusio. T.c.27. His premissis sit hec prima conclusio. q̄ appetitus seu appetitiuum est potentia anime: probatur. in quocūq̄ reperitur sensitiuum vel tactus: aut aliquis sensus alimenti in eodem reperitur appetitiuum: sed sensitiuū tactus et sensus alimenti sunt potētie anime: ergo appetitiuum est potētia anime: patet ꝯña cū minori. Et maiorem probo quo ad primā partem: quia vbicūq̄ reperit̄ sensitiuū ibi reperitur desideratiuū: et consequēter appetitus quo ad secundā partem similiter: quia in quacunq̄ parte reperitur tactus ibi reperitur et delectatio et tristicia: et consequenter concupiscētia prosequēdi conuenientes et fugiendi disconueniēs. ergo appetitus: quo autem ad tertiam partem declaratur: nam in quocunq̄ est sensus alimenti ibi est fames et sitis aliter animalia non quererent cibum: sed fames et sitis sunt quidā appetitus: nā fames est appetitus calidi et sicci: et sitis est appetitus frigidi et humidi. ergo. 2. de ala. T.c.28. Secunda conclusio. tam vegetatiuo in plantis q̄ȝ sensitiuo in animalibus inest appetitus: probatur prima pars: nā appetitus non est nisi inclinatio ad aliquid vel ad aliqualiter esse: sed plāte et alia vegetatiua non sensitiua necessario habent inclinationem ad aliquid vel ad aliqualiter esse. ergo plante inest potentia appetitiua. Si enim grauia habent appetitum ad motum deorsum et leuia sursum a fortiori plante habent appetitum et inclinationem cum habeant nobiliorem formam. Secūda vero pars est nota: quoniam cuicūq̄ inest fantasia eidem inest appetitus: sicut delectatio vel tristicia: sed cuilibet sensitiuo inest fantasia qua fuga mali et psecutio boni ergo. Secūda cōclusio. T.c.27.

Tertia conclusio. tam intellectiuo q̄ȝ secundum locum motiuo inest appetitus: prima pars patet nam intellectiuo inest voluntas vt declaratur iij. de anima: sed voluntas est appetitus &c. Secunda vero pars declaratur: quoniam concupiscibilis et irascibilis cōpetunt secundum locum motiuū: vt patet ad experiētiam: sed cōcupiscibilis et irascibilis sunt quidam appetitus: vt patet habita noticia terminorum ergo &c. Tertia cōclusio. T.c.27.

Quarta conclusio. appetitus seu appetitiuum nō constituit aliquem gradum animatorum: probatur: non constituit aliquem istorum nec aliquem alium. ergo maior patet: quia communicatur cuilibet illorū graduum: vt patet ex precedentibus cōclusionibus. nec etiam aliquem alium: quia oporteret illum gradum precedere supradictos quatuor quo posito aliquid esset animatum quod non esset vegetatiuum nec sensitiuum nec intellectiuum: nec secundum locū motiuum quod est impossibile ergo. Ex predictis infert Arist. q̄ plures sunt potentie anime q̄ȝ animatorum gradus. patet: nam animatorum gradus sunt solum quatuor: potentie autē tam vniuersales q̄ȝ particulares sunt plures quatuor vt patet inductiue. Quarta cōclusio. T.c.27.

Contra predicta arguitur. Et primo q̄ plantis non inest appetit⁹: quia nulla potētia secūdi grad⁹ animatorū est potētia primi gradus: sed potentia appetitiua est potentia secūdi gradus animatorum: ergo nō est potētia maior: patet ex quo gradus dicuntur distingui per potentias. Secundo similiter tam ex dictis Aui. vj. naturalium q̄ȝ Phi. ij. de anima ponentium appetitiuam esse potētiam secundi gradus. Et potest ꝯfirmari auctoritate Aristo. ij. de anima di. q̄ plantis inest vegetatiuum solum: ex quo sequitur quia plantis non inest appetitus. Primū. T.c.27.

Secundo arguitur q̄ appetitus non inest secundū locū motiuo et intellectiuo: quia si appetitus inest secundum locum motiuo et inest sensitiuo. ergo aliqua propria passio inest duobus subiectis: quod est impossibile: nec etiam inest intellectiuo: quia tunc ille appetitus foret voluntas: et hoc non secundum Aristo. ij. de anima di. q̄ ira: volūtas et desideriū insunt sensitiuo. Secundū T.c.27.

Tertio arguitur q̄ appetitiuū aliquem gradum animatorū constituit nam vegetatiuum tantum dicitur constituere gradum animatorum a sensitiuo distinctum: quia est separabile ab eo: sed sensitiuum est separabile ab appetitiuo: ergo sensitiuū cōstituit gradum distinctum ab appetitiuo et per cōsequēs appetitiuum constituit tertium gradum: patet consequentia cū maiori: et minor probat̄: quia vegetatiuū est separabile a sensitiuo: quia est prius illo: sed sensitiuū est prius appetitiuo ergo &c. Item hic videt̄ esse sententia Aristo. ponētis appetitiuū et scōm locū motiuū et intellectiuū in numero ꝯstituentiū gradus animatorū. Dicit phs. Potētias aūt dicim⁹ vegetatiuū sensitiuū appetitiuū et scōm locū motiuū et intellectiuū: vbi ptz q̄ si potētie pcedētes et sequētes ꝯstituūt gradus aīatorū: q̄ et potētia media. Tertium. T.c.27.

Quarto arguit̄ q̄ nō plures sint potētie q̄ȝ grad⁹ aīatorū: quia q̄buscūq̄ duab⁹ potētijs datis spē distinctis ille non pnt esse eq̄les: quia spēs sunt sicut nūeri. viij. Meta. ergo ordinant̄ scdm superi⁹ et inferi⁹: sꝫ q̄libet superi⁹ est sepabile a suo inferiori. ergo potētia superior gradū ꝯstituit distinctū a potētia inferiori. Cōfirmat̄, nā quecūq̄ specifice di Quartū T.c.10.

stinguuntur illa gradualiter distinguunt: sed omnis species est gradus essendi in latitudine entis: ergo omnes potentie specifice distincte constituunt gradus distinctos ꝛc.

Ad primū. **Ad primum** dicitur appetitus contētus in secūdo gradu nō cōpetit plantis. sed alius appetitus alteri⁹ speciei: et si Phs nō attribuit plantis appetitū: nō tamē ex hoc negat in illis appetitū: sed solū tacet appetitū in eis: quia cōcurrunt in eandē denominationē cū appetitu corporū inanimatoꝝ: cum aūt dicit ꝙ plantis inest vegetatiuū solū ibi loquitur cōparando gradus inuicē ac si vellet dicere ꝙ vegetatiuū inest plantis: non tñ
Ad scdm. aliquis alius viuentiū gradus. ¶ Ad tertiū dicitur ꝙ in scdm locū motiuo reperitur aliquis appetitus qui non reperitur in sensitiuo solum: quoniā secundum locū motiuū habet fantasiā perfectā ad quam sequitur irascibile perfectū ꝛ perfectū cōcupiscibile: sed sensitiuū solū habet fantasiā imperfectā ad quē sequitur solū dolor ꝛ desideriū: ꝛ ꝯsequēter ꝯcedo ꝙ ois appetit⁹ repert⁹ in scdm locū motiuo reperit in sensitiuo non tñ sequitur ꝙ ꝓpria passio reperiat in duobus subiectis: sicut nō sequitur risibilitas reperit in hoīe et in aīali: ergo reperit in duobus subiectis: qm̄ species est subiectū ꝓprie passionis ꝛ nō gen⁹. ¶ Ad aliud dicit ꝙ Aristo. accepit volūtatē pro voluptate: sicut ap-
T.et com. .et.10. patet in alia trāslatione: qḋ etiā apparet per Cōmē. in isto loco. ¶ Ad tertiū nego ꝙ sensitiuū sit separa-
Ad tertiū. bile ab appetitiuo. Et ad ꝓbationē respōdetur ꝙ nō: ideo solū vegetatiuū est separabile a sensitiuo: qꝛ est prius illo: sed cū hoc est cōius ꝛ impfecti⁹ illo modo: sensitiuū nō est cōmunius appetitiuo qḋ est potētia sua: qꝛ cū illo ꝯuertit: nec eo impfecti⁹: qꝛ subiectū nō
T.c.27. est impfecti⁹ sua ꝓpria passione. ¶ Ad Phm dicit ꝙ nō posuit appetitū in numero ꝯstituentiū graduū: qm̄ nominat potētias quo ad ꝯstitutionē graduū: sꝫ solū qm̄ numerat eas solū quo ad operationes illarū insinuans ꝙ potētia appetitiua ab oibus alijs potētijs distinguit: sicut operatio ei⁹ ab oibus alijs siue a sin-
Ad qrtū. gulis operationib⁹ aliarū potētiarū. ¶ Ad quartum dicit ꝙ oēs potentie specifice distincte se habēt sicut superi⁹ ꝛ inferi⁹ in latitudine essendi: sed nō in latitudine ꝑdicandi. Et ex hoc nō faciūt distinctos gradus aīatoꝝ: sicut nec hō nec asin⁹ faciūt distincta genera nō obstāte ꝙ hō sit superi⁹ ad asinū: qꝛ ista superioritas nō est in ꝑdicamento: sed in latitudine entiū que penes distantiā a nō gradu a posteriori cognoscitur: sicut ergo subiectū nō est separabile a sua prima passione: nec prima passio a scda nō obstāte ꝙ prima sit superior ad secūdā in latitudie entis: ita sunt due potentie aīe: quarū vna est superior altera ratione perfectionis: ꝛ tñ nulla illarū ab alia est separabilis. Ad cōfirmationē dicit ꝙ sicut hō ꝛ asinus constituūt diuersos gradus specificos in latitudine perfectionū simpliciter: non aūt diuersos genericos. Ita alique potētie anime cōstituūt diuersos gradus specificos ꝛ non diuersos gradus vite. quare ꝛc.

¶ Tractatus tertius.
¶ Caput primum.

NEcesse est autē eum qui de hisce cōsiderationē facturus est: q̇dnā sit vnūquodqꝫ ipsoꝝ accipere: deniqꝫ q̄rere ꝑscrutariqꝫ de hisce que sequuntur ac accōmodant: qḋ si dicere oporteat quid vnūquodqꝫ ipsorū sit: vt quid sit intellectiuū vel sensitiuū vel nutritiuū: antea dicendū est quidnā sit intelligere q̇d sentire. Nā operationes actionesve potētijs virtibus prio-tes sunt ratione. Qḋ si ita sit atqꝫ pri⁹ etiam obiecta ꝗ̄ ista cōtemplari oporteat: primū ꝑfecto de illis ꝓpter eandē causā: vt de alimēto de sensibili: de intelligibili determiare oportet. Quare de alimēto de generationeve primo dicēdū esse videt. Nutritiua nāqꝫ aīa ꝛ ceteris inest: ꝛ prima est ꝛ maxime cōis anime vis ꝛ potētia quā cūcta viuētia viuūt: cuius sunt operatiōes officiave generare nutrimētoqꝫ vti. Hec em̄ operatio maxime oīm operationū viuētib⁹ est naturalis: viuētib⁹ inquā hisce que sunt perfecta: non mēbris capta: queqꝫ nō sine semine oriunt: vnūquodqꝫ inqꝫ aliud sibi sile ꝓcreare: aīal quidē aīal: planta aūt plantā: vt sint semp hoc pacto ꝯditionēqꝫ subeāt qḋ possint diuinam. Id em̄ ipm appetūt vniuersa: gratiaqꝫ ipsi⁹ oia agūt: quecūqꝫ ꝺm naturā agunt. Duplex est aūt id causa cui⁹ cetera fiunt: atqꝫ vnū est qḋ alterū cui: cū igit semp esse cōditionēqꝫ diuinā subire. Cōmutationeve nequeāt animātia: quia fieri neq̄t: vt caducoꝝ atqꝫ mortaliū quicꝗ̄ idē vnūqꝫ numero semp permaneat vt vnūquodqꝫ potest: sic eternitatis ꝯditionisqꝫ diuine particeps est: aliud q̇dez magis: aliud aūt min⁹: permanetqꝫ nō ipm: sed tale quale est ipm: numero quidē nō vnū: specie aūt vnuꝫ. Est aūt aīa corporis causa principiūqꝫ viuētis: at qui cū multifariā hec dicant: aīa parimodo trib⁹ determinatis modis causa est. nam est ea causa a qua profluit motus: est etiā gr̄a cui⁹ cetera fiūt: est insup vt forma corpoꝝ animatorū: substātiave atqꝫ causam vt substātiam animātiū esse nō est obscurū. Causam nāqꝫ cunctis vt sint formā ipsam atqꝫ substātiā esse patet. At viuere viuentiū est esse: cui⁹ sane causa est vt constat: atqꝫ ꝑncipiū aīa. Preterea actus eius qḋ est potētia ratio est eiusdem: vt aīa viuentis est corporis actus. Patet etiā animā esse causam: vt id gr̄a cuius cetera sunt. Nā vt mēs: sic ꝛ natura alicuius gr̄a facit: quod quidē ipsi⁹ est finis: atqꝫ tale est in ipsis viuētibus animal: et ꝺm naturā vniuersam nāqꝫ naturalia corpora tam aīaliū ꝗ̄ etiā plantarum ipsius anime sunt instrumenta.

Quod fit vt ipsa sint anime sine cōtroversia gratia. Duplex est aūt id vti diximus: cā cuius cetera fiūt: atqꜫ vnū ē qd̄ alterū cui. At vero cōstat aiam id ēt esse. vnde primū motus ad locū accōmodatus emergit: verum hec vis non vniuersis inest viuentibus. Fit etiā per aiam ꝛ alteratio ꝛ accretio sensus enim alteratio quedam esse videtur: sentitqꜫ nihil quod non habeat animam: eadem est et de accretione decretioneve ratio enim. Nihil enim incrementa naturalr decrementave suscipit: qd̄ non nutrif: ꝛ nihil prorsus nutritur qd̄ nō vite participes sit. Atqꜫ in parte sniā Empedoclis est post habēda: q̄ q̄dē hoc nō recte dixit ac dicit: ideo incrementa plantas suscipere: tum in radicibus infra tum in ramis etiam supra: quia terra deorsum suapte natura: ꝛ ignis sursum idē tidem pergit: primum nanqꜫ non recte accipit in plantis differentias dictas infra inquam ac supra: non enim eadem sunt omnium rerum ꝛ vniuersi supra ꝛ infra: ꝫ quā habet rationē in aīalibus caput: eam subeunt in plantis radices: si instrumenta diuersa vel eadez operatiōibus officiisve dicere afferere qꜫ oportet. Deide qd̄ est qd̄ cōtinet terram: ignemve: que quidem in cōtraria loca feruntur distrahent enim ꝑfecto nisi aliquid sit quod ipsa prohibeat atqꜫ detineat. Quod si sit aliq̄d. i. profecto anima ipsa. Quo fit vt ipsa sit augendi causa: nutriendive: non elementa quēadmodū ille putabat. Sunt aūt quibus ipsius ignis natura causa simpliciter nutritionis ꝛ accretiōis esse videf: ipse nāqꜫ solus omniū corpoꝝ aut elemētoꝝ nutriri ac augeri videf: quapropter ꝛ in plantis ꝛ in aīalibus putabit quispiam ignem ad ipsuz esse quod operaf. Verum non ita est: sed cum comitetur causam: est ob idipsum quodā modo nō simplr cā: ꝫ talis potiꝰ ē aīa. Nam ignis quidem accretio in infinitum progreditur: ꝛ eousqꜫ fit cōbustibile. At eorum omnium que natura constant est finis tam magnitudinis q̄ꝫ accretionis et ratio. Hec autem anime sunt ignis: et rationis potius quā materie.

¶ Caput quartum.

Quomodo se habēt hmōi potentie adinuicē tā q̄ꝫ ad aiam ꝛ ad locū vel magnitudinez nō est olno ꝑtermittendū. ¶ Et ideo notādum primo q̄ potētia sumif tripliciter Primo pro omni principio actiuo vel passiue operatiōis: ꝛ sic sumit phūs. ix. meta. di. potētia actiua est principiū trāsmutādi alterū: ꝛ potētia passiua est principium trāsmutādi ab altero. Scd̄o pro omni propria passione ꝛ sic sumit Arist. potentiā in ꝑdicamētis cū dicit scd̄am spēm qualitatis esse naturalē potentiā vel ipotētiā. Tertio pro omni respectu ad formā gn̄andā siue sit naturalis siue specificatiua: ꝛ sic sumit Cōmēta potē. tiā. j. phy. cū dicit potētiā materie corrūpi in aduentu forme: nō ergo loqt hic de potētia primo modo vel tertio modo dicta: ꝫ solum scd̄o modo. ¶ Scd̄o est notādum: iuxta intētionem Ari. j. ꝛ ij. de anima q̄ potētiarū aie quedā sunt vniuersales quedā particulares: potētia vl̄is est illa que imediate fundaf in aia vt vegetatiua sensitiua ꝫ locū motiua itellectiua ꝛ appetitiua eo q̄ propria passio imediate fundaf in suo subiecto: potētia vero particularū est illa q̄ imediate fundaf in organo vt visiua auditiua gustatiua ꝛ olfactiua ꝛ tactiua: ac oēs potētie sensitiue iteriores: corrupto eī organo corporali necessario corrūpunf iste potētie: ꝫ nō corrupto corpore necessario corrūpunf potētie vl̄es: si eī aia vegetatiua vel sensitiua separaref a corpore non corrūperef potētia vegetādi: nec sentiēdi: nec dr̄ potentia sensitiua ꝛ vegetatiua: potētie organice: quia imediate fundantur in organo: sed q2 vtunf corpore vt organo ꝛ instrumēto in suis operationibꝰ qd̄ nō facit potētia itellectiua: vtif eī illa corpore nō vt organo: sed vt medio eo modo quo visus vtif aere. Et si Ari. dt. tales potentias esse in corpore nō intellexit tanq̄ꝫ in subiecto imediate: sed tanq̄ꝫ in loco ꝛ in magnete: q2 corpꝰ dicitur locus anime ꝛ suaꝝ potētiaꝝ.

His visis pono q̄tuor ꝯclōnes cū suis ꝓbationibꝰ de intētiōe Arist. j. ꝛ ij. de aia: quaꝝ prima est ista. In vegetabilibꝰ ꝛ aialibꝰ imperfectis potētie vl̄es nō distinguunf loco ꝛ subiecto prima pars ptꝫ: q2 nutritiua gn̄atiua ꝛ augmētatiua que sunt potentie vl̄es sunt subiectiue ꝛ adequate in aīa plāte ꝛ in plāta tanq̄ꝫ in loco: qm̄ in quocūqꜫ puncto reperif vna illarū potentiaꝝ in eodē reperif ꝛ q̄libet alia. ¶ Scd̄a pars cōsimiliter declaraf: q2 potentia vegetatiua ꝛ sensitiua sunt adequate in eodē ambuloso tā ex parte subiecti q̄ꝫ ex parte loci: nō eī est aliqua pars que nō vegetef nec est aliqua pars que si pungaf q̄ nō sentiat. ¶ Scd̄a cōclusio. intelligens agens ꝛ intelligēs possibilis a supradictis potentiis subiecto separanf. hec cōclusio sic ꝓbatur. itellectus agens ꝛ possibilis sunt potētie incorruptibiles ꝛ perpetue. tertio de anima: sed vegetatiua sensitiua ꝛ ꝫm locum motiua ꝛ appetitiua istis correspondentes generāf ꝛ corrūpunf. ergo subiecto separanf: ptꝫ ꝯn̄a q2 ad corruptionē subiecti corrūpunf oīa accidentia eius: sicut ergo potentia vegetatiua ꝛ sensitiua immediate in aia corruptibili fundanf: ita intellectus agens ꝛ possibilis imediate inherēs essentie aie itellectiue. ¶ Tertia cōclusio. Nō in quocūqꜫ est vna potentia aie in eodē est q̄libet alia. ptꝫ ꝯclō: qm̄ aliqua sunt viuētia q̄ habēt oēs potētias aie vt hoies: ꝛ aliqua alia oēs ꝑter intellectiuā vt bruta ꝑfecta: alia solum potētias ꝑtinētes ad vegetatiuū ꝛ sensitiuuz vt aialia iperfecta nō gradiētia. Alia vero habēt soluz potētias ad vegetatiuum pertinētes vt plāte. Et ex hoc sequitur differentia aialium ꝛ etiā aiatorū: vnde optime sequitur. a. habet vegetatiuū solū ꝛ. b. vegetatiuū ꝛ sensitiuum. ergo. a. ꝛ. b. realiter ꝛ essentialiter differunt. Etiā sequif. a. habet ꝫm locū motiuum sensitiuū ꝛ vegetatiuū ꝛ nō intellectiuū: ꝛ b. habet vegetatiuū sensitiuuz ꝛ intellectiuam ꝛ ꝫm locum motiuum: ergo. a. ꝛ. realiter et essentialiter differunt.

Primum. Cō. 7°. Scōm. T.c.12. T.c.27. 1ª ꝯcl°. T.c.19.t. 2ª cōcl°. T.c.21.t. T.c.4. 19.t.2.5. Tertia cōclusio. T.c.26.

¶ Consequenter est dicendum de sensibus particularibus ꝙ aliqua habēt oēs vt aīalia pfecta et aliqua nō oēs: sed plures vt aīalia quib⁹ deficit visus vel auditus: aliqua hꝫ solū vnū scꝫ tactū vt aīalia imperfecta quib⁹ affixum est nutrimentū. ¶ Quarta cōclusio: oēs pdicte potētie rōne et diffinitiōe distiguūt pbat. Ille potētie rōne et diffinitiōe distinguunt q̄ habent distinctas operatiōes numero et spē: sed pdicte potētie sunt hmōi. ergo maior ptꝫ: qr potētie distinguuntur per actus: et minor declarat. nā alius actus est vegetare et alius sentire et alius moueri et alı⁹ opinari vt manifestū est: ergo alia est potētia vegetatiua et alia sensitiua et alia motiua et alia opinatiua. ¶ Ex ista cōclusione sequit ꝙ aīa realiter et essentialiter distinguitur a suis potētijs: qr si idētificat vni: pari ratiōe et cuilibet alteri: et per ꝯñs oēs potētie aīe idētificarētur inuicē: qđ est impossibile et cōtra dicta.

Contra predicta arguit. Et primo ꝙ potētie anime nō realiter inuicē distinguantur: qr nutritiua et gñatiua sunt potentie aīe vegetatiue: et nō realiter distinguunt. ergo ptꝫ ꝯña cū maiori: et minorē declaro: eo ꝙ potētia nutritiua est gñatiua potētia. nā potētia nutritiua cōuertit alimentuꝫ in materia aliti qđ nō pōt fieri sine corruptiōe alimēti et gñatione noue substātie nutriti. Eodē mō arguitur ꝙ augmentatiua est nutritiua et gñatiua qr augmentatiua resoluit nutrimētū in maiores partes q̄ sit deperditū. ¶ Scđo arguit idē de potentijs diuersoꝝ graduū. Nā apprehensiua est potētia sensitiua et concupiscibilis vel irascibilis est potētia motiua secūdū locū. ergo añs pbat qr nulla potētia organica apprehēdit nisi sentiat: nec aliqua potētia facit psecutionē vel fugam quin illa faciat motū sm locum. ¶ Tertio arguit ꝙ anima nō distiguat a suis potētijs qr si potentia aīe differt ab illa videt ꝙ sit aliqđ accidēs superadditū anime: et cū aīa sit in potētia ad qđlibet accidēs eius oportebit iterū aliā ponere potentiā ad primā potentiā: et sic erit pcedere in infinitum. ¶ Quarto arguit sic: potētia vegetatiua est illđ quo viuim⁹: et potētia sensitiua est illud quo sentim⁹ et motiua est illud quo mouemur: et intellectiua est illud quo intelligimus. ergo quelibet illaꝝ potentiarum est aīa: pꝫ ꝯña per Arist. ii. de aīa dicentē: aīa est illud quo viuimus: sentimus: intelligimus ac mouemur: antecedens autem est de se notum.

Ad primum dicit ꝙ in vegetatiuo ē duplex potētia gñatiua: vna qua gñatur pars alti ppter restaurationē deperditi et hec est realiter eadē cum nutritiua. Alia vero q̄ generatur sibi simile: et hec realiter distinguit a nutritiua deinde negat ꝙ augmētatiua est nutritiua: et ꝯñr ꝙ augmētatiua hꝫ cōuertere alimentuꝫ in maiores partes q̄ sit deperditū: qr hoc est officium nutritiue. Sed augmētatiua habet extendere partes corporis animati. Et si allegat phs. ii. de aīa di. ꝙ plātis solū inest vna potētia respondetur ꝙ plantis solum inest vna potentia sm genus scilꝫ vegetatiua: tamen sm spēm sunt tres. Itē phs. nō est ibi loquut⁹ de aliq̄ potentia: sed de gradu viuentiū di. ꝙ plantis solū inest vnus gradus viuētiū. s. vegetatiuū cū quo stat ꝙ illis cōueniāt tres potētie sub illo gradu repte. ¶ Ad scđm dicit ꝙ sicut nutritiua et vegetatiua nō realiter distinguunt: sed solū sicut genus et spēs: qr oīs nutritiua ē vegetatiua et nō ecōuerso: ita apprehēsiua materialis et sensitiua nō distinguunt nisi sicut genus et spēs: modo nō pono realē distinctionē nisi in potentijs repertis sub eodē gradu vel gñe. ¶ Ex quib⁹ seqtur ꝙ cōcupiscibilis vel irascibilis et sm locū motiuā non distinguunt realiter: qr se habēt sicut gen⁹ et spēs realiter tñ distinguunt irascibilis et cōcupiscibilis et quelibet istaꝝ a pgressiua stricte sumpta īmediate mouente mēbra. vnde quelibet istaꝝ est sm locū motiua: sed aliter et aliter progressiua stricte sumpta est motiua sm locum: qr īmediate mouet mēbra: concupiscibilis autem est motiua sm locum: qr precipit vt moueatur ad obiectum conueniens irascibilis vero est sm locum motiua: qr precipit motum contra obiectum disconueniens. ¶ Ad tertium dicitur ꝙ aīa est potentia essentialis et fundamentalis: nō sūt naturalis de scđa spē qualitatis nec relatiua: et ad probationem dicitur ꝙ anima nō est in potentia ad aliquam eius potentiā nō obstante ꝙ quelibet potentia sit accidēs: qr nullā talē potentiā recipit de nouo sed illā continue habuit: qr emanat a principijs spēi sicut ppria passio a suo subiecto. ¶ Ad quartum respondetur ꝙ Arist. in ista diffinitione anime ponit primum principium: modo nulla potentia qualitatiua est illud quo viuimus et sentimus et intelligim⁹ primum sed solum instrumentaliter: anime autē attribuuntur talia primo quare ꝛc.

Ad tertiū

Ad quartū

Margin notes (left edge, partly cut off): cōclu. c.22. — primū — secūdū — tertiū — quartū c.c.14. et 5.t.24. — Ad primū — t.c.27. — Ad secūdū

¶ Caput secundum.

Cum autem eadem vis anime sit: et nutriendi et generādi: primū de alimēto determinare necesse est: hec enim a ceteris potentijs hoc opere munere seiungit. Videt itaqȝ cōtrariū esse cōtrario nutrimētū: at nō cuilibet quoduis sed id ei quoꝝ alterū ex altero nō solum mutuo generatur: sed incrementa etiam suscipit: complura nāqȝ contrariorum fiunt quidem ex sese mutuo sed non a suis omnia contrarijs incrementa suscipiunt vt ex egrotante fit sanum. At vero nec illa modo eodē sibi mutuo nutrimentum esse videntur: sed aqua quidem alimētum est igni: ignis autem non nutrit aquam. At simplicibus corporibus horū alterum alimēti: alterum eius quod nutritur maxime subire rationem videtur. Verum enim is locus dubitationem habere videtur sunt enim qui dicunt simile simili nutriri: quemadmodum et accrescere. Quibusdam autem vti diximus nō hec sententia: sed contraria placet: censentqȝ non simile simili: sed contrario contrariū ali. Etenim fieri nequit: vt inquiūt vt a simili simile patiatur. Alimentum autem mutatur atqȝ digeritur mutationem vero rerum omnium in oppositū vel in medium esse constat. Preterea nutrimentum quidem aliquid patitur ab eo quod alitur: hoc autem ab alimento non patitur quicqȝ quemadmodum nec a materia faber: sed materies vt patet a fabro. qui quidem ex ocio mutatur tantum ad operandum. At enim interest plane: si nutrimentū sit id quod vltimo tandem adiungitur: atqȝ additur: an non hoc: sed id quod primum ingreditur. Quod si vtrunqȝ quidem

est alimentũ: alterũ tamen est digestũ: alterũ indigestũ vtroqȝ profecto modo ⁊ cõtrario contrariũ ⁊ sile simili dicere licet nutriri. Nam si vt indigestũ sumatur: cõtrariũ cõtrarie alitur. Sin vt digestum: simile simili nimirũ hoc pacto nutrit. Quare patet illos vtrosqȝ partim recte: partim non recte dicere atqȝ sentire. Cum aũt nihil nutriat quin habeat vitã: animatũ id erit profecto corpus quod alitur: ea sane ratiõe qua est animatũ. Quare ⁊ nutrimentũ ad animatũ per se refert: ⁊ nõ per accidẽs. At qui diuersa est alimẽti ratio: vt nutrit ⁊ auget: nam vt ipsum animatũ quãtũ est quoddã auget: vt est hoc aliq̃d ⁊ substãtia nutrit: cõseruat enim substãtiã. Et est eousqȝ profecto quousqȝ nutritur. Efficit preterea generationẽ ac ortum: nõ eius quod alitur: sed talis quale est id quod nutritur. Jam enim est ipsius substantia: ⁊ nihil seipsum generat sed cõseruat. Quare tale quidẽ anime principium vis est talis: vt id cõseruet quod ipsam hȝ: ea nimirũ ratione qua ipsam habet. Alimentũ autem ad operandũ preparare videtur: quapropter alimento priuatũ esse nõ potest. At vero cum hoc in officio tria sint hec: necessarioqȝ cõcurrant: id inquã qđ nutritur ⁊ quo nutritur ⁊ quod nutrit: id quidez quod nutrit est ipsa anima prima: id autẽ qđ nutritur corpus est: quod ipsam animã habet: at id quod nutritur ipsum est alimẽtũ. Atqȝ cũ sit pars vniuersas a fine res appellare: finisqȝ hui⁹ anime sit generatio talis quale est id quod ipsam habet: erit anima prima profecto principiũ generandi tale quale est id quod hanc ipsam animã habet. Jd autẽ quo nutrit anima duplex est: quẽadmodum ⁊ id quo gubernator gubernat: manus inquã et clauus atqȝ aliud mouet atqȝ mouetur: aliud mouetur tantũ: necesse est autem omne nutrimentuȝ nature sit talis que digeri possit. At digestionem efficit calor: quapropter omne animans habet calorem. Quid igitur sit alimentum ipsum vniuersaliter diximus: postea vero de ipsis exactius perscrutabitur.

Caput quintum.

Habita notitia distinctionis potẽtiarũ sequitur animarũ distinctionẽ inquirere. Notãdũ primo ꝙ sicut intellectiuũ ſm aliquã partẽ sui separatur negatiue a scđm locũ motiuo scȝ progressiue: quia nulla ratio intellectiua separata est motiua scđm locũ: ita scđm locum motiuũ ſm aliquã sui partẽ separat negatiue a sensitiuo: quia anima scđm locũ motiua: dato etiam ꝙ esset separata a sensu nõ est sensitiua: ⁊ pariformiter sensitiuũ ſm aliquã sui partẽ separat negatiue a vegetatiuo: quia aĩa sensitiua perfecta nõ est vegetatiua. Frustra eñ esset vegetatiua ex quo in carne osse ⁊ neruo est propria forma substãtialis que est vegetatiua: sed anima vermis vel alterius aĩalis imperfecti ⁊ precipue nõ habẽtis diuersitatẽ in partib⁹ ex parte ossis ⁊ carnis vel ꝓportionabilis anima sensitiua est vegetatiua: ⁊ tunc dicit ꝙ in eadẽ anima numero fundant potentie tam vegetatiue ꝙ sensitiue: ex quo ille due anime idẽtificantur realiter. Secũdo notãdũ ꝙ sicut in formis accidẽtalibus aliqua est tota in toto: ⁊ non in parte: sed pars in parte vt caliditas ⁊ frigiditas ⁊ hmõi. Et aliqua tota in toto ⁊ tota in qualibet parte sui subiecti vt motus grauis vel leuis: quia eodẽ motu numero mouet totũ ⁊ quelibet pars ei⁹. Et aliqua tota in toto ⁊ tota in parte: ȝ nõ in qualibet parte vt augmẽtatio vel alteratio: qua augetur vel alterat totum preter quartã vel quintam partem. Et aliqua est que est tota in toto subiecto ⁊ nõ tota in aliqua parte: nec pars in parte vt forma circuli vel corporis artificialis. Ita in formis substãtialib⁹ aliqua est que est tota in toto subiecto ⁊ pars in parte: vt quelibet forma substantialis nõ viuens: ⁊ quelibet viuens vita imperfecta per carentiam perfecte fantasie memoratiue ⁊ extimatiue. Et aliqua est que est tota in subiecto suo ⁊ tota in q̃libet parte vt intelligẽtia separata que est in oriẽte ⁊ in qualibet parte eius si fuerit anima primi mobilis. Sic aũt alterius celestis mobilis est in occidẽte ⁊ in q̃libet parte ei⁹. Et est etiã aliqua forma substantialis que est etiã in toto suo subiecto ⁊ in nulla parte eius vt aĩa intellectiua humana: ipsa enim est forma alicui⁹ partis corporis: sed solũ toti⁹ ſm pħm et Cõmen. iij. de aĩa. Deinde aliqua est forma substantialis que est tota in toto ⁊ tota in aliqua parte: sed nõ in q̃libet: vt forma substãtialis equi vel asini: talis enim forma est indiuisibilis extẽsiue: qȝ nullam extensionẽ habet: ⁊ est diuisibilis substãtialiter in seipsa: quia infinitas partes habet sicut species visibilis: sed nõ habet partẽ extra partez: ⁊ hec aĩa est tota in toto: ⁊ in qualibet parte etherogenea eius: scilȝ in capite: in manu et pede: nõ autem in parte homogenea: quia non est in osse nec in carne: aliter os ⁊ caro sentirent: quod est falsum.

Primũ. Secũdũ. T.c.s.

His visis sit hec prima cõclusio. Necesse est in eodem viuẽte esse plures aĩas partiales essentialiter distinctas. probat: nam caro ⁊ os in eodem specifice essentialiter distinguunt: ergo habent formas substãtiales specifice distinctas que nõ possunt esse nisi anime illoꝝ. patet ꝯña: et antecedens ꝓbat: quia si os ⁊ caro sunt eiusdẽ speciei essentialis: ergo sunt eiusdem denominationis: ⁊ per ꝯñs caro est os ⁊ os est caro. Jtem tenẽtes vnicam formã substantialẽ in hoie habent concedere ꝙ aliqua sunt duo corpora eiusdem speciei specialissime humane: quoꝝ vnũ est risibile ⁊ aliud non. patet de sorte et de eius pede: sed indubie hoc est incõueniens. Jsta conclusio est de intẽtione Cõmẽtatoris. vj. physicoꝝ di. ꝙ membra organica differũt specie vt cor et caput. dicit eñ ꝙ in generatione simpliciũ ⁊ mixtoꝝ homogeneorũ vt aque ⁊ lapidis primũ genitũ est eiusdẽ speciei cum posteriori genito: sed in generatione aĩaliũ prius generatũ differt specie a generato posteriori: vt cor et caput. Secũda conclusio. Jmpossibile est in aliquo viuente esse multitudinẽ formarũ substan-

Prima cõclusio. Cõ.59. Secunda cõclusio.

aıaium iuxta pluralitatē predicamētoꝝ essentialiū probat:si nō sequitur ꝙ in eodē indiuiduo sunt due forme sensitiue totales.ↄsequēs est incōueniēs:quia vna superflueret.⁊ probatur ↄsequentia:nam equus est aīal:ergo per formam sensitiuā ⁊ est equus.ergo per formā aliam nobiliorē.prima ↄsequētia pꝫ:quia spe cies est nobilior genere:⁊ per cōsequēs in a/sunt due forme totales sensitiue. Cōsimiliter arguitur ꝙ pi rus b/haber duplicē animā vegetatiuā.vnā ex par te speciei:⁊ aliam ex parte generis. Est enim pirus

Tertia cō- clusio.

per formā speciei ⁊ planta per formā generis. ¶ Ter tia conclusio. Necesse est in hoīe esse plures animas

.c.26.

totales.probatur:nam sol ⁊ homo generāt holem.ij. physicoꝝ.ergo homo generat:sed terminus genera tionis est forma accipiēs nouum esse:vt colligitur ex sententia Phi.v.physicoꝝ. ergo aliqua forma hois

c.7. et.c.5.

generat:sed non intellectiua.iij.de anima.ergo sen sitiua generatur. ¶ Item Phs.j.celi. omne genitum aliquādo corrumpet:ergo homo aliqñ corrumpetur: ergo anima eius aliqñ corrumpet:sed nō intellecti ua.iij.de anima.ergo sensitiua. Et ita necesse est po nere in hoīe duas animas.vnam intellectiuā ⁊ inge nerabilē ⁊ incorruptibilē ſm Phm.⁊ aliam sensitiuā

m.5. Quarta cō clusio.

generabilē ⁊ corruptibilē : quam Cōmentator vocat iij de anima cognitiuā. ¶ Quarta conclusio. Impos sibile est in aliquo viuēte non intellectiuo esse plures animas totales.patet:quoniā si in plantis vel in bru tis ponerentur plures anime totales.vna necessario superflueret:quoniā illa que est maioris perfectio nis totum actuaret:sicut illa que est minoris perfe ctionis ⁊ omnē operationē eius exerceret:ex quo in ea fundantur omnes potentie inferioris anime.dica tur ergo ꝙ in plantis est solū vna anima totalis que est tota in toto:⁊ pars in parte:⁊ hec est vegetatiua: in animalibus autem imperfectis est solū vna ani ma totalis que est tota in toto ⁊ pars in parte:⁊ hec est vegetatiua:in aīalibus autem imperfectis est so lam vna aīa totalis:⁊ illa est sensitiua supplens vicē vegetatiue:que etiam extenditur ad extensionē sub iecti. Et in aīalibus perfectis sunt plures vegetatiue ⁊ vna sensitiua totalis multiplicata ad vnā partem etherogeneā. Sed in hoībus preter formas partia les vegetatiuas sunt due totales:scꝫ sensitiua multi plicata ad partes etherogeneas ⁊ itellectiua nō mul tiplicata ad aliquā partem illius indiuidui:sed bene ad omnia indiuidua speciei humane : eo ꝙ intelle

c.et.c.5.

ctus est vnus in omnibus hominibus iuxta intētio nem Aristo. et determinationem Commentatoris iij.de anima.

Primū.

Contra

predicta arguit ⁊ primo ꝙ in nullo viuente sunt plures anime particu

.primo. c.49.

lares authoritate Commenta.in libro de substantia orbis dicens ꝙ vnum subiectū habere diuersas for mas substāntiales est impossibile.et.vij.Meta. Arist. dicit ꝙ ex pluribus existētibus in actu non fit vnum per se:sed ita est ꝙ aīa quelibet dat esse in actu:quia ipsa est actus:ergo si aliquod viuens haberet plures animas diuersarū rationū:illud nō esset per se vnū: quod est falsum. ¶ Secūdo arguitur ꝙ in eodē non

Secundū Comē.4.

possunt esse plures aīe totales : quia si sic : ergo vna illarū alterā presupponeret.et per ↄñā forma substā

vel

tialis adueniēti in actu:quod est cōtra Cōmen.ij.de anima di.ꝙ forma substātialis aduenit enti in potē

.t.c.71. .t.c.pii.

tia:⁊ forma accidētalis aduenit enti in actu. Et con firmatur per Phm.j.physi.et.j.de generatione repre hendentē antiquos ponētes subiectū transmutatio nis esse ens in actu.modo ponendo multitudinē for marū substantialiū totaliū nō poterit euadere quin subiectū generationis sit ens in actu : scꝫ compositū ex materia ⁊ forma substātiali precedente. ¶ Tertio

Tertium.

arguit.alia est operatio hois inquātū aīa:⁊ alia cor poris viuentis vt sic:⁊ alia corporis vt corporis:sed ab eodē egredit operatio hois vt homo:⁊ aīalis vt aīal: et sic de aliis.ergo in eodē distincte sunt forme hois aīalis viuētis:⁊ corporis. patet ↄñā:quia diuersitas operationū arguit diuersitatē potentiarū.ij.de aīa. et.j.physi.trāsmutatio facit ferre materiā:⁊ operatio

T.c.22. T.et c.60. 62.et.65.

formam.antecedēs autem est manifestū : eo ꝙ risus procedit a forte in eo ꝙ hō:⁊ sensatio in eo ꝙ aīal:et vegetatio in eo ꝙ corpus aīatum ⁊ motus localis in

Quartū.

eo ꝙ corpus. ¶ Quarto arguitur ꝙ nulla forma tota lis potest esse in aliqua parte corporis animati:quia tunc denominaret illā partē esse aīal:sicut denomi nat totū:⁊ in quolibet aīali essent plura aīalia:qđ est distonū.vnde potest sic argui.talis pars est substan tia animata sensitiua:ergo est aīal.patet ↄña a diffi nitione ad diffinitū. ¶ Item sequitur ꝙ idem mouetur ⁊ quiescit:dato ꝙ moueat manus:⁊ quiescat pes:⁊ ꝙ idem moueat motibus cōtrariis: supposito ꝙ manus dextera moueat sursum:⁊ sinistra deorsum:immo ꝙ aliquid distat a seipso : quia vnum brachiū distat ab alio:⁊ eadem anima numero est in quolibet illorum: ergo ⁊c.

Ad primū.

Ad primū

dicitur ꝙ Cōmē.nunꝙ negauit pluralitatē formarum substan tialiū in eodē:cum ipse posuerit in mixto formas ele mentorū preter formā mixti:sed voluit ꝙ nō possunt esse plures totales inherentes ⁊ informantes : sed ꝙ plures essent totales:quarū vna inhereret:⁊ nō alte

Cōmen.3. Ad scđm.

ra:vt ipse asserit tertio de anima.de cogitatiua ⁊ in tellectiua nō habuit pro incōueniēti. ¶ Ad scđm di cit ꝙ anima intellectiua nō aduenit enti in actu sub stantiali:qꝛ eque primo aduenit corpori sensitiua et intellectiua licet ordine nature prius sit sensitiua ꝙ intellectiua. Itē dato ꝙ sensitiua ꝑcederet tēpore in tellectiuam:adhuc aduenit enti in potentia:qꝛ forma sensitiua hois dicit potentialis ad vlteriorē actū:non aūt anima intellectiua.hec ergo est differentia inter formam substantialem ⁊ accidentalē:qꝛ forma accidē talis aduenit enti in actu vltimato:forma aūt substā tialis aduenit enti in potētia:licet nō in pura poten tia. Et per istam causam reprehēdit Phs antiquos:

Ad tertiū.

qꝛ voluerūt gñationis esse subiectū in actu:⁊ nō in po tētia:qđ est falsum. ¶ Ad tertiū dꝫ ꝙ diuersitas ope rationū non arguit vniuersaliter diuersitatē forma rum substātialiū.qm̄ ab vna ⁊ eadē forma substātiali immo etiā accidētali possunt prouenire diuerse ope rationes. ¶ Ad phm respondet ꝙ nō intendit argue re distinctionē formarū substātialiū ⁊ animarū ex di

Ad quartū.

stinctione operationū:sed solū distinctionē potētia rum:vt patebit. ¶ Ad quartū dico ꝙ licet eadē anima numero sit in toto ⁊ in parte : nō tamen denominat partē aīal:sicut totum:quia oportet ꝙ illud sit per se existens qđ debet denominari animal. ¶ Et ad diffini tionē aīalis dico ꝙ est diminute assignata sed debet esse ista.aīal est per se substātia aīata sensitiua:sic ꝙ ly per se:dicat per se existētiā:nec ex hoc sequitur ꝙ illa diffinitio sit accidētalis:quia ly per se:sic sumptū di cit modū predicamēti substātie. Item ↄceditur ꝙ idē mouet ⁊ quiescit ac mouet motib⁹ cōtrariis per acci dens.per se aūt esset impossibile. Intelligēdo semper de aīa sensitiua perfecta:non tñ cōcedit ꝙ illa distet a se:eo ꝙ licet alique partes etherogenee distent a se:nō tamen intermedie:alie distant a se mediātibus quibus anima actuat partes distātes.due enim medietates animalis sunt partes etherogenee que nō ab inuicē distāt:⁊ ita nō dabit aliqua pars etherogenea: que non sit immediata alicui parti etherogenee : ⁊ idea anima illa perfecta nunꝙ a se distat:quare ⁊c.

¶ Tractatus quartus.
¶ Caput primum.

Determinatis autē his primū de omni sensu cōmuniter:de inde de vnoquoqꝫ dicam⁹ fit itaqꝫ sensus. Cū mouet atqꝫ patitur aliquid vti diximus. Nam ipse sensus alteratio quedam esse videtur

inquiunt antē quidā ⁊ a simili simile pati qđ qđē quonā pacto fieri pōt: aut nō potest ī vniuersalibus de actiōe sermonibꝰ passioneve diximus. Habet autē is locus dubitationē: ambigetqꝫ nō iniuria quispiā cur ⁊ sensuū ipsoꝝ sensus non fit ⁊ cur sine ijs que sunt extra non efficiūt sensum. Cū insit ⁊ ignis ⁊ terra ceteraqꝫ elemēta q̄ꝝ est ꝑ se sensus vel per ea que ipsis accidūt. Rr enim patet sensitiuū non esse actu sed potētia tm̄. Quapropter non sentit queadmoduʒ combustibile non vritur ipm per se sine eo quod ipsum vrere pōt. Vreret em̄ se ipsum ⁊ nō indigeret eius qui actu est ignis. At vero qm̄ sentire bifariam dicere cōsueuimus nam ⁊ id quod potentia videt ⁊ audit: videre audireqꝫ dicimus ⁊ si forte dormiat. ⁊ id identidē qđ iam operat̄ dupliciter ⁊ ipse sensus ꝑfecto dicet̄ quidam vt potentia quidā vt actu: similiter ⁊ ipsum sentire. ⁊ qđ est potentia ⁊ quod est actu. Primū igit̄ id scire oportet: nos ī quaʒ quasi sint eadem pati: moueri: ac operari. ita nunc his vti ac dicere. Motus em̄ est quidaʒ actus imperfectꝰ tm̄ vt in alijs diximꝰ. Ea vero cuncta que patiuntur: atqꝫ mouent̄ ab actiuo. ⁊ eo quod est actu patiūtur atqꝫ mouēt̄. Icciręo fit vt tū a simili sibi tū a dissimili res oīs patiat̄ vt diximus patiat̄ em̄ ea q̄ est dissimilis. at cū est passa tum similis est vt patet. Deinde distinguēdū est de potētia atqꝫ actu nūc em̄ de his ipsis simpliciter dicimꝰ. Nā est hoc pacto q̄ppiā sciēs vt si dicamus hominē esse scientē q: homo est talis suapte natura vt sit sciens atqꝫ scientiam habeat. Est etiā hoc pacto quippiā sciens vt hominē eū iam dicimus esse scientem qui geometriam atqꝫ grammaticam habet atqꝫ hoꝝ vterqꝫ nō eodem modo potest: potētieqꝫ subijcitur sed alter quideʒ ex eo quia genus ipm est tale materie sue. Alter vō ꝓpterea qꝛ cum voluerit cōtēplari: potest idipsum facere nisi quid externum forte ꝓhibeat impedimētoqꝫ fiat. At preter ipsos est iste qui iam contemplatur ⁊ est actu ꝓprieqꝫ sciens: hoc A. Ambo igitur illi primi potentia quidē sunt sciētes vt diximus verū vnus indiget alteratione ꝑ disciplinā: qua quidē nonnunq̄ etiam ex habitu cōtrario dispositioneqꝫ mutat̄. Alter hʒ quidē sensuʒ aut grāmaticā: sed indiget operatiōis: vt ex ocio tādē opationisqꝫ vacuitate agat ac opet̄: atqꝫ hic modus potētie diuersus est: vt patet ab antea dicto. At vō neqꝫ ipsuʒ pati simplex esse videt̄: sed aliud est a cōtrario corruptio quedā: aliud est salus potiꝰ eiꝰ qđ est potētia ab eo qđ est actu simileqꝫ perinde atqꝫ potētia sese hʒ ad actū. Fit em̄ cōtemplās qđ scientiaʒ habet. Quod quidē aut non est alterari. in ipsum enim fit incrementū ⁊ in actū ꝑfectionemve: aut aliud alteratiōis est genus. Quocirca nō recte se habʒ dicere ipsum sciens eum scit alterari: sicut nec edificatorē cū edificat. Quod igit̄ in actuʒ ducit ex eo quod est intelligēs potentia atqꝫ sciens id non doctrinam appellare oportet: sed aliud nomen est equum habere. At quid ex eo quod est potentia discit: accipitqꝫ scientiam ab eo quod est actu sciēs atqꝫ ab ipso docente. Id autē nō est dicendum pati ac alterari: aut duos alterationis esse modos fateamur oportet. Eam inquā mutationem que ad priuatiuas est dispositiones. ⁊ eam que est ad habitus atqꝫ naturam. Hec cum ita sint: prima quidem mutatio sensitiui ab eo quod generat fit. cum autem ortum ac generatum est: habet iam sensuʒ perinde atqꝫ scientiam: ⁊ sentire actu simile est cōtemplari. Differentia tm̄ est: nā ea q̄ actu sensū efficiunt extra sunt: ipsum inquā visibile ⁊ audibile ⁊ sensibilium cetera. Cuius causa hec est: actu nanqꝫ sensus singularium est. Scientia vero vniuersalium est: hec autē in ipsa anima quodaʒ modo sunt. Quapropter intelligere quidem cum quispiam voluerit: in ipso est sitū. Sentire aūt non collocatur in ipso. Necesse est em̄ sensibile ipm adesse: pari modo res sese habʒ: ⁊ in sciētijs sensibilium: ⁊ ob eandem vtiqꝫ causam: quia sensibilia singularia sunt ⁊ extra sicuti diximus. Sed vt de his exactius dilucidiusve dicamꝰ: dabitur nobis rursus occasio. Nunc id sit a nobis determinatum. Cum simplex inquaʒ non sit id quod dicit̄ esse potentia sed aliō qđē

sit vt puer quem militare posse dicere licet. Aliud aūt vt isce qui iam etate militariq̧ arte actus euasit: ad militandum sensitiuū similiter se habere. Atq̧ cum ipsorum differentia noīe careat. Determinatum aūt sit ipsa esse diuersa ⁊ quo pacto diuersa sunt necesse est ipso pati ac alterari tanq̄ proprijs noībus vti. Ipsum aūt sensitiuū potentia tale est q̄le iā ipsum sensibile est actu: sicuti diximus. Patit̄ igitur cum est non simile. At passum euasit. simile ⁊ est tale quale est illud.

¶ Caput secundum.

T enim de vnoquoq̧ sensu deinceps a sensibilibus cuiusq̧ ꝓficiscentes dica mꝰ oportet Atq̧ priꝰ ipsa sensibilia distinguēda esse vident̄. Sensibile itaq̧ trifariā dr̄. Sensibilium em̄ quedā ꝑ se: quedā per accidens sentiūtur. Et illorum rursus alia sunt vniuscuiusq̧ propria sensus alia cōia cunctis Atq̧ propriū id sensibile dico quod alio sensu sentiri non pōt. ⁊ circa qđ error fieri nequit. Ut color respectu visus ⁊ sonꝰ auditꝰ. ⁊ sapor gustꝰ. tactus autē plures differentias hʒ quidem. Judicat tamen de illis vt ceterorum sensuum quisq̧ de suo sensibili ⁊ nō decipit̄. Uisus em̄ nō errat eē colorē aut auditus esse sonū. sed quid sit id qđ est infectum colore vel vbi aut quid sit id quod sonat vel vbi huiuscemodi igitur sensibilia dicūtur vniuscuiusq̧ propria sensus. Cōia vero sunt hec motus. quies. numerꝰ. figura. et magnitudo. Talia nanq̧ nullius sunt propria sensus sed omnibus communia sunt. Etenim tactu motus quidam sensibilis est atq̧ visu per se igitur sensibilia hec sunt. Per accidens autem sensibile dicitur vt si albuʒ Diaris filius sit per accidens eniʒ hoc sentit quia albo quod sentit: id accidit. Quapropter et nihil ipse sensus ab huiuscemodi sensibilibus patitur vt talia sunt eorum autem que per se sentiuntur: illa sunt proprie sensibilia que propria sunt et ad que substantia vniuscuiusque sensus est apta.

¶ Caput. vj.

Irca materiam tactā in tertio argumēto ponit Arist. ij. de aīa ꝙ potētie cognoscūtur ꝑ actꝰ. ⁊ actꝰ per obiecta. ¶ Ad quorū declarationē est ꝑmo notandū ſm phm. v. meta. ꝙ cum aliqua sunt inuicem cause vt potio respectu sanitatis. ⁊ ecōtrario. nō est inconueniens quodlibet illorum altero esse prius. ⁊ hoc modo se habent actus ⁊ potentie. nam potentie sunt cause actuum in gn̄e cause efficientis ⁊ materialis. actus autem sunt cause potentiarum in genere cause finalis. qm̄ potentie ordinantur ad actus tanq̄ ad fineʒ. sunt ergo actus priores potentijs ſm naturā ⁊ non ſm esse. Et si ex hoc concluditur ꝙ idem sit notius et ignotius ſm naturā quia causa est notior causato et causatum ignotius causa ſm naturā. sed ideʒ est causa ⁊ causatū. ergo idem est notius ⁊ ignotius ſm naturam. ⁊ hoc est concedendum in diuersis generibus causarum. nā potentia vt est causa efficiens actuū est notior illis ſm naturā. vt autem actus sunt cause finales potentie sunt illis notiores etiā ſm naturam. ¶ Secundo notandū iuxta intentionem Aristo. ij. de anima. ꝙ anima primo cognoscit obiecta. ⁊ per obiecta actus. ⁊ per actus potentias. ⁊ per potentias seipsam. ex quo sequitur ꝙ quo ad nos obiecta sunt ꝓra actibus ⁊ potētijs. ⁊ non solū quo ad nos: sed etiā quo ad naturā in potentijs passiuis: que sunt potentie cognitiue. quarū obiecta concurrūt actiue ad productionem suorum actuū. ⁊ ita obiecta sunt priora suis actibus in genere cause efficientis. immo etiaʒ in genere cause finalis. quia sicut potentie ordinantur ad actus: ita actus ad obiecta tanq̄ ad finem. Item obiecta potentiarū actiuarū. s. vegetatiuarū sunt priora suis actibꝰ non solū quo ad nos: sed aliquo modo quo ad naturā nam licet huiusmodi obiecta non habeant rationē in genere cause efficientis: tamen habent rationē in genere cause finalis. vnde dr̄ primo ethicorum. ꝙ quibus preter operationem sunt aliqua operata ipsa operata sunt fines illarū operationum omnis ergo operatio transiens in exteriorem materiā: quia ex tali operatione cōstituitur aliquod operatū in re extra: opʒ operationē ipsum esse finem operis. vt domus est finis edificationis. Cum ergo potētia nutritiua ⁊ augmentatiua sint potentie actiue: et aliquid efficiunt in ipsum obiectum: tūc ipsum alimētū transmutatū ⁊ cōuersum erit finis operationuʒ dictarum potentiarum.

His premissis sit hec prima conclusio. Cognitio potentiarum dependet ex cognitiōe actuū: ⁊ cognitio actuum ex cognitione obiectorū. prima pars ꝓbatur. nam nullus ꝑcipit in planta esse potentiā vegetatiuā: nisi quia ꝑcipit illā nutriri: crescere: ⁊ sibi simile generari. modo nutritio: augmentatio ⁊ generatio dicūtur esse actus potentie vegetatiue. nemo etiā cognoscit potentiam sensitiuam in animali: nisi qr̄ apparet aīam dolere: ⁊ audire: videre: ⁊ huiusmodi: dolor: visio: auditio dicuntur esse actus ⁊ operationes potentie sensitiue. Item in hoīe non apprehendimus potentiā intellectiuā nisi per rationem: discursum: preceptū ⁊ iudiciū: q̄ dicūtur esse actus potentie intellectiue. scd̄a pars similiter declaratur: qm̄ alimentum est nobis notius q̄ nutritio vel augmentatio: nō em̄ scimus nos nutriri et augeri: nisi qr̄ nos percipimus sumere cibū. Etiā priꝰ cognoscimus sensibile q̄ sensationem: qr̄ non cognoscimus sensationem: nisi qr̄ cognoscimus colorem. ¶ Ex quibus sequitur ꝙ etiam nō percipitur intellectio: aut volutio: nisi prius intelligatur intelligibile: ⁊ appetatur volibile. ¶ Secunda conclusio. distinctio actuū arguit distinctionē potentiarū nō affirmatiue sed negatiue. Prima pars patet: qr̄ in eadem intellectu numero sunt species intelligibiles diuersarum generum ⁊ predicamentorum. Iteʒ visiua potētia hoīs ⁊ visiua equi sunt diuersaruʒ specierum: sicut anime

pma 2clo. T.c.33.

2a 2clo. T.c.22.

a quib⁹ fluunt: ꝛ visiones tamen ꝓuenientes ab eadē
albedine sunt eiusdē speciei: eo ꝙ distinctio specifica
actuū est ex distinctiōe specifica obiectoꝝ. Scḋa pars
cōclusiōis ꝓbatur. naȝ optime sequit ab a. potentia
egreditur aliquis actus: ꝛ a b. potētia nō egreditur
ille actus: nec sibi cōsimilis. ergo a ꝛ b. specifice diffe-
rūt. Item sequitur. a. operatio est vitalis: ꝛ b. opera-
tio nō est vitalis: ergo si alique potentie recipiūt a. ꝛ
b. prime sunt diuersaꝝ specieꝝ. Et isto modo conclu-
ditur potentiā visiuā ꝛ auditiuā specifice distingui: ꝛ
consequenter alias potētias tā actiuas ꝙ passiuas.
T.c.22. Istū modū arguendi intendebat phs scḋo de aia cuȝ
ꝓbauit sensitiuū ꝛ opinatiuū distingui: qꝛ opinari ꝛ
sentire distinguūtur sic arguēdo: opinari est actus in
tellectiuus: ꝛ nullū sentire est act⁹ intellectiuus: ergo
sensitiuū ꝛ opinatiuū specifice distinguunt. ¶ Tertia
3ª cōclo. cōclusio. Potentie tā seipsis ꝙ suis actib⁹ distinguū-
tur. Prima pars ptȝ: quibuscūꝙ duab⁹ potentijs da
tis ille distinguūtur: remotis omnibus alijs. Scḋa
vero pars est nota: qꝛ ex distinctiōe actuū argui m⁹
distinctionē potentiaꝝ: dicat ergo ꝙ potentie seipsis
intrinsece distinguunt: ꝛ actibus solū extrinsece diffe
4ª cōclo. runt. ¶ Quarta cōclusio. Actus seipsis intrinsece dif
ferunt ꝛ suis obiectis extrinsece differūt. prima pars
patet: quia si esset possibile manere actus sine poten
tijs ꝛ obiectis illi distinguerentur. Secunda pars est
nota: qꝛ si obiecta specifice distinguuntur necessario
actus causaliter distinguunt: vnde quicquid causali
ter concurrit ad identitatē alicui⁹: concurrit etiā ad
distinctionem eiusdem: qꝛ causa quantū dat de iden
titate tantum atribuit de distinctione: actus ergo
obiectorum actiuorum distinguuntur obiectis fina-
liter ꝛ effectiue sed actus obiectorum passiuorum di
stinguuntur obiectis tanꝙ per causam finalem ꝛ nō
effectiuam.

primum T.c.4. **Contra** predicta arguit: ꝛ primo ꝙ potentie
non cognoscuntur per actus: qꝛ potē
tie sunt priores actibus: ergo non cognoscuntur per
illos. patet ꝯña per phm. ij. meta. bi. ꝙ sicut res se ha
bet ad cognosci. antecedens aūt patet qꝛ generaliter
causa est prior suo causato. ergo. ¶ Secundo arguit
Scḋm. ꝙ actus non cognoscuntur per obiecta: qꝛ nullū sen
sibile vel intelligibile percipitur a potentia cogniti-
ua: nisi aliquis actus illius obiecti ex illius potentie
duxerit potētiā in cognitionē sensibilis vel intelligibi
lis: ergo obiecta cognoscuntur per actus: ꝛ nō econ-
tra: actus enī potest esse mediū vniēdi potētiā cū ob
iecto: ꝛ obiectū nō pōt esse mediū vniēdi actū cū potē
Tertiū tia. ¶ Tertio arguit ꝙ potentie anime nō seipsis di
stinguūtur: qꝛ sumo a ꝛ b. potētias aliquo modo con
uenientes. ¶ Et arguit sic. a. ꝛ b. cōueniūt. ergo seipsis
vel per aliquid aliud. Si per aliquid aliō ergo eadeȝ
ratione per aliquid aliud differūt: ꝛ per ꝯsequens nō
seipsis differūt: si seipsis cōueniūt: ergo seipsis nō dif
ferūt: qꝛ tunc per idem aliqua conuenirent ꝛ essent di
uersa: qḋ est impossibile. ¶ Quarto arguit ꝙ act⁹ nō
recipiunt distinctionem ab obiectis: quia duob⁹ ob-
Quartū. iectis specifice distinctis correspondet idem actus
numero ergo antecedens patet: qꝛ color ex magnitu-
do sunt obiecta specie distincta. immo etiam genere:
qꝛ magnitudo est sensibile cōmune: ꝛ color sensibile ꝓ
prium. ij. de anima: ꝛ istis ambobus vnus actus cor-
respondet: qꝛ potentia visiua vna ꝛ eadem visione vi
det colorem ꝛ magnitudinem.

Ad primum respōdet cōcedendo poten-
tias esse notiores quo ad na
Ad primū turā: sed actus sunt notiores potētijs quo ad nos: in
eo ꝙ sunt effectus: seu forme illaꝝ. In eo aūt ꝙ sunt
cause finales illaꝝ: tā quo ad nos: ꝙ quo ad naturā
actus sunt priores illis: nō quo ad esse: sed quo ad in-
tensionē. ¶ Ad scḋm dr ꝙ obiecta cognoscuntur per
Ad scḋm. actus tanꝙ per mediū formale ꝛ repñtatiuū: nō au
tem cognitiuū: actus autē cognoscuntur per obiecta
tanꝙ per mediū cognitiuū: nō autē formale ꝛ repre-
sentatiuū: sicut nō sit forma in potētia vitali: ex quo se

quitur ꝙ prius cognoscit obiectū ꝙ actus. ¶ Ad ter Ad ter
tiū dicitur ꝙ nō est incōueniēs eadē sibiipsis conue
nire ꝛ seipsis differre: ꝛ dato ꝙ per idem conuenirēt et
differrēt: necesse est ꝙ per idē differāt aliter ex aliter
sumptū: sortes enim eadem albedine differt a Platone
nigro: ꝛ conuenit cum Cesare albo. Item due albedi
nes seipsis differunt pro quanto sunt due entitates:
ꝛ duo indiuidua: ꝛ seipsis conueniunt prout sunt eius Ad quar
dem speciei: vel in ꝙtitate eiusdem speciei. ¶ Ad ꝙr
tum dicit ꝙ idē est dicere de obiectis respectu actuū
sicut est de actibus respectu potentiarum quo ad il-
lationem distinctionis: dupliciter enim ex distinctio
ne actuū concludit distinctio potentiaꝝ: primo ab ef
fectu ꝛ a posteriori sic. a. ꝛ b. actus distinguunt specie
ꝛ a egreditur a. c. nō potens egredi a. d. nec sibi cōsi-
milis ꝛ b. egredit a d. nō potens egredi a. c nec aliqꝭ
actus sibi ꝯsimilis: ergo. c. b. potentie distinguuntur
specie scḋo ex distinctione actuū concludit distinctio
potentiarum a causa finali ꝛ a priori sic. a. potētia or
dinatur finaliter in aliquē actum: ꝛ b potentia nō or
dinatur in illum nec in aliquem actum sue speciei. er
go a. ꝛ b. potentie distinguuntur specifice. Consequē
ter dicā de obiectis ꝙ distinctio illoꝝ arguit distin-
ctionē actuū dupliciter. primo a causa effectiua. isto
modo. a. ꝛ b. actus sunt ꝓducibiles a c. d. obiectis dif
ferentibus specie. ꝛ a. est producibilis a c. ꝛ non a. d.
nec aliquis sibi consimilis. ꝛ b. est ꝓducibilis a d. ꝛ nō
a c. nec aliquis sibi consimilis: ergo a. ꝛ b. specie disti
guūtur: sicut obiecta. ¶ Scḋo arguit eadē distinctio
actuum a causa finali: vt a. ordinatur in aliqḋ obie-
ctum finaliter: ꝛ b. non ordinatur in illud: nec aliquis
actus sibi consimilis: sed ordinatur in aliud obiectū
ergo. a. ꝛ. b. distinguuntur specie. ¶ Dicatur ergo ad
argumentum ꝙ distinctio obiectorū nō arguit affir
matiue distinctionē actuū: sed negatiue potest tamē
dici ꝙ distinctio obiectoꝝ imediatoꝝ: ꝛ nō subordina
toꝝ arguit distinctionē actuū. vt color. sapor. sonus
odor ꝛ hmōi modo color ꝛ magnitudo se habent im-
mediate ad visionem: sed color vt obiectū ꝓprium ꝛ
ꝓpinquum magnitudo autē vt remotū: ꝛ cōe: vt istra
videbitur quare ꝛc.

¶ Caput. vij.

Ex quo potentia ve- Primū.
ge- T.c.36. ꝛ. 37
tatiua est ceteris cōior: ꝛ potētie co-
gnoscuntur per act⁹ ideo in hoc cap.
est de actib⁹ dicendū potentie vege-
tatiue. Notādū primo fm determina-
tionē Arist. ij. de aia ꝙ aia est cau
sa ꝛ principiū corporis animati in triplici genere cāe
scȝ formalis efficientis ꝛ finalis. Primū patuit supra
eo ꝙ per animā corpus animatū habet esse simplici
ter cum sit actus primus corporis physici organici. Scḋm.
Scḋm vero ꝓbat qꝛ anima est principiū corporis vi- T.c.37.
uentis quo ad suas operatiōes in genere cause effi-
cientis: cū ois forma naturalis sit principiū effectiuū
proprij motus eius. vnde pōt sic argui: aia est causa
effectiua oim operationū que nō reperiunt nisi in cor
poribus aiatis sed moueri motu ꝓgressiuo alterari:
ꝛ fm sursum augeri: ꝛ minui per intus sumptionē vel
resolutionē: ꝛ cetera talia nō reperiunt nisi in corpo-
ribus animatis ergo oīȝ hoꝝ aia est causa effectiua.
Tertiū vero declarat sic. nā illud est finis gratia cui⁹
omnia corpora naturalia sunt: sed gratia aie omnia
corpora naturalia sunt: ergo anima est finis non so-
lum corporis viuentis sed etiā oim corporꝝ physicoꝝ
maior patet per diffinitionē finis: ꝛ minor ostendit.
nam aqua: terra: ꝛ alia inanimata dicunt alimentuȝ
anime vegetatiue: ꝛ ordinātur ad plantas. plante ve
ro ꝛ alia vegetatiua sunt cibus aialium: ꝛ ordinātur
ad illa oia aūt hec ordinantur ad hoiem: ꝛ homo est
quodāmodo finis oim. ¶ Secundo notanduȝ iuxta
intentionē Arist. scḋo de aia ꝙ sicut alteratio est du-
plex scȝ perfectiua que fit sine obiectione contrarij: ꝛ
sine dispositione ad corruptionem: vt mediū illumi-

gatio: et altera corruptiua que abijcit contrarium vel
disponit ad corruptionẽ: vt calefactio: frigefactio in
ter ignem et aquam: et hec dicitur proprie alteratio: Ita
augmentatio dupliciter sumitur scz cõiter et proprie.
Augmentatio cõiter dicta est preexistenti quantitati ad
ditio: vel addiamentũ: Fm quẽ modũ augmẽtantur
inanimata et artificiata: nam ex additiõe lapidis ad
parietem dicimus parietem augeri. Sed augmen-
tatio proprie dicta est maioratio per intus sumptionẽ
alimenti. Et sic nihil augetur nisi animatũ vnde di-
cit phs ibidẽ. q nihil augmentatur physice scz proprie
vel naturaliter: nisi quod alitur.

T.c.37. 2a ccio. T.c.39. **His premissis** pono quatuor cõclusio
nes cum suis probatio
nibus Aristo. scdo de anima: quarum prima est ista.
Augmẽtatio proprie dicta: vel nutritio nõ est ex neces
sitate materie: sz ex necessitate forme. ptz ex quo for-
ma est pricipiũ effectiuũ nutritiõis et augmẽtatiõis.
Unde arguit phs sic: aut elementa in aucto detinent
quando nutrimentũ conuertit in naturam aliti: et in
maiores partes quam sit deperditum: aut non detinent
si detinẽtur et non nisi ab aia quod aia est cã nutritionis
et augmentationis: si non detinentur. ergo elementa
subito dissoluantur: et ad loca contraria mouentur: et
T.c.36. et cõcls. si sic impossibilis est augmentatio vel nutritio. Com-
men. autem probat istos motus esse ab anima: eo q
alimentum mouetur ad omnem differentiam posi-
tionis quod a nullo posset fieri elementorum. ¶ Se
cunda conclusio. Anima est causa pricipalis augmẽ-
tationis et nutritionis. et ignis solum est causa instru
mentalis: probatur. actio est magis attribuẽda for-
me quam materie: qz forma est magis natura: et etiã sub
iecta quam materia: vt patet scdo phy. sed anima cõpa-
ratur ad ignem et ad alia elementa virtualiter existẽ
tia in mixto sicut forma ad materiam: quoniam ele-
menta ordinantur ad aiam: et non ecõtra. ergo actio
nutritionis vel augmentationis corporis animati
magis est attribuenda anime quam igni: vel alteri ele-
mentorũ q autẽ ignis formaliter vel virtualiter con
currat: vt causa nutritiõis vel augmẽtatiõis decla-
ratur: quoniam necesse est omne alimentũ decoqui: sed deco-
ctio non fit per ignẽ formaliter vel virtualiter: cũ er-
go nõ possit fieri nutritio vel augmẽtatio nisi alimẽ
tum decoquatur: opz ignem saltem virtualiter con-
currere. ¶ Tertia cõclusio generare sibi simile est in
3a ccio. viuentibus operatio naturalior quam sentire. Fm locuz
moueri: vel intelligere. probatur. nam sicut potẽtia ve
getatiua dr naturalior alijs: qz cõmunior: ita gñatio
est alijs naturalior: qz cõmunior: cõperit eni omnibus
plantis et oibus aialibus pfectis: nõ orbatis nec genitis
per putrefactionem: nec sentire vel intelligere: et Fm locũ
moueri nullis plantis conuenit nec omnibus anima
libus: pot ergo quelibet plãta et quodlibet aial gñare
sibi simile: dũmodo habeat tres conditiones. primo
q sit perfectum quantum ad tempus ideo pueri non ge
nerant. scdo debet esse non orbatũ. i. nõ diminutũ ali
4a cõcls. i quo membro occasionali ad generationẽ. tertio non
debet esse genitũ per putrefactionez: qz animalia sic
genita non generant. ¶ Quarta cõclusio. Causa fina
lis generatiõis est participatio immortalitatis et diui
ni esse probatur. Illud est finis generationis quod om-
nia appetunt: et ex cuius gratia omnia naturalia agũt
sed oia imortalitatẽ appetunt: et vt habeãt diuinũ esse
oia naturalia agunt. ergo. ptz zña cũ maiori ex diffi-
nitione finis. Et minor declaratur. nam omnia natu
ralia appetũt donũ eis posse: quanto est magis bonũ il
T.c.32.2.&.3.4. lud magis appetũt et gra illius agũt: sz imortalitas: et eẽ
diuinũ est possibile oia naturalia participare: et si nõ
indiuidualiter: tamen Fm spẽm quoniam appetitus natu-
ralis non est frustra primo celi ergo vnde Cõmenta.
ibidem. Uirtus generatiua existit in viuo: vt gñabi
le et corruptibile cõmunicet cũ sempiterno Fm suum
posse solicitatio eni diuina cũ nõ potuit facere per-
manere ipsum Fm indiuiduũ misertã est ei dãdo vir
tutẽ qua posset permanere in specie. ¶ Ex dictis in-

fert phs q gñatio simpliciter dicta a nutritiõe et augmẽ
tatione realiter est distincta. ptz. qz omne quod nutrit
vel augetur est cã effectiua sue nutritiõis et augmen
tatiõis: sed nihil quod nutrit vel auget est cã effectiua
sue gñationis. ergo maior est nota. minor probat du-
pliciter. primo qz omne quod augetur vel nutrit est: vel
fuit substãtia: et illud quod gñatur nõ est vel nõ fuit sub-
stãtia. scdo qz nihil gñat seipsuz: sz bene nutrit et aug
mentat seipsum: eo q inter generans et genitum ne-
cessario est distinctio realis.

Contra predicta arguit: primo q necessitas nu primum;
tritiõis: vel augmẽtatiõis fit ex par
te mãe: qz nutritio est restauratio deperditi: et augmẽ-
tatio est maioratio in maiores partes integrales quan-
titatiuas: sed deperditũ dicit mãm: et similr pars quantitati
ua: vel integralis qz ex his fit totuz: ergo nutritio et Scdm;
augmẽtatio sunt pncipalr propter mãm. ¶ Scdo ar-
guit q nõ oẽ proprie augmẽtabile vel nutribile est aia
tum: qz embrio proprie augetur: et nõ est aiatũ: ergo mior
probat. nã si embrio viuit: et nõ nisi aia vegetatiua er-
go embrio est plãta. zñs est falsum: cũ nõ habeat ra-
mos nec radices. Itẽ ponit Cõmẽ. ij. de aia illud pro- Cõ. 39.
prie augeri quod mouet ad oem driam positiõis. mo-
do elemẽta quando rare fiunt mouent ad oẽm driam po-
sitionis. ergo proprie augent. et tñ non sunt animata.
¶ Tertio arguit q aliquod elemẽtorum est cã pricipalis
nutritiõis et augmẽtatiõis: et nõ aia: qz aliter sequere tertium;
tur q nutritio et augmentatio sunt mutationes vio-
lẽte quod est cõtra phm. iiij. de gñatiõe: et probat zña: nam T.c.34.
nutritio et augmẽtatio: nisi fierẽt rõne elemẽtorum scz
q pars grauis descẽderet: et leuis ascẽderet: tũc nutri
tio et augmẽtatio fierẽt per motũ attractiõis mẽbrorũ
modo talis motus est violẽtus. viij. phy. ¶ Quarto ar T.c.12.
guit q gñatio sibi in specie nõ est in viuentibus opera Quartum
tio naturalior: qz nutritio est naturalior: cũ sit cõtra
sensatio vel itellectio est naturalior: cum sit nobilior:
eo q natura est magis sollicita circa nobiliora quam cir
ca viliora.

Ad primum dr q bene probat nutritionẽ Ad pmũ;
esse propter materiã de neces
sitate: sed nõ pncipaliter. vñ cũ qrit. propter quid fit nu-
tritio. rñdet dupliciter. pmo propter restaurationẽ de
perditi. ij. propter pseruationẽ viuẽtis: et qz pmũ ordi-
nat in scdm. io pncipalius nutritio fit propter finẽ et for-
mam quam propter mãm. Itẽ si qrit propter quid fit augmẽ-
tatio. Rñdet duplr. pmo propter maioratiõnẽ in maio
res partes quam fuerit deperditũ: et hoc dicit cũm materia
lẽ. scdo propter pfectionẽ operationũ vitaliũ: et hoc di-
cit formã et finẽ: qz ergo pmũ ordinat in scdm. io aug Ad scdm;
mẽtatio pncipalius fit propter formã vel propter finem
quam propter materiã. ¶ Ad scdm dr negando zñam. ossa
eni et nerui viuunt vita plante. s. aia vegetatiua: et in
tãm sunt plãte: qz sunt potẽtialia ad formã alterius ge-
neris. plãte aũt nõ sunt potẽtiales ad aliquã formã
vltra ambitũ vegetatiuorum. ¶ Et ad Cõmẽ. dr q ipse
vult illud proprie augeri quod per se mouet ad oẽm driaz
positiõis: mõ si elemẽta mouẽtur ad oẽm driam po-
sitiõis hoc est per accidẽs propter rarefactionẽ. ¶ Ad Ad tertiũ;
tertiũ negat zña. Et ad probationẽ rñdet q nõ qlibet
motus attractionis est motus violẽtus. ¶ Ad phũm dr
q ipse loquit de motu in quo passum nõ cõfert vim:
mõ materia alimẽti cõfert vim et inclinationẽ ad illũ
motũ: vt alias declaraui. ¶ Ad quartũ dr q nutritio Ad quartum
rõne cõitatis est naturalior quam sit gñatio: sed rõne di-
gnitatis gñatio est naturalior. similr gñatio rõne cõita
tis est naturalior sensatione et intellectiõe: et ecõtra au
tem rõne dignitatis. ¶ Sed forte arguit sic. gñatio
ordinat in formã substãtialẽ: et nõ intellectio vel sensa Dubium;
tio. ergo gñatio est dignior intellectione et sensatio-
ne. ptz zña qz motus capit denominationẽ a termi-
no ad quẽ. v. phy. ¶ Rñdetur q sicut nobilitas motus
recti hz attendi penes terminũ ad quẽ. qz per illũ mo
tum aliquod absolutũ acqrit: et nobilitas motus circula
ris hz attendi penes nobilitatẽ subiecti: qz per illum

nõ acq̄rit aliqđ absolutũ: sed respectiuũ: ⁊ ex hoc motus celi ē nobilior motib⁹ elemētorũ: ita nobilitas nutritionis ⁊ augmētatiōis ⁊ gñatiōis hʒ attēdi penes nobilitatē termini ad quē: q2 per quālibet illarũ nutritionũ acquirit aliqđ absolutũ. nobilitas aũt sensatiōis ⁊ itellectiōis: q2 p talē nullũ absolutũ acq̄rit. attēdit solũ penes nobilitatē subiecti vł obiecti. Et iõ q̄uis per gñationē entitas nobilior acq̄rat q̄ per intellectionē: nõ tñ est nobilior: q2 nõ hʒ nobili⁹ obiectũ seu subiectũ. econtra aũt q2 sensatio et intellectio in nobiliori subiecto fundant: ⁊ habent nobilius obiectum. ideo sunt ille nobiliores. potest tamē dici breuiter q̄ termin⁹ gñationis est substātia genita: ⁊ terminus sensationis est substātia sentiēs: ⁊ intellectionis est substātia intelligēs: q2 nobilior est substantia itelligens q̄ substantia sentiens ⁊ substantia genita vt sumitur ⁊c.

Capitulum.viii.

Primũ — De obiecto potētie vegetatiue sequit iã inq̄rere. Et iõ notādũ p̄mo q̄ aliqđ est expediēs idiuiduo: ⁊ aliqđ est spēi alimētũ em̄ q̄tũ ad illđ qđ cõuertit in alitũ ordinat naturalr p cõseruatiõe indiuidui: sed illud qđ trāsit i semē ordinat p cõseruatiõe spēi semen ergo est supfluũ indiuiduo in quo est: sʒ nõ ē superfluũ spēi. ad cui⁹ cõseruatiõnē ordinat: q2 semē nõ ordinat ad gñatiõnē ei⁹ in quo est: sed ad gñationem silis in spē. Ex quib⁹ seq̄t p̄mo q̄ nõ ex eadē parte nutrimenti fit nutritio ⁊ gñatio: q2 nutritio fit ex ea
3 parte alimēti: q̄ cõuertit in naturaʒ aliti: ⁊ gñatio fit ex superfluo alimēti. Scđo sequit q̄ p nutritionē indiuiduũ saluat in esse indiuiduali: ⁊ per gñationē in esse specifico: q2 p nutritionē restaurat deꝑditũ: ⁊ per gñationem p̄ducit sile in spē. Tertio seq̄tur q̄ q̄n viuēs sumit cibũ vel potũ: ⁊ plus cõuertit q̄ fuit deꝑditũ: ⁊ auctũ tale cõuersum appellat supfluũ. pʒ q2 superfluit nutritiõi ⁊ augmētatiõi.
4 Quarto seq̄tur q̄ si tale supfluũ nõ hʒ viã exitus ⁊ expulsiõis ꝯuertit i materiã venenosam ⁊ putridã: q2 qđ nõ põt cõuerti i mēbrũ opʒ q̄ putrefiat.

Secundum a.t.c.43. in finem. — Scđo notãdũ q̄ alimētum debet habere q̄tuor cõditiões. Prima est dissimilitudo ⁊ contrarietas in p̄ncipio eo q̄ inuicē agũt alitũ ⁊ alimentũ. Scđa conditio est silitudo ⁊ vnio in fine: eo q̄ in fine cõuersum est alimētũ in naturam aliti. Tertia cõditio est remissio qualitatũ p̄imarũ: q2 cibus nõ dʒ habere q̄litates multum intensas. ideo elementũ nõ põt nutrire: opʒ em̄ calorē naturalem obtinere supra alimētũ. Quarta cõditio est debita p̄portio ⁊ cõmēsuratio nutrimēti ad nutritũ. Ita q̄ habētia calorē naturalē debilē req̄rũt decoctionē cibi vt facilius digerat. Istis q̄tuor cõditiõib⁹ alimēti correspõdēt q̄tuor p̄prietates aliti: s̄m q̄ habet in libello de dr̄ia spũs ⁊ aīe. s. attractiua: retētiua: digestiua ⁊ expulsiua. nã nullũ mēbrũ nostri corporis põt notabili t̄pe permanere sine nutrimēto. requiritur ergo q̄ nutritiua in ea habeat virtutem attractiuã que possit intus attrahere alimentum: ⁊ q2 alimētum ratiõe sue grauitatis posset moueri a loco nutritionis. ideo exigit potentiam nutritiuã habere virtutē retētiuã alimenti in loco alteratiõis: ⁊ q2 nutrimentũ non potest cõuerti in substātiam nutriti sine digestione expedit ponere in mēbro virtutē digestiuã: ⁊ q2 in qualibet digestione sequestratur nociuum a iuuatiuo requiritur q̄ in eodē mēbro sit virtus expulsiua sequestrans nociuum a iuuatiuo.

1a ꝯclusio. — His premissis pono quatuor cõclusiones Arist. ij. de aīa quarũ p̄ma ē ista. Alimētũ ē obiectũ potētie vegetatiue ⁊ p se ordinat ad aīatũ. prima pars pʒ eo q̄ p alimētũ potētia vegetatiua separatur ab alia potētia: vt pʒ inductiue: mõ ex distinctiõe obiectorũ arguim⁹ distinctionē actuum ⁊ potētiarum. Scđa pars declarat ex eo: q2 solum corpus aīatuʒ p se nutritur: dicit enim Cõmen. ibidem q̄ corpus nõ nutritur nisi s̄m q̄ habet aīam: nõ s̄m q̄ ē corpus. si em̄ corp⁹ nutrireť s̄m q̄ corpus: ⁊ cum reduplicatio reduplicet de omni: seq̄tur q̄ tunc oē corpus nutriretur: qđ est falsum.

2a cõcl. — Secũda cõclusio. Licet alimentũ sit ꝯtrariũ alito: nõ tñ omne ꝯtrariũ suo ꝯtrario est alimētũ. Prima ps pʒ: q2 nihil corrũpitur nisi a suo cõtrario: sʒ alimētũ corrũpit ab alito ergo est cõtrariũ alito.

T.c.34. — Scđa ps etiã p̄batur. q̄m nihil põt esse alimētũ alicuius: nisi sit augmētatiuũ eiusdē: sʒ non oē cõtrariũ est augmētatiuũ sui cõtrarij. ergo nõ oē cõtrariũ. a suo ꝯtrario est alimētũ maior pʒ. q2 nutritio seq̄tur augm̄tationē. ⁊ eʒ vbicũ q̄ est nutritio ibi ē augmētatio possibilis: ⁊ ecõtra: minor declarat. nam sanitas ⁊ egritudo sunt ꝯtraria: et q̄libet illarũ fit ex aliqua rõne ꝯtrarietatis: tñ sanitas nõ est augmentatiua egritudinis: ⁊ econtra.

Tertia cõclusio. T.c.44. ⁊.45. — Tertia cõclusio. Alimentũ ⁊ alitũ nõ inuicem cõparantur eq̄liter: p̄batur. nã alimētũ talr ꝯparatur alito q̄ nutrit alitũ: sed alitũ talr ꝯparat alimēto q̄ non nutrit ip̄m: sed potius corrũpit. ergo aña pʒ in singulis aīatis: in q̄bus reperitur nutritio p̄prie dicta: in elemētis aũt in q̄b⁹ nõ reperitur nutritio p̄prie dicta idē apparet: q̄m aq̄ talr ꝯparatur ad ignē q̄ est alimētũ eius: q2 ex additiõe moderate aq̄ ad ignem fortificatur et intēditur ignis. ecõtra aũt ignis nõ põt eē nutrimentũ aq̄.

Quarta cõclusio. — Quarta cõclusio. Alitũ ⁊ alimētũ aliq̄n sunt silia: ⁊ q̄nq̄ dissimilia. pʒ: q2 in p̄ncipio sunt dissimilia ⁊ cõtraria. ex quo alitũ agit in alimētũ: in fine aũt sũt silia: q2 tunc cõuersũ est alimētũ in naturã aliti. vñ dicit Arist. ij. de aīa. q̄ duplex est alimentũ. s. crudũ qđ

T.c.41. — primo aduenit stomaco: vel p̄portionabile: ⁊ alimētũ coctũ qđ est alteratũ: ⁊ vltimo redactũ in naturã aliti p̄imũ alimentũ est dissimile ⁊ cõtrariũ alito: s̄m aũt est sile illi: q2 p alterationē factã est silis nature. Commē. aũt dicit q̄ p̄imũ alimētũ est alimētũ in potētia: et scđm est alimētũ in actu. Ex p̄dictis infert Arist. correlarie: q̄ augmentatio ⁊ nutritio sunt actus realr distincti: q2 ois nutritio saluat substātiam indiuidui aliti: sed non oīs augmētatio saluat ip̄am: imo multotiēs p ip̄am corrũpitur.

Primũ — Contra p̄dicta ar̄ ⁊ p̄mo q̄ alimentum nõ est obiectum potētie vegetatiue: q2 cum idem alimentũ nũero sit nutritiuũ: augmētatiuũ: et generatiuũ seq̄tur augmētationē: nutritionē: ⁊ gñationē nõ iuicē distingui: ⁊ ꝯñs q̄ nõ dĩnt potētia nutritiua ⁊ potētia augmētatiua: ⁊ potētia gñatiua: ꝯñs est falsũ p vtraq̄ p̄te: pʒ ꝯña: q2 act⁹ ⁊ potētie distinguũt p obiecta.

Secũdũ — Scđo ar̄ q̄ alimētũ nũq̄ assimilatur alito: q2 nutritio est impossibilis: ergo: antecedens patʒ nam si nutritio est possi: hoc est p aduētũ alicui⁹ corporis ab extrinseco: sed hoc est falsuʒ: q2 tale corpus aũt recipitur in pleno aut in vacuo. Nõ in pleno: q2 eēt penetratio dimensionũ: nec in vacuo: q2 illud abhorret natura. Itē talis nutritio eēt subita vel successiua nõ subita: q2 durat p totam vitã: nec successiua: q2 est ꝯuersio alimēti in naturã aliti: mõ talis ꝯuersio fit subito. Itē talis nutritio eēt nãlis vel violēta: non nãlis: q2 graue ascēdit.

Tertiũ — Tertio ar̄ q̄ nutritio ⁊ augmentatio nõ dĩnt: q2 idētificãtur gñationi. iõ idētificãt inter se. aña pʒ. eo q̄ gñatio est p̄gressus de nõ eē ad esse p Arist. in post p̄dicamētis sed tã nutritio q̄ augmētatio est etiã p̄gressus de nõ eē ad esse ⁊c. Et ꝯfirmat: nã ois ꝯuersio alicuius in nouã subaʒ ē gñatio: sʒ nutritio est ꝯuersio alicui⁹ in nouã subam ⁊c.

Quartũ — Quarto ar̄ q̄ nutritiua potētia nõ dĩt a gñatiua ⁊ augmentatiua: q2 ois potētia p̄ductiua sube ē gñatiua: sed nutritiua est hmõi: ergo pʒ ꝯña cũ minori: maior aũt pʒ p diffinitionē potētie gñatiue. Itē ois potētia q̄ ꝯuertit alimētũ in naturã aliti ē nutritiua: sed augmentatiua est hmõi ⁊c. patet ꝯña cũ maiori: minor etiã pʒ: q2 augmētatiua ꝯuertit alimētũ in maiores partes q̄ fuit deꝑditũ. Item phs. ij. de aīa di. q̄ eadē est potentia vegetatiua ⁊ generatiua.

primū. **Ad primū** dicit̄ q̄ idē alimentū materiali-
ter sumptū est obiectū oīm po-
tentiarū anime vegetabilis:sz nō formaliter: obiectū
eñ formale potētie nutritiue ē alimētū:vt nutritiuū:
et potētie augmētatiue formale obiectū est alimētū
vt augmentatiuū:ꝛ gñatiue formale obiectum est ali
mentum vt gñatiuū:sz certū est q̄ alimētum vt nutri
tiuū non est alimētum vt augmentatiuū:nec vt gene
ratiuum:nec ecōtra:q: formale obiectū vnius nō est
formale obiectū alterius. Alimentū ergo vt sic est ob
iectum potentie vegetatiue spāliū aūt potētiarum
est obiectū alimētū cōtractum. Et per hoc est rñsum
ad rōnem:q: non oportet actua distingui penes ma-
terialē diuisionē obiectoꝝ:sed sufficit q̄ penes forma
lem. vñ scia ꝛ opinio de triāgulo realiter distinguūt
et tñ idem est obiectū materiale:scʒ triāgulus:nō aūt
formale:eo q̄ triāgulus aliter ꝯsideratur vt obijcit
secūdū opinioni:ꝛ aliter, vt sciētie obijcitur. ¶ Ad scḋm dicit̄
q̄ alimētum aduenlēs alito recipitur in pleno, nō tñ
est penetratio dimēsionū q: corpora subtilia replētia
poros expellunt̄ per aduētum nutrimēti. Itē dicit̄ q̄
nutritio quo ad alterationē quā includit fit successi-
ue:sz quo ad ꝯuersionē alimēti fit subito:ꝛ ꝯsr cōce
do q̄ nutritio est mutatio naturalis nec est inconue-
niēs graue ascendere:dūmodo passum cōferat vim:
tertiū sicut in proposito. ¶ Ad tertiū cōcedo q̄ nutritio ꝛ au
gmētatio est generatio cōiter dicta ꝛ sic eam diffinit
Aristo. in post predicamētis sz augmētatio nō est ge
neratio simpliciter dicta. ¶ Et ad cōfirmationē dicit̄
q̄ nutritio est generatio simpliciter dicta cōiuncta: sz
nō disiuncta:qua generat̄ simile:de qua loquit̄ Phs.
ad q̄rtū. ¶ Ad quartū dicit̄ q̄ in corpore viuēte est duplex po
tētia generatiua:scʒ cōiūcta:ꝛ disiūcta:potētia nutri
tiua nō est potētia generatiua disiuncta:scʒ qua pōt
ꝓducere indiuiduū sepatū:sz est potētia generatiua
cōiūcta q̄ generat vniuocū generāti. Itē nego q̄ au-
gmētatiua cōuertit nutrimētū in maiores partes q̄̄
sit deperditum:q: nutritiua facit̄ illud. augmētatiua
aūt hʒ extēdere mēbra:et ꝑcipere nutritiue vt mittat
alimentū ꝯuersum ad illa mēbra. Et ad pḣm ꝯcedit̄
q̄ vegetatiua ꝛ generatiua sunt idē sicut genꝰ ꝛ spēa:
nō tñ idētificāt̄:scʒ nutritiua ꝛ generatiua. Itē ꝯcedo
q̄ nutritiua ꝛ generatiua ꝯiuncte sunt idem in nume
ro sic q̄ vna est alia. Item concedo q̄ augmentatiua
ꝛ nutritiua ac generatiua siue sint cōiuncta:siue sint
disiuncta sunt idem numero subiectiue:sed idētice:
quia fundantur in eodem subiecto:et vna nō est alia:
et sic loquitur Phs. v. Meta. di. Illa sunt idem nume
ro quorum materia est eadem.

¶ Caput. ix.

primum: **Quod alimentū** quo fit nu
tritio aug
mētatio ꝛ generatio viuētis principaliꝰ
subijciatur anime q̄̄ igni vel alteri ele-
mentorum declarat Aristo. ij. de anima
ex eo quia anima terminatur magni-
tudine ꝛ augmento:non autem ignis:eo q̄ ignis au-
getur in infinituʒ si sibi addat̄ cōbustibile in infinitū
nō aūt viuēs augeret̄ vltra determinatā q̄̄titatē q̄̄-
tūcūq̄ adderet̄ sibi alimētū. ¶ Et iō ad horū declara
tionē est notādū pmo q̄ formarū q̄dā est hōgenea ꝛ q̄
dā est etherogenea. Forma hōgenea est illa:cuius q̄li
bet ps dat denoīationē totiꝰ vt forma carnis ꝛ ignis.
nā q̄libʒ ps q̄̄titatiua ignis est ignis:ꝛ q̄libet ps inte
gralis carnis est caro. Forma aūt etherogenea est il-
la cuiꝰ nō quelibet pars dat denominationē totiꝰ:vt
forma eq̄ vel asini:q: vna pars q̄̄titatiua equi nō est
equus:nec aliqua integralis asini est asinꝰ: licet eñ q̄
libet forma sit eiusdē rōnis per totum tñ dicitur ho-
mogenea vel etherogenea ratiōe denominatiōis to
secundū tius ꝛ suarū partium. ¶ Secundo notandum q̄ cor-
porum quedā determinant sibi q̄̄titatē in magnitu-
dine et paruitate inclusiue. vt corpora super celestia:
quia aliquod celum est quod non potest esse maius:ꝛ
aliquod celū est quod non potest esse minus. Aliqua
vero determinant sibi quātitatem in magnitudine ꝛ
paruitate exclusiue:vt corpora aīata fm denoīatiōes
specificas. Est eñ aliq̄ q̄̄titas sub q̄ nō pōt esse hō rō
ne sue magnitudinis:ꝛ aliqua sub qua nō pōt esse ra-
tione sue paruitatis ꝛ sub qualibet media inter illas
assiguatas pōt esse hō:similiter est dicendū de equo:
boue:ꝛ aliīs. Alia vero sunt corpora que nō determi-
nāt sibi q̄̄titatem in magnitudine vel in paruitate:
vt elementa ꝛ mixta inanimata:quocūq̄ eñ igne da
to:pōt dari maior:ꝛ simil'r maior rōne sui:q̄ aūt ignis
in sphera suaꝰ nō possit sensibil'r maiorari:nec aliq̄s
pōt esse primo maior:hoc est extrinsece rōne cōtinen-
tia:ꝛ ex determinatione natureꝰ cōmunia. Et ideo di T.c.41.
cit Aristo. q̄ ignis augeret̄ in infinitū si sibi adderet̄
cōbustibile in infinitum:non autem corpora anima-
ta:quantuncunq̄ adderetur alimentum.

His premissis sit hec prima conclusio. Pria ꝯclo
Non est dare minimaʒ
q̄̄titatē sub qua pōt generari vel manere forma cor-
ruptibilis homogenea vel etherogēnea: prima pars
patet:qm̄ quacunq̄ q̄̄titate data sub qua generatur
forma mixti vel elemēti viuentis:aut nō viuētis sub
minori q̄̄titate potuit illa forma generari:eo q̄ ma-
teria illius q̄̄titatis non est ita bene disposita ꝓ rece
ptiōe illius forme:quin meliꝰ potuit disponi. Sicut
nullū agens naturale ita bene applicatur suo passo
quin melius possit applicari. ergo sub q̄̄titate mino-
ri melius disposita q̄̄ sit ista potuit hec forma gene-
rari. Sicut eñ non datur distātia pedalis:quā in ali
quo tpe aliq̄s pōt pertrāsire:quin etiā possit eandē in
minori tpe pertrāsire velociori motu:ita in proposito
secunda pars cōclusionis patet ex priori:et ex alio:q:
tunc daretur vltimū instans rei permanentis fm se
tatum:quod est impossibile: q: si est dare minimam
q̄̄titatem in qua pōt manere forma genita applice-
tur vnū agens condensans aut diminuens illam q̄̄ti
tatem:ꝛ habetur intentum. ¶ Secūda conclusio. Nō Scḋa con clusio.
est dare maximam q̄̄titateʒ sub qua potest gñari vel
manere aliqua forma naturalis generabilis vel cor-
ruptibilis: prima pars patet. qm̄ quacunq̄ q̄̄titate
data sub qua potest generari aliqua forma natura-
lis:sub maiori etiā pōt gñari:q: agens naturale non
ita male applicat̄ suo passo:quin adhuc peius pōt ap
plicari:ꝛ quacūq̄ materia data nō est ita male dispo
sita quin peius possit disponi. ergo sub maiori q̄̄tita
te peius disposita pōt forma signata generari. Sicut
eñ pedalē distantiā non potes in aliquo tpe pertrā-
sire q̄n eandē in maiori tpe motu tardiori potes per
transire:ita in ꝓposito. secūda vero pars sequitur ex
priori:ꝛ per maxime:q: dato opposito esset dare vlti-
mum rei permanentis applicando illi materie agēs
augmentans vel rarefaciens. ¶ Tertia cōclusio. Est Tertia ꝯclusio.
dare minimam q̄̄titatem sub qua non potest genera
ri vel manere totalis forma homogenea:vel ethero-
genea. Ista cōclusio pʒ:q: sub aliqua q̄̄titate pōt gña
ri ꝛ manere forma hois vel equi:ꝛ sub aliqua nō:rōne
magnitudinis:ergo est dare maximā sub q̄. pōt:vel
minimā sub q̄ nō pōt:sed nō est dare maximam sub q̄
pōt ꝑ scḋam ꝯclusionē. ergo est dare minimā sub q̄ nō
pōt. Idē etiā dico de formis elemētorum ꝛ mixtorū et
aīatoruʒ. Et natāter dr forma totalis:q: quacūq̄ ma
teria vel q̄̄titate data sub qua potest gñari vel mane
re aliqua forma gñabilis ꝛ corruptibilis:sub minori
illa gñari potest ꝛ manere in infinitum: minor forma Quarta ꝯclusio.
eiusdem speciei. ¶ Quarta conclusio. Est dare maxi-
mam q̄̄titatē sub qua nō potest generari vel manere
forma totalis hōgenea vel etherogenea. pʒ:q: sub aliq̄
q̄̄titate pōt gñari vel manere totalis forma:ꝛ sub ali
qua non. rōne sue puitatis. ergo est dare minimā sub
qua nō pōt:sed nō est dare minimā sub qua pōt ꝑ pri T.c.50.
mā cōclusionē. ergo datur maxima sub qua non pōt:
Idē imaginor de forma ignis ꝛ aliorū inanimatorū:
q: nō datur minimus ignis:nec minima caro q: tunc
daret̄ vltimū instās illius imo per solā diuisionē sine
alteratione preuia talia possent corrūpi:quod est cō-

phy. ph. 36. T. c. 38. 6. phy. p. 7. phy. 2.

tra determinationē Arist. in pmo de gñatiõe. Itē nõ quocũqʒ igne dato põt dari minor in infinitũ p se existens. ẜm Cõmē. 1. t. vj. t. vij. physic. sed bene quocũqʒ igne dato põt dari minor per se exñs vsqʒ ad q̃titatē certã exclusiue sub qua põt esse ignis per se exñs: nec sub aliq̃ minori q̃titate sed bene sub quacũqʒ maiori certã q̃titate designatam terminãte exclusiue i alio extremo ratione magnitudinis.

Primū.

Contra p̃dicta argr̃. ⁊ primo q̧ est dare maximã q̃titatem sub qua põt manere forma naturalis. q̧ capiatur tota q̃titas sub qua est forma totius elemẽti ignis. ⁊ p3 q̧ sub maiori q̃titate non potest esse forma ignis: qm̃ esset penetratio dimensionũ aut latera celi plus distarent: quod est impossibile. Idem arguitur de formis aliorum elemẽtorũ: q̧ quelibet earũ habet q̃titatē: qua non potest habere maiorē.

Secūm.

¶ Secundo arguitur sic. est dare maximam q̃titatem sub qua põt esse homo ergo. añs probatur. ⁊ sit a. maxima q̃titas sub qua non potest esse homo. ⁊ b. q̃titas minima sub qua ratione sue magnitudinis non potest esse homo ⁊ sit sor. sub q̃titate media. Argr̃ sic. sub qualibet q̃titate inter a. ⁊ b. põt sor. esse. ergo sor. poterit augeri vsqʒ ad b. ponat̃ ergo q̧ sor. augebitur vsqʒ ad b. ⁊ sequitur q̧ sor. erit sub b. quia nunq̃ tantum augebitur quin plus sensibiliter poterit augeri ⁊ nunq̃ poterit habere maiorē q̃titatē b. Cõsimiliter põt argui: q̧ per diminutionē poterit habere q̃titatē a. nullã minorē.

B

A

Tertiū.

¶ Tertio arguitur q̧ est dare minimũ naturale: ponẽdo q̧ ignis summus agat in aquã assimulando sibi eam in hora tunc forma substãtialis: aut gñabitur subito: aut successiue. non est dicendũ q̧ successiue. q̧ tũc ad illã esset per se motus. qđ est cõtra ph̃m in. v. phy. ergo generabitur subito. ⁊ per cõsequens ignis genitus pro illo instanti erit minimum possibile in specie ignis: q̧ generabitur ab igne summe agente scđm vltimum sui posse.

T. c. 8.

Quartum T. c. 36. 37. t. 38 T. c. 37. T. c. 41. Com. 32. Cõ. 2.

¶ Quarto argr̃ ex intentione Arist. primo physi. di. q̧ est dare minimã carnē: ⁊ scđo de gen. q̧ ex vno minimo aque generant̃ decem minima aeris et scđo de aĩa. oĩm naturaliũ constantiũ terminata est rõ magnitudinis ⁊ augmẽti. Itē Cõmē. vj. phy. dicit q̧ minimum de omni gñatio est terminate q̃titatis s. minima pars: que põt esse ignis in aliquo. Et iterũ. vij. phy. dicit q̧ primum motum in igne est pars minima: q̄ põt esse in actu ignis. ⁊ ita patz q̧ est dare minimũ quo minus dari non potest.

Ad primū.

Ad primū dr̃ q̧ non est maxima q̃titas sub qua potest esse forma ignis: qm̃ elementum ignis aliq̃n est maius: aliq̃n minus: licet insensibiliter: aliq̃n eñ plus gñatur de igne sub equinoctiali q̃ corrumpatur sub pol. ⁊ aliq̃n econtra. consimiliter dicatur de alijs elemẽtis.

Ad scđm.

¶ Ad scđm cõcedo q̧ sor. poterit augeri vsqʒ ad b ⁊ non inclusiue. sed exclusiue ⁊ cũ dr̃ ponat̃ q̧ sic augebit̃ nõ admittat̃ casus sicut etiã tu poteris in a. instanti verificare q̃libet istorũ tu sedes: ⁊ tu nõ sedes: ⁊ tñ non est possibile qđ tu verificabis q̃libet istorũ in a. instanti. Item dato q̧ a erit primũ instans in quo tu nõ poteris esse est cõcedendũ q̧ in quolibet instanti anteo. tu poteris esse si tñ ponitur q̧ tu eris in quolibet instãti ante a. non debet admitti casus: quia si admitteretur eum nõ tãtum debilitaberis quin plus poteris debilitari. ergo poteris esse in a. ⁊ vltra a. quod est contra suppositũ.

Ad tertiū.

¶ Ad tertium dicitur q̧ aliqua forma substantialis ignis producitur subito. ⁊ aliqua successiue scilicet forma magne portionis ignis: non tñ ad illam est per se motus: quoniam quelibet talis necessario habet primum mutatum esse. Et tunc ad argumentum capta tali forma que subito producitur: videtur q̧ ignis cuius est illa forma fit in specie ignis minimum. hoc negatur: quia licet summus ignis agat secundum vltimũ sui: tñ põt melius applicari: ⁊ melius hr̃e inuamẽtum: quo istã formam sub minori q̃titate potuit producere.

Ad q̃rtum.

¶ Ad quartum dr̃ q̧ aliquod esse minimũ dupliciter intelligitur. s. quo ad naturam ⁊ quo ad nos. Illud est minimum quo ad naturã in aliq̃ specie: qđ non põt naturaliter esse minus. ⁊ sic non datur minimũ in aliq̃ specie gñabili ⁊ corruptibili. Illud vero est minimũ quo ad nos q̃ nos non possum⁹ iudicare aliqđ esse minus: ⁊ tale dr̃ esse q̃tũ in actu. Alia aũt que nõ possunt p se mouere sensum dicũtur quãta in potẽtia. Ista est distinctio ⁊ snĩa Cõmē. viij phy. di. q̧ prima pars ex motu quodãmõ est in actu: ⁊ quodãmõ in potẽtia. ⁊ exponit se sic di. qm̃ ẜm q̧ exit in actũ determinatũ est indiuisibilis ⁊ ẜm q̧ motus est 9tinu⁹ est diuisibilis. ⁊ nõ est in eo primũ naturaliter in actu: q̃si diceret ẜm q̧ motus exit in q̃titatē sensibilē quo ad nos est determinatus in q̃titate: sic q̧ nihil apud nos põt appere min⁹ illo.

Cõmē.

¶ Et ẜm hoc soluũtur oĩa auctoritates dicẽdo q̧ est dare minimã carnē ⁊ minimũ ignem: ⁊ de q̃liber specie hõgenerũ datur minimũ nõ scđm naturã. sed quo ad nos. quare ⁊c.

¶ De scđo gradu animatorũ. Caput. x.

Secundus gradus aiatorũ est sensitiuũ a sensu: vel a potẽtia sensitiua sumẽs denominationē: de q̃ in pcessu est sũmatim dicẽdũ.

primam. a. t. c. 51. q̧ in fi.

¶ Notãdũ prio q̧ sens⁹ vt hic in desumitur in scđo de aĩa. ex snĩa Aris. ⁊ Cõmen. vj. modis sumitur. p̃mo sumit̃ sensus p anima sensitiua. scđo pro organo ipsius tertio p potẽtia eius: siue fundatur in aĩa: siue in organo. quarto p aggregato ex aĩa ⁊ organo. v. pro cõposito ex aĩa ⁊ potẽtia. seu pro potentia ⁊ organo. sexto pro ipsa sensatione seu actu vitali. ⁊ sic sumit ph̃us cum dicit sensum esse alterationē quandã. non ergo ad p̃sens loquor de sensu: nisi put est potẽtia anime sensitiue: siue fundet̃ in aĩa: siue in organo.

Secundũ. T. c. 53. 55. ⁊. 61.

¶ Scđo notandũ ex sententia Arist. ⁊ Cõmen. ij. de aĩa q̧ sicut potẽtia dupliciter sumitur. ita ⁊ passio. Est eñ potẽtia ppinqua ⁊ potẽtia remota. potẽtia ppinqua est illa: cui est annexa priuatio cõiuncta habitui: vt potẽtia militis vel speculari non exercentis actu militie vel speculationis. potentia remota est illa cui annexa est negatio nõ 9iuncta habitui: vt potẽtia pueri ad actũ militarē ⁊ speculatiuũ. Itē passio est duplex. s. ppie ⁊ improprie dicta passio ppe dicta est corruptio facta a 9trio: vt calefactio vel frigefactio. passio impropie dicta est salua vel pfectio cõsurgens ex habitu vel actu supra suã potentiã. nullus eñ dicit sapientem vere alterari vel pati: ex eo q̧ sit sapiens in actu postq̃ fuit sapiens in potentia propinqua: sicut nec vere dicitur edificatorem alterari cum edificat postq̃ non edificauit. Sensus autem solũ per accidens patitur passione proprie dicta que est corruptiua ratione organi sed per se patitur passione perfectiua.

T. c. 57. ⁊ 58.

His premissis sit hec prima conclusio. Sensus respectu prope sensationis est solum virtus passiua. pbatur. nam sicut se habet combustibile respectu sue combustionis sic se habet sensus respectu sue sensationis. sed combustibile respectu sue combustionis solum se habet passiue. ergo. patet consequentia cum minori. maior aũt ē ph̃. ij. de aĩa. declarãtis ex illo exẽplo sensum esse virtutē mere passiuã. vbi Cõmen. cũ Aristo. posuit sensum in generatione virtutum passiuarum dedit causam di. q̧ sensus fit ẜm passionē. Et infra. Necesse est si virtutes sensus essent actiue. vt sentirẽt ex se. ⁊ non indigerent in sentire aliquo extrinseco. et ita apparet de intentione Aristo. ⁊ Commē. q̧ sensus ad propriã sensationem solum passiue concurrit. Et notanter dico ad propriam sensationem quia licet visus solum passiue concurrat ad visionem. ⁊ auditus ad auditionē. tamen quilibet eorũ actiue concurrit ad immutationem factã in sensu cõi.

Prima cõclusio.

T. c. 5. T. c. 52. Cõmē. 52.

¶ Secũda conclusio. Sensus non potest sentire seipsum. nec aliquid aliud sine concursu exterioris obiecti. probatur. nihil per seipsum potest se: vel aliquid aliud sentire nisi p seipsum possit esse in actu cognitionis. sed nullus sensus per seipsum est in actu cognitionis. ergo ⁊c. tenet

Secũda cõclusio. T. c. 52.

consequentia cum maiori. quia oppositum implicat contradictionem. ꝛ minorem declarat philosophus sic. Nam si sensus foret per seipsum in actu respectu sue cognitionis. sequitur ꝙ remoto quocunq; extrinseco cognosceret. ꝙ sp cognosceret: q₂ semp esset in actu. ꝯña est explimentaliter falsum pro qualibet parte. ꝛ probatur cõsequētia a simili. nam si cõbustibile per seipsum combureretur tunc per seipsum comburereret ꝛ sine cõbustione quia nõ indigeret extrinseco.

Cōmē. 52.

ꝛ ita pariformiter videtur de sensu. vbi inquit Commē. Dicamus ergo ꝙ sensus non sunt de virtutibus actiuis que agūt ex se sine motore extrinseco. ideo nō sentiunt ex se. quemadmodū combustibile non comburit ex se absq; motore extrinseco. ¶ Tertia conclusio. Licet sensatio sit actus sensus. tū nō agitur a sensu. prima pars ꝑbatur. nā actio. passio. ꝛ motus sunt vnum ꝛ idem. tertio physi. sensatio est quedam passio cum sit alteratio quedā. ergo sensatio est motus. sed motus est actus mobilis. iij. phy. ergo sensatio ē actus sensus pater ꝯña. q₂ sicut motus fundatur in mobili. ita sensatio in sensu. scḋa pars declaratur. nulla opatio egreditur actiue ab aliquo agente. nisi illud sit de per se in actu respectu illius opationis. sed sensus. vt ꝑbatum est nō est in actu de se respectu ꝑprie sensationis. ergo ꝛc. ¶ Quarta cõclusio. Sensus aliqñ est in potētia remota: ꝛ aliquādo in potentia ꝑpinqua. ꝑbatur. idē est iudiciū de sensu ꝛ intellectu. s₃ intellectus aliqñ est in potētia remota ꝛ aliqñ in potentia ꝑpinq̄. ergo p₃ ꝯña cū maiori ex sufficienti similitudine. minor vero est clara de intellectu homīs qui primo est puer nō hñs habitum scientificū. ꝛ post ea est vir habēs habitū scientificum sine actuali consideratione. ¶ Ex quo seq̄tur ꝙ alr̄ reducit ad actum de potētia habituatus ꝛ alr̄ nō habituat⁹. prim⁹ em̄ pōt ꝑ seipm̄ ꝑ se reducere de potētia ad actū: scḋs aūt ab alio necessario reducit. Ista q̄tuor cõclusiones ponit Arist. ij. de aīa. cū suis ꝑbationibus.

Contra predicta ar. ꝛ ꝑmo ꝙ sensus nō sit virtus mere passiua. qm̄ dato opposito sequuntur duo incõuenientia. primū est ꝙ vegetatiua potentia est nobilior q̄₃ sensitiua. ꝯña est falsum. ꝛ p₃ ꝯña q₂ vegetatiua est actiua. ꝛ sensitiua est solum passiua. Scḋm ꝙ sensatio nō est opatio immanens. ꝯña falsum. q₂ oēs operationes vitales dñr immanētes. ꝛ p₃ ꝯña. si sensus non actiue concurrit ad suā sensationem. ¶ Scḋo ar ꝙ sensus non sit virt⁹ passibilis solum ab obiecto. qm̄ dato opposito sequuntur

1 multa incõuenientia. Primum ꝙ sensus nō pōt agere in suū obiectum: quod est falsū. quia basiliscus interficit visu ꝛ mulier mēstruata inficit speculum. Se

2 cundū inconueniens. ꝙ in materiale patitur a materiali. ꝯña est falsū. q₂ agens est prestantius passo. iij. de anima. ꝛ p₃ ꝯña. q₂ sensus est immaterialis. cū recipiat species sine materia. ij. de anima. obiectū autē est materiale. s. color. odor. ꝛ hmōi. Tertium incōueniēs est ꝙ aliq̄d agit vltra gradū ꝑprium. eo ꝙ sensatio cum sit operatio vitalis est nobilior suo obiecto

4 qḋ est qualitas nō vitalis. Quartū incõueniens. ꝙ nō datur sensus agens. cõsequēs est falsum. quia sicut se habet intellectus ad intelligibilia: ita se habet sensus ad sensibile. sed necesse est dare intellectum agentem sine quo non intelliguntur ipsa intelligibilia. ergo necesse est dare sensum agētem sine quo non sentiuntur sensibilia. patet cõsequētia cū qualibet parte añtis per Arist. iij. de aīa vnde potest sic argui. ita se h₃ fantasma respectu intells: sicut color respectu visus. sed fantasma nō potest imutare intellectū sine intellectu agente. igitur color nō potest immutare visū sine sensu agente. p₃ ꝯña. añs aūt ꝑ qualibet sui parte est Aristo. vbi supra. ¶ Tertio ar. ꝙ sensus pōt per se ipsum sentire: q₂ animalia pcipiūt se sentire tā bruta q̄₃ rõnabilia. ergo ꝑ aliquē sensum pcipiūt se sentire. ergo aliq̄s sensus pcipit se sentire. ꝛ per ꝯñs pcipit se ipsum. ¶ Et ꝯfirmat. intellectus pcipit seipm̄. ergo sensus sentit seipm̄. p₃ cõsequētia: q₂ sicut intellectus est pura potentia in gñe intelligibiliū. ita sensus in genere sensibiliū. añs aūt est phi. iij. de aīa. ¶ Quarto ar ꝙ sensus pōt exire ad actū cognitionis sine concursu exterioris obiecti: nā ois memoratio est actus virtutis sensitiue. sed aliq̄ est memoratio sine cõcursu exterioris obiecti. ḡ. p₃ ꝯña cū maiori. minor vo est nota per experientiam: eo ꝙ recordor illius q̄ ante. x. annos defunctus est. ¶ Et confirmat: q₂ potētia vegetatiua exit in actum sine obiecto exteriori. ergo per idē sensus. p₃ ꝯña. ex conuenienti similitudine: añs autem probatur. nam potētia vegetatiua nutrit aīal q̄₃diu viuit: sed non q̄cunq; viuit animal habet nutrimentum. ergo ꝛc.

anima sic. illa sunt media odoris ꝛ odoratus ꝑ que
odor multiplicatur: sed per aerem ꝛ aquā odor multi
plicatur. ergo maior est nota. ꝛ minor declarat. nam
pisces tam habētes q̄ non habentes sanguinē vide-
mus odorare ꝛ per odorem sumere nutrimentū. vo-
latilia etiā odorant: quod ostēdit distantia per quā
veniunt ad nutrimentum: vt patet de volucribus de
vulturibus multis diebus ad cadauera concurrenti
Com.99. bus. Cōmētator dicit ꝙ sicut aer fm ꝙ aer aut aqua
fm ꝙ aqua non est medium in visione: sed prout par
ticipat naturā cōem dyaphanitatis: ita nullum illorꝫ
fm ꝙ huiusmodi est medium in recipiendo odorem:
sed ratione alicuius nature cōmunis ambobus que
fm ꝙ huiusmodi recipit odores: verum est tamen ꝙ
hec natura est innominata: ꝛ sicut dyaphanitas nul
lum habet colorem: ita hec natura communis inquit
nullum habet odorē. ¶ Secunda cōclusio lꝫ tā respi-
2a cōclo. T.c.98. rantia q̄ nō respirātia habeant olfactū: tn̄ per illū di
uersimode sentiunt odores: primam partem huius
conclusionis probat Aristo.ij.de anima dī. ꝙ sentiūt
idem odorabile: ꝛ ab eodem odorabili corrumpunt.
¶ Secundam etiā partem ꝓbat ibidem sic. Respirā-
tia sentiunt respirando ꝛ attrahendo aerem: non re-
spirantia autē odorant non attrahendo aerem. vnde
diuersitas in modo respirandi non est ex diuersitate
sensus: sed ex diuersa dispositione organi: organum
enim olfactus in homine differt ab organis aliorum
C.c.100. animalium: sicut etiam oculi hominum differunt ab
oculis duris quorundam animalium: oculi hominū
habent quoddam fragma: id est panniculū ad coope
riendum.s. palpebras. vnde homo non potest videre
nisi quodam motu palpebre retrahantur: quod non
accidit in animalibus habentibus oculos duros: sed
statim vident ea quorum species fiunt in dyaphano:
ita in animalibus non respirantibus super organum
est quoddam cooperculum quod oportet aperiri am
pliatis poris per respirationem: ꝛ ideo animalia re-
spirantia non odorant in aqua: quia oportet ꝙ pa-
tiātur odorem respirando: quod non potest fieri in
aqua. ¶ Tertia conclusio. odor realis multiplicatur tertia ꝯclo.
in aere euaporabiliter ꝛ subiectiue: primam partem
probat Auicē.vi.naturaliū duplici signo: primo: quia
odores non sentiuntur stante vento: secundo quia po
ma mittēdo odorem desiccantur: ꝛ hoc intelligit phi Cō.87.
losophus libro de sensu ꝛ sensato dicēs ꝙ odor est fu
malis euaporatio: secunda vero pars sic declarat. ali 2.
quando ad magnam distantiam sentiūtur odores in
iuuamento vel in nocumento cerebri: sed hoc nō pos-
set esse per solam multiplicationem intentionalem:
quia similitudo odoris non prodest nec nocet olfa-
ctui: sicut nec similitudo coloris visui: nec etiam per
fumalem euaporationē: tum quia non possent ita ci-
to fumi ad illam distantiam venire: tum quia fumi
ascendūt: qꝛ sunt de natura ignis vel aeris: ꝛ parū late
raliter mouentur: oportet ergo ꝙ ista multiplicatio
facta fuerit per continuā generationē realis odoris
in aere subiectiue vsq; ad contactū cerebri vel odo- q̄rta ꝯclo.
ratus. ¶ Quarta conclusio. odor realis est multipli-
cabilis vsq; ad olfactum: sed nō de necessitate ad im
mutationem: prima pars est Aristote. in libro de sen
su ꝛ sensato: dicē. ꝙ odores cōferunt sanitatē cerebro
ꝛ patefactione: quia comedens alleum alterum co-
medentē alleum non sentit per odoratum: sed non co
medens vtrumq; sentit. Secunda vero pars est com
mentatoris secundo de anima dicentis ꝙ volucres
senserunt cadauera tempore belli Troianorum per Cōmē.97.
quingenta miliaria: quod esse non potuit per odorē
realem: quia si illa corpora fuissent resoluta in ignē
non potuissent ad tantam distantiā multiplicari rea
liter: ergo per odorē intentionalem: quoniā ad maio
rem distantiam multiplicatur q̄ odor realis: dicēdū
ergo ꝙ olfactus potest immutari per fumalem eua-
porationē: sed hoc non est necessariū: primo quia in
aqua non est huiusmodi euaporatio: secūdo quia ali
qua corpora centum annis redolent multum intense
sine notabili deperditione ipsorum potest etiā imuta-
ri per odorem realem in medio subiectiue: sed necessa
rio non oportet talem odorem attingere olfactū: odo
rem autem intentionalem necesse est cōcurrere tam
in medio q̄ in organo.

Contra predicta arguitur. ꝛ primo primum. Cō.97.
ꝙ odor non est sub
iectiue in sicco auctoritate Aristotelis in libro de sen
su ꝛ sensato dicētis ꝙ metalla minus odorabilia sūt
quanto in eis plus exuritur humidi: ita ꝙ exusto to-
tali humido non redolent: ex quo sequitur humidum
ꝛ non siccum esse subiectum odorum. ꝛ hoc potest ex-
perimentaliter probari de floribus: qui tempore esti-
uo magis redolent mane ꝛ sero q̄ in meridie quādo
est maior siccitas. ¶ Secundo arguitur ꝙ odor non
possit euaporabiliter multiplicari per rationem Cō Secūm.
mentatoris secundo de anima: dicen. sequi duo cor-
pora esse simul aut maius corpus cedere minori per
magnam distātiam consequens est falsuꝫ. ꝛ probatur
consequentia. nam quando fumalis euaporatio rece
dit a corpore odorifero aut cedit sibi aer aut non: si
non: ergo corpora se penetrant: si sic, ergo maius cor-
pus cedit minori per magnam distantiam. ¶ Tertio Tertiū.
arguitur ꝙ odor realis non multiplicatur in aere sub
iectiue: quia aer non recipit colorem subiectiue. ergo
nec pariformiter odorem: ꝛ hec vr̄ fuisse intentio Cō-
mētator. scdo de aīa dicē. ꝙ q̄litates scde nō pn̄t esse i
elemētis: ꝛ ꝙ nulibi est odor vbi nō est sapor: sꝫ in ae
re nō ē sapor. ꝛc. ¶ Quarto arguit ꝙ odor realis nō mul Quartū. T.c.73. et 88.
tiplicat per organū nec intētionabilis per mediū; pri
mum patet: qꝛ tunc sensibile positum supra sensum
sentiretur: quod est contra philosophum secundo de
anima: secundum autē sic declaratur: post remotio-
nem odorabilis manet odor in medio: sed hoc non est

ꝗ haberet esse intentionale in medio: ergo ⁊c. maior
pz.pomo remoto de archa cuiꝰ aer adhuc redolet:mi
nor vero est nota:eo ꝙ color intētionalis nūꝗ̄ manet
remoto corpore colorato.

d ꝑmum **Ad primum** est dicēdū ꝙ deficiēte hūido deficit odor:nō tñ cōsistit in
hūido subiue sed solū miscibiliter.Et ad expientiam
de florib' rñdeẗ ꝙ i meridie ē magna resolutio fumo
sitatū odorabiliū ꝓpter intēsam caliditatē:mane aūt
⁊ vespe nō est tāta resolutio:imo ꝯdēsatio pororꝫ: et
ꝯñter odor maiorē virtutē hꝫ imutādi olfactū. ¶Ad
Ad scdm. scdm dicitẗ ꝙ nō sequiẗ aliqd illorꝫ:nā fumātis euapo
ratio imisceẗ aeri sicut vinū aque vel ecōtra : ⁊ nō est
penetratio nec maius corpus cedit minori:sed solū ali
Ad tertiū q particule aeris cōtingētes fumositates euaporabi
les ꝯdēsanẗ. ¶Ad tertium negaẗ ꝯña: ⁊ hoc propter
materialitatē coloris. vñ sicut non pōt audiri sonabi
le nisi ꝓducat sonū realē in medio subiectiue nec pōt
videri corpus luminosum nisi multiplicet lumē in ne
re subiue:ita nō pōt sentiri odorabile nisi odorē rea
lē ꝓducat in medio:mediāte quo imutet odoratū. ⁊
Cōmē.97. hmōi odor mediȷ est q̄litas ꝑmanēs:successiue tñ mul
tiplicaẗ.Et ad cōmētatorē dico ꝙ illud est verū in ele
mētis existētib' in naturali dispōne:sed extra natura
lē dispositionē recipiūt hmōi qualitates:aq̄ nanꝗ̄ est
dulcis ⁊ aer redolet:ꝯñr cōcedo ꝙ nunꝗ̄ repiẗ odor si
ne sapore nec ecōtra:pōt tñ ꝑcipi vnū sine alio : vt sa-
por aq̄ sine odore:q: ibi est parū de sicco igneo.⁊ odor
aeris sine sapore:quia ibi parꝫ est de hūido aqueo: er
go. ¶Ad q̄rtū cōcedo ꝙ sensibile positū supra sensum
Ad quartū sentiẗ nō scdꝫ ꝑtē tāgētē sensū sꝫ scdꝫ ꝑtē remotā:nec ē
hoc verꝫ de sensibili originario sꝫ solū fluēte. vñ sona
bile nō ꝑcipiẗ ab auditu si poneret supra eū.sꝫ bñ sonꝰ
silr nec corpꝰ luminosū videreẗ ab oculo positū supra
ipm:sꝫ bñ lumē ⁊ ꝓportionalr dicaẗ de odore ⁊ odora
bili reꝫ odoratꝰ. Ex p̄dictis seqẗ ꝙ nō ē tenēdꝰ ꝯmēta
tor scdo de aīa negās fumalē euaporationē:nā q̄dam
corpa odorifera post lōgā odoriferā odorationē mcri
spanẗ ⁊ descrescūt:qđ nō esset nisi ꝙ ab hmōi corpib'
resoluerenẗ fumi ⁊ vapores.aliq̄ etiā sunt quorꝫ odor
nō sentiẗ nisi ad ignē:⁊ hoc est signū resolutiōis fumo
rū:nō est etiā tenēdus in eo ꝙ nō ponit odorē ⁊ sapo-
rē in elemētis:qm̄ dulcedo est in aq̄ ⁊ odor in aere vt
dictam est quare ⁊c.

¶Tractatus octauus.

Gustabile aūt est quoddā tā gibile. Atq̄ hec est causa vt ipsum non sit sensibile ꝑ mediū corpus extremū:neq̄ eñ tactus tali medio ꝑcipit:eñ xͦo corpus etiā id in quo tāq̄ in materia est ipse sapor q̄ gustu ꝑcipiẗ humidum est quod est tangibile quoddam quapropter si etiam essemus in aqua Dulce sane sentiremus in ipsa positum : ⁊ non sensus illius nobis per aquā tanꝗ̄ per medium esset. Sed quia ꝑmixtum illud esset cum humido: quēadmodum in potione fieri solet : color autē non hoc videtur qđ misceretur neq̄ de fluxibus. Non igitur vt est ibi : sic ⁊ hic esse de medio dicere possumus:nullū eñ extremū est mediū vt diximus: vt autē visibile ē color : sic est gustabile sapor. Atq̄ nihil absq̄ humiditate saporis efficit sensum: sed oē qđ ipsiꝰ efficit sensum humiditatē aut actu aut potentia nimirū hꝫ vt salsum:nā ⁊ ipsum liq̄scere pōt facile:⁊ linguā vt patet cū liq̄scit humidiorē efficere pōt. At vero sicuti visus est visibilis ⁊ inuisibilis: ⁊ tenebre nāq̄ sunt inuisibiles:quas etiaꝫ visus discernit:⁊ eius qđ valde splendidū est:⁊ hoc eñ inuisibile dr̄ ꝗ̄ꝗ̄ nō eodem;sed alio mō ꝗ̄ tenebre. Sicut igiẗ visus visibilis ⁊ inuisibilis est:⁊ auditꝰ similr soni silentijq̄ quorꝫ alterū audibile alterū inaudibile est:⁊ etiā soni magni perinde atq̄ splendidi visus. Nam vt paruꝰ sonus mō quodā inaudibilis est sic etiā ⁊ magnus ac violētus. Inuisibile xͦo multifariā dici solet: quoddā ꝑinde dr̄ tale:atq̄ in ceteris etiā id qđ ipossibile est quoddā hoc paeto:vt aptum quidē sit id habere:quo videri possit;illo autē careat : aut habeat remisse vel praue:vt informe diciẗ:aut indoctū Sicut igitur visus, inquam visibilis ⁊ inuisibilis est: ⁊ auditus similiter sic ⁊ gustus gustabilis ⁊ ingustabilis est: quod quidē aut exiguū hꝫ : aut paruū: aut vastātē gustū saporē. Videẗ aūt potabile ⁊ impotabile esse ꝑncipiū:vtrūq̄ eñ gustu ꝑcipiẗ. Verū alterū est prauū gustūq̄ deuastat:alterū est amicum nature ē aūt potabile gustui cū tactu cōmune. At vero cū gustabile sit humidū necesse est ⁊ instrumentū sensus ipsiꝰ neq̄ humidū esse actu:neq̄ etiā tale:vt humectari non possit humidūq̄ euadere; patitur eñ aliquid gustus ab ipso gustabili:ea nimirū ratione qua gustabile est. Necesse est igitur instrm̄ gustꝰ potentia quidē humidum esse : humectari autē actu:ita aūt humectari: vt eius cōseruetur cum humectaẗ ⁊ ratio. Signū autem est linguam : neq̄ cum est valde sicca:neq̄ cū est nimium humida sentire. Is eñ tactus sit humidi primi perinde atq̄ si cum pregustauerit quispiam vehemētē acremve saporē: deinde aliū gustet:⁊ vt in egrotantibus fit quibus cuncta vidētur amara:quia lingua sentiunt tali humiditate referta. Species autem saporum ita sese habent : quemadmodum colorum. Dulce nanq̄ et amarum contraria simplicia sunt heret

autem dulci quidem pingue: amaro autem salsuz. At inter hec collocant̄ acre: acerbum: accidunt atq̧ acutum. He nā q̧ fere differentie videntur esse sapoꝝ. Quare gustus quidem instrumentum id est quod est potentia tale: gustabile autem id quod ipsum actu facere pōt.

Caput.xx.

primum. Sapor est vnum sensibilium ꝓprioꝝ qđ per medium intraneū sentit̄. Ad cuiꝰ intelligētiā est notādū ꝑmo q̧ colores odores ⁊ sapores lʒ fiāt ex oībꝰ qualitatibꝰ pīmis: nō tñ eodē mō. colorem resultat ex mixtione q̄tuor qualitatum primaꝝ in perspicuo vel diaphano terminato. odor ex mixtiōe eaꝝ in sicco ⁊ sapor in mixtiōe illarum in humido. Et si aliquādo dicit̄ frigiditatē non concurrere ad generationem odoꝝ: vel sapoꝝ. hoc intelligitur valde intense: sicut ⁊ alie tres bene em̄ concurrit: sed valde remisse. nā quādo intense concurrit sapores ebetat ⁊ odores exterminat fm phm̄ ⁊ Cōmentatorez in libro de sensu ⁊ sensato. Et licet sapor dicat̄ fundari in humido: tamen nullū siccū sine humido habet odorem nec aliquid humiduz sine sicco hʒ saporē in actu fm phm̄ ⁊ Cōmentatorē. ij. de anima. Si em̄ poneret̄ siccū sine humido supra linguā siccum: vtz sal aut zinciber non sentiretur: opʒ enim ad sensationē eius liquefieri per linguā aut humectari per saliuā. Similiter aqua pura nullū hʒ saporem nisi in potentia q̄z nullā siccitatē acquirens autem siccitatē habet saporem in actu: ⁊ hec siccitas nō solum est ignea si debet percipi sapor: sed etiā terrestris: q̄z sapores fundātur in humido grosso fm Aristo. in libro de sensu ⁊ sensato. hmōi autē fit grossum ⁊ pingue per siccitatem terrestrem: eo q̧ humiditas aquea ⁊ aerea: et similiter siccitas ignea habent materiā subtilem.

T.c.101.



Scōm. T.c.105. Scđo annotādū q̧ septē sunt spēs sapoꝝ enumerate a phō ⁊ Cōmē. ij. de aīa. s. dulce: amaꝝ: pingue: salitū: acre: pōticū ⁊ acutū vel austeꝝ qđ idē ē nā oīs sapor vel ē extremꝰ vt dulce: ⁊ amaꝝ vel mediꝰ vt aliqs aliorꝝ ⁊ hoc vel p eq̄ distātiā vt acutū vel austeꝝ. vel p ineq̄ distantiā: ⁊ tūc sapor ille vel est inter acutū ⁊ dulce vel inter acutū ⁊ amaꝝ. Si ꝑmo modo vel magis appropinquat dulci q̄ȝ acuto. ⁊ est sapor piguis vel magis acuto ⁊ est sapor acer. Si autē secundo modo vel magis appropiquat amaro ⁊ est salitū vel magis acuto ⁊ est ponticū. Intelligēdū circa sapores extremos q̧ si cōsiderātur fm exigentiam nutrimenti sic dulcedo ⁊ amaritudo sunt sapores extremi: ⁊ sic ꝯsiderauit Aristo. ⁊ cōmentator. ij. de aīa. Si autem considerant̄ fm exigētiā qualitatū ꝑmarū sicut cōsiderauit Galienus sic amarū ⁊ ponticū sunt extrema saporū: ⁊ dulce mediū: nā dulce fit a calido tēperato ⁊ ab hūido bene ꝓportionato ⁊ a sicco bene digesto: amarū autē fit ex excessu calidi adurentis: siccū aūt ex defectu digestionis sicci: stipticum aūt vel ponticū quod idē est prouenit ex pauca actione caloris.

Intelligēdum. T.c.105.

1ª ꝯclusio. T.c.101. His visis pono quatuor cōclusiones Arist. ij. de anima: quarū ꝑma est ista gustus non fit per mediū extraneū sed intraneū: pbatur: tactus non fit per mediū extraneū sed intraneū sʒ gustus est quidā tactꝰ: ergo maior patet: q̄z tactus fit per carnem: minor vero probatur: nā gustabile est qđdam tangibile: ergo gustus est quidam tactus: patet cōsequētia: quia tales sunt potentie inuicem qualia sunt obiecta: aūs patet: eo q̧ sapor fūdatur in hūido tanq̄ȝ in materia: modo humiditas est qualitas tāgibilis: vnde cōmentator ibidem sicut materia est subiectū forme: ita humidū est subiectū saporis. ⁊ sicut impossibile est sentire sensibile propriū quin sentiat̄ sensibile cōmune: quia est necessario subm eius: ita ipossibile est gustū sentire saporem quin sentiat humiduz. Cō.110.

2ª cōclo. T.c.102. Secunda conclusio. sapor nō gustatur nisi fm q̧ est in humido: probat̄: sapor non potest facere sensationem gustus sine humiditate quam habet actu vel potētia. ergo sapor fm q̧ gustat̄ est in hūido. tenet ꝯña. ⁊ aūs est notū ad sensum nā sapor vini habet humiditatem in actu: ⁊ sal hʒ humiditatem in potentia: q̄z ē liquidum in potentia: ⁊ liquefactiuū lingue. Si enim poneretur supra linguam liquefaceret eam: ⁊ hoc est signū q̧ ꝑmo habebat humiditatē in potentia vñ cōmentator: natura ordinauit circa linguam vt res sicce humectarent̄ p saliuā: quibus humectatis possint immutare sensuꝫ gustus. Et cōcludit q̧ sicut hūidum est aliquando in actu vt in vino: ⁊ aliquando in potētia vt in sale: ita sapor est in actu qñ est cum humido in actu. ⁊ in potentia: quādo est cū humido in potētia.

3ª cōclo. Tertia cōclusio. organū gustus nō est actu humidū: sed possibile fieri humidū: probat̄: organū gustus patit̄ a gustabili humido scđm q̧ est gustabile. ergo organū gustus est aliqualiter humidū ⁊ aliqualiter nō humidū: probatur ꝯña: quia si non esset aliqualiter humidū nunq̄ȝ sentiret humidū in subiecto: et si eēt simplr humidū non sentiret humidū obiectū: q̄z omne recipiens aliud debet denudari ab eo. Itē probatur a signo nā si aliquis haberet linguam oino siccā nullū saporem sentiret: ergo organū gustus debet esse aliqualiter humidū. s. humiditate fʒ naturā suaz. etiam debet esse aliqualiter non humidū. s. humiditate extranea vel multū intensa: q̄z si aliquis gustasset intēsum saporē: remissuz nō sentiret: ⁊ cū hoies: sunt in infirmitate habētes linguam amarā iudicāt oīa gustabilia amara: quia lingua habet humiditatē extraneā preter cōplexionē nature sue. Dicit em̄ cōmētator q̧ organū gustus hʒ naturalē humiditatē sicut organum auditus naturalē motū: aut organū visus naturalē dyaphanitatem: sed verum est inq̄z ipse qđ illa humiditas debet esse remisse proportionata. s. nō multū abūdās nec multū subiecta sicco. Intelligendū q̧ organū gustus non habet humiditatē in actu idest actualiter imutatiuā qualē habet obiectuz sed hʒ in potētia eā. i. humiditatē qua saporem extraneū potest percipere: ⁊ ita intelligit phs.

q̄rta cōclo. Quarta conclusio: sapor in cōi est tam in extremo q̄ȝ in medio specierum plurium cōtentiuus: patet quia idem est iudiciū de sapore ⁊ꝺ colore: sʒ color cōtinet sub se multas spēs quarum aliq̄ue sunt extreme ⁊ aliq̄ue medie. ergo. Ex predictis infert Arist. q̧ gustus est ꝑceptiuus gustabilis ⁊ nō gustabilis: q̄ñ eadem potētia ꝑcipit suū positiuū ⁊ suū ꝑuatiuū. vt pʒ in oībus aliis: secūdo infert q̧ organū gustus est tale in potentia quale est gustabile in actu: q̄z sicut gustabile est productiuum specierum sensibilium sic organum gustatiuum earundem est receptiuum.

ũms. **Contra** predicta arguitur ⁊ primo ꝙ sapores nõ fundantur in humido. nam si humidũ esset propriũ subiectũ saporũ magis humidum esset magis sapidũ. patet ꝯña: quia vniuersaliter intenditur propria passio ad intensionem subiecti: sed consequens falsum: quia aqua est maxime humida ⁊ in naturali dispositione nullum habet saporez. extra vero naturalẽ dispositionẽ habet ceteris mixtis minorem saporẽ. fructus enim in principio sunt humidiores ꝙ post maturationẽ: ⁊ tamen minorẽ saporẽ
Secũdũ. habent in principio ꝙ in fine. ¶ Secũdo arguit auctoritate Arist. in lib. de sensu ⁊ sensato di. ꝙ cineres sunt valde amari ⁊ tñ non sunt humidi: immo ex eis totum humidũ est exalatũ ꝫm Phm ibidem. Et etiã aliqua sapida sunt quoꝝ sapor acuitur ⁊ intenditur per desiccationẽ ⁊ adustionẽ: sicut patet de sale quod
Tertiũ. quãto plus desiccatur tanto plus est amarius. ¶ Tertio arguitur ꝙ gustus nõ est qdam tactus: quia tũc gustus ⁊ tact⁹ nõ essent duo sensus. patet ꝯña: quia hõ ⁊ animal nõ sunt duo aialia: ex quo homo est quoddã animal: sed ꝯñs est falsum: quia tactus est per totum
T.c.xxi. et xxi. corpus: gustus autem solũ in lingua ꝫm Phm ⁊ Cõmentatorem. ij. de aïa. immo nõ essent quinqꝫ sensus
Quartũ. exteriores: quod est cõtra illos ibidem. ¶ Quarto arguitur ꝙ vnusquisqꝫ sensus exterior est quidã tactus. probatur: nam tota ratio quare cõceditur ꝙ gustus est quidam tactus nõ videtur esse alia nisi quia organũ gustus est pars organi tactus: sed organũ cuiuscũqꝫ alterius sensus est pars organi tactus. ergo: maior patet. minor declaratur: eo ꝙ nõ est aliquod organũ alterius sensus quod nõ sentiat puncturã vel aliquã qualitatẽ primã si illi intense applicetur.

Ad primũ. **Ad primum** negatur ꝯña: quia nõ quodcunqꝫ humidũ est subiectũ saporum sed grossum permixtũ siccitati terrestri: et ꝫm ꝙ aliter ⁊ aliter permiscetur aliter ⁊ aliter recipit
Ad scõm. saporem. ¶ Ad secundũ dicitur ꝙ cineres nõ habẽt humidũ in actu sed solũ in potentia propinqua: ita ꝙ si ponerentur supra linguã statim sentiretur amaritudo in actu: quia statim fieret cõmixtio sicci cum humido lingue in actu. Idem dicitur de sapidis que acuũtur per intensionẽ siccitatis ꝙ non acuuntur in actu: sed
Ad tertiũ. in potentia solũ. ¶ Ad tertiũ negatur ꝯña: quia illã
T.c.ioi. ꝓpositionẽ concedit Phs. gustus est qdam tactus in ꝑdicatione causali: scz gustus est in quodã tactu. i. in aliqua parte tactus. Et ita intelligit illã. gustabile est tangibile. i. gustabile est in quodã tangibili: vt col
Ad q̃rtũ. ligitur ex ꝓbatione illius in prima cõclusione. ¶ Ad quartũ negatur ꝯña: ⁊ ad probationẽ dicitur ꝙ nõ conceditur gustũ esse quendã tactũ: quia organũ gustus est pars organi tactus: sed quia organũ gustus fundatur in quadam parte organi tactus. qđ patet: quia nõ potest immutari gustus nisi prius immutetur tactus: sic autem nõ est de alijs sensibus: quoniã visus auditus ⁊ olfactus possunt immutari absqꝫ eo ꝙ immutetur tactus: ideo nõ fundantur in tactu. quare ⁊c.

¶ Tractatus nonus.

De tangibili autem ⁊ tactu eadẽ ratio est. nam si tact⁹ nõ vnus sit sensus: sed plures: necesse est ⁊ ea: que tactu percipiuntur plura sensibilia esse. Dubitatione autẽ iste locus habere videtur. Dubitabit autẽ nõ iniuria quispiam vtrum plures sint tactus an vnus tãtũ. Et de instrumento tactus quid tandem sit. Utrum ipsa caro: id qđ in ceteris simile est carni: an ita non sit: sed id quidẽ ipsuz sit sensus huiusce medium: instrumentum autem ipsius primum: aliud quoddã sit intus. Omnis enim sensus vnius contrarietatis esse videtur: vt visus albi nigriqꝫ: et auditus acute grauisqꝫ: ⁊ gustus dulcis atqꝫ amari. At in tangibili plures insunt cõtrarietates: vt patet. est enim calidũ: frigidũ: humidũ: siccum: molle: durum: ⁊ istiusmodi alia. Sed esse videtur ad hanc dubitationẽ quedam solutio. Nam in ceteris etiam sensibus plures sunt ꝯtrarietates. In voce nãqꝫ non solum est acumen ⁊ grauitas: sed etiam magnitudo ⁊ paruitas: ⁊ lenitas ⁊ asperitas vocis: ⁊ alia huiuscemodi. Sunt ⁊ circa colorẽ differentie alie tales. Uerum quidnã sit vnum obiectum tactui. Sicut vnum est auditui sonus: non esse manifestũ videtur. Huius autem vtrum instrumentum tactus intus sit: post carnem an non sit. Sed statim sit ipsa caro: id nõ esse signum videtur. Sensum inquã illico fieri: cum res tactu percipiende tanguntur. Etenim si quis nunc circa carnem subtilẽ pellem extenderit: deinde rem tactu percipiendam tetigerit: sensus statim similiter fiet: et tamen patet in illa pelle tactus instrumentũ non esse. Quod si copulata fuerit: velocius vt patet: sensus perceptio fiet. Quapropter talis pars corporis perinde sese habere videtur: atqꝫ si circunfusus aer coniunctus esset nobis ac copulatus. Tunc eniz vno quodam instrumẽto profecto sonum: ⁊ colorem et odorem videremur sentire: et vnus quidam videretur esse nimirũ sensus: visus: auditus: atqꝫ olfactus. Nũc autem quia seiunctum est id per quod fiunt motus: patet instrumẽta iam dicta sensuũ esse diuersa. In tactu autem idipsum nunc latet. fieri enim nequit vt ex aere vel aqua corpus animatũ tãtũ modo cõstet: quippe cum solidũ quoddam esse oporteat. Restat igitur vt ex his atqꝫ terra sit mixtum: quale est ipsa caro: et id qđ vicem ipsius subit. Quare necesse est ipsum corpus copulatum medium esse inter instrumentũ ipsius tactus: et res ipsas tangibiles: per qđ fiunt ipsi sensus: qui quidem sunt plures. Indicat autem plures esse tactus

isce qui in lingua consistit:nam eadem in parte et omnes res tangibiles & saporem etiam sentit. Si igitur & cetere partes carnis sentirent saporem. Unus idemque tunc sensus videretur esse profecto gustus & tactus. Nunc autem quia non fit conversio. Duo diversi sensus esse censentur. At vero dubitabit hoc loco non iniuria quispiam:nam si corpus quidem omne profunditatem habet: atque hec est tertia magnitudo:fieri non nequit: vt ea corpora sese mutuo tangant inter que corpus aliquod medium intercedit: humidumque non est sine corpore nec humectatum:sed necesse est vel aquam esse vel aquam habere:qui fieri potest: vt corpus tangat corpus in aqua: etenim necesse est:cum extrema non sint siccata:in medio aquam esse qua repleta sunt ipsa extrema. Quod si hoc est verum: fieri profecto non potest: vt corporum tactus fiat in aqua. Eodem etiam modo de eis dici potest que in aere collocantur. Simili namque modo sese habet aer ad ea que sunt in ipso: & aqua ad ea que sunt in ipsa:latet autem nos magis in hisce que in aere collocantur: quam in animalibus que sunt in aqua:si humectatum humectatum tangit. Utrum igitur omnium simili modo fit sensus:an sensuum quidam vt nunc videtur eodem:quidam diverso modo obiecta sua percipiant. gustus quidem & tactus tangendo:ceteri autem eminus. At id profecto non ita est:sed durum etiam & molle per alia plane sentimus. Quemadmodum & id quod sonat & visibile ac odorabile. Verum hec quidem eminus:illa vero cominus sentiuntur. Quapropter latet si per medium illa percipiantur. Nam sensibilia cuncta per medium sentiuntur: sed in illis id ipsum latet vt diximus. Enimvero si per subtilem pellem:vt prius etiam est dictum:positam circa carnem sentiremus omnia tangibilia idipsum non animadvertentes. Sic nos tum vtique sentiremus vt nunc in aere sentimus & aqua: nunc enim videmur res ipsas tangibiles tangere: & nullum medium esse. Interest autem inter tangibile & ea que sonant & visibilia:nam hec quidem sentimus:medio in nos aliquid agente & tan gibilia sentimus non a medio:sed vna cum ipso medio moti:vti fit cum quispiam per clypeum est percussus: non enim percussus clypeus percussit. Sed fit vt ambo sint simul percussi clypeus atque miles. Omnino autem vt aer & aqua sese habent ad visum & auditum atque olfactum. Sic caro ac lingua sese ad huius instrumentum sensus habere videntur. Atque nec ibi profecto:nec hic perceptio sensus fiet:cum instrumentum sensus a re sensibili tangitur:vt si quispiam super extremum oculi corpus posuerit album. Ex quo etiam plane patet instrumentum sensus ipsius quo res percipiuntur tangibiles:intus esse collocatum: vt diximus. Sic enim et in hoc sensu fiet id porro. Quod in ceteris sensibus fieri solet. Sensibilium enim si in ipsis instrumentis ponantur sensuum:non fit vt patet perceptio. At si super carnem ponatur tangibile: fit vt docet experientia sensus. Quare sine dubio ipsa caro medium est in tactu. Atqui ea tactu percipiuntur que corporis sunt vt corpus est differentie. Dico autem differentias eas que rerum elementa distinguunt. calidum: frigidum:siccum:ac humidum. de quibus antea diximus iis in locis in quibus de elementis ipsis tractavimus. Instrumentum autem id quo dicte qualitates sentiuntur: & in quo primo sensus is collocatur: quem appellare consuevimus tactum pars ea sane est que est potentia talis. Sentire namque pati quoddam est:vt diximus. Quare id quod agit tale illud facit cum sit potentia: quale est ipsum actu. Quocirca simile calidum atque frigidum: & durum ac molle non sentimus. Sed exuperationes: quia sensus est quasi mediocritas quedam contrarietatis eius que in ipsis sensibilibus inest. Et propter hoc sensibilia ipsa discernit: nam medium ipsum extremorum est iudex:fit enim ad vtrumque ipsorum alterum extremorum. Atque vt id quod album nigrumque percepturum est sensu. Neutrum ipsorum actu: sed potentia sit vtrumque oportet: & in ceteris eodem modo: sic et in actu neque calidum:neque frigidum id actu sit oportet: sed vtrumque potentia: quod vtrumque est percepturum. Preterea

vt visus visibilis ac inuisibilis quodā
modo est vti diximus: ceteriq; sensus
oppositoꝝ similiter. Sic etiam est tan-
gibilis ac intangibilis tactus. Intan-
gibile autem est etiam id quod exiguā
admodum differētiā tangibiliū habet
quale passus est aer: et exuperationes
etiam tangibilium qualia sunt ea que
corrumpere possunt. De sensuū igitur
vnoquoq; dictum sit hoc modo quasi
figura.

¶ Caput.xxj.

Qualitas tāgibilis est aliud sen
sibile propriū: licet in-
nominatū in conceptu simplici a sensu
tactus per mediū intraneū percepti-
bile. ¶ Ad quod ostēdēdū notādū pri-
Primū. T.c.110. mo q; sicut idē subiectū recipit realiter
colores: odores ꝛ sapores: lꝫ per aliā ꝛ aliā dispositio
nem: scꝫ aliam ꝛ aliā mixtionē qualitatū primarū: ita
idem organū tactus recipit oia tangibilia ſm aliam
ꝛ aliā dispositionē cōnaturalē illi organo: recipit em̄
caliditatē ꝛ frigiditatē mediāte vna dispositione: et
humiditatē ꝛ siccitatē mediāte alia: ꝛ dolorē verbera
tionis mediāte alia: ꝛ delectationē coitus mediante
alia. et est diuersitas inter has dispositiones: qm̄ ali-
que sunt adequate toti organo vt ille q̄bus sentiunt
qualitates prime: ꝛ alie sunt solū in parte organi vt
dispositio perceptiua coitus: ꝛ dispositio perceptiua
Secūdū. T.c.110. pruritus pedis. ¶ Secūdo notandū q; sicut visus: au
ditus ꝛ olfactus atq; gustus hēt obiecta adequa-
ta ratione quoꝝ percipiūt sua sensibilia ꝓpria: ita ta
ctus habet obiectū adequatū ratione cuius percipit
oēs qualitates tangibiles: sed verū est q; est innomi-
natum. Si enim visus vel audit⁹ nō haberet obiectū
nominatū nō min⁹ haberet obiectū adequatū: ergo
per idem tactus habet obiectū adequatū: lꝫ illud sit
innominatū. Et q; hoc fuerit de intentione Aristo. et
Cōmētatoris declarat: quia nō obstāte q; natura me
dij receptiua coloꝝ sit nolata adhuc est vna vniuer-
salis natura receptiua oim odorū sicut vna est vni-
uersalis natura oim coloꝝ receptiua: ergo pariformi
ter lꝫ obiectū adequatū visus sit nominatū: ꝛ obiectū
adequatū tactus sit innominatū: tn̄ in obiectū ade-
quatū tactus cōcurrūt vniuoce oēs qualitates prime
tangibiles sicut in obiectū visus oēs qualitates visi-
T.t.c.66. vsq; ad.77. biles. patet ꝯña: antecedēs est verum per Arist. ꝛ Cō
mentatorē.ij.de aia. capitulis de colore ꝛ odore. Itē
T.t.c.92. vsq; ad.101 vna est natura cōmunis cōicata aque/aeri ꝛ igni et
T.c.6. corpori celesti: scꝫ dyaphanitas ſm Phm ꝛ Cōmenta
torem.ij.de aia. ergo a fortiori vna est natura cōis cō
municata quatuor qualitatib⁹ primis. ptꝫ ꝯña: quia
minus distinguūtur quatuor qualitates prime cum
sint corruptibiles q̄ dicta corpora sensibilia quorum
celum est incorruptibile.

Pria ꝯclo. **His premissis** sit hec prima ꝯclusio lo
quēdo de sensu tactus:
T.c.106. vt est naturalis potētia immediate deferens speciē
sensibilē animē impossibile est sensus tactus esse plu
res. patet: quoniā vnicū est organū ꝛ mediū tactiuū:
ergo vnicus est sensus tactus. patet ꝯña per Cōmen
Cō.106. et 107. tatorē.ij.de aia. dicentē q; si declaratū fuerit idē esse
organum vtriusq; potētie vna erit alia. antecedēs est
notū: quia in qualiber parte organi ꝛ medij tactus re
cipitur species vtriusq; ꝯrietatis. Item si essent duo
sensus tactus sentiētes duas ꝯrietates primas ꝛ oia
reducibilia ad illas vt cōiter dicitur necessario pone
rentur plura q̄ quatuor. cōsequēs est dissonū. ꝛ pro-
batur ꝯña: quia ſm Auic.vj. naturaliū. verberatio et
delectatio coitus percipiūtur a sensu tactus ꝛ nō re-
ducuntur ad illas contrarietates. Etiam debet poni
quintus sensus tactus percipiens pruritum pedis.
¶ Secūda cōclusio. sensui tactus correspōdet vnum Scda cōclusio.
obiectū vniuoce tam ſm immutationē q̄ ſm predica T.c.
tionem probat primo q; sibi correspōdet vnū obiectū et.109.
ex eo q; tactus est vnus. modo vnius sensus est vnū
obiectū. Item.j. posterioꝝ dicit Phs q; cōmutabiliter
proportionari est passio competēs lineis ꝛ numeris
ratione alicuius subiecti innominati: ergo per idem
tangibile est passio cōpetens oibus qualitatib⁹ pri-
mis ratione alicu⁹ subiecti innoiati: quod dicit esse
obiectū tactus. Secūdo arguit q; vniuoce ſm immu
tationē ꝛ predicationē: sicut enim nigredo ꝛ albedo
immutāt visum sub ratione colorū: ita color dicit de
illis ſm vnā rationē: ergo pariformiter sicut qualita
tes tangibiles immutāt tactum sub ratione generis
innominati: ita illud genus dicit de illis ſm vnā ra-
tionem. Et hic sumo hanc passionē tangibilē stricte
prout dicit qualitatē tangibilē immutatiuā tactus
sub ratione sensibilia ꝓprij: quia grauitas ꝛ leuitas
tāgunt in ratione sensibilis cōis de quo nō est mētio
ad presens. ¶ Tertia cōclusio. lꝫ tactus indigeat di- Tertia cōclusio.
uersitate dispositionum in organo: non tn̄ in medio.
prima pars patet: quia nō apparet quomodo tactus
posset percipere duas ꝯrietates primas mediante
eadem dispositione. vnde arguitur sic. Sēsus tactus
est plures ſm Phm ꝛ Cōmentatorē.ij.de aia. sed non T.c.111. et.110.
est plures potētialiter ꝛ organice: ergo est plures for
maliter ꝛ dispositiue. Secūda vero pars declaratur:
mediū tactus est mediū intraneū per Phm.ij.de aia: T.c.111. et 101. et.107.
ergo nō pluribus dispositionib⁹ indiget q̄ medium
extraneū ad sensationē: sed mediū auditus non indi
get nisi motione medij super dispositionē aeris con-
naturalis sibi: ergo etiam mediū tactus nō videtur
alio indigere nisi alteratione tangibiliū super dispo
sitionē carnis. ¶ Quarta conclusio. oīs contrarietas Quarta cōclusio.
siue oēs ꝯrietates tactus reducitur ad cōtrarietates
calidi/frigidi/humidi ꝛ sicci. patet per Phm ꝛ Com T.c.108. et.117.
mentatorē.ij.de aia. aliter enim plures duab⁹ essent
cōtrarietates prime qd̄ esset cōtra Aristo.ij.de gene- T.cō.6. et.8.
ratione. Et intelligit hec conclusio de cōtrarietatib⁹
sensibiliū ꝓprioꝝ. graue enim ꝛ leue percipit tactus
mediāte motu: vt qd̄ veloci⁹ tendit deorsum iudicat
tactus graue ꝛ qd̄ tardius leue ſm Cōmentatorem. Cō.108.
asperū ꝛ leue videntur ad figurā pertinere. nam alte
rius figure est asperū vbi vna pars preeminet alteri
ꝛ alterius leue vbi omnes partes equaliter situātur:
motus autem ꝛ figura non sunt obiecta propria: sed
communia.

Contra predicta arguitur: ꝛ primo q; sensus Primum.
tactus sunt plures. nam plures sunt
dispositiones tactiue: ergo per idem plures sunt sen
sus tactus. ptꝫ ꝯña: vel detur causa diuersitatis. Un-
de sicut in eodē subiecto sunt plures passiones ꝓprie
ita in eodem organo videntur esse plures sensus. Et
cōfirmatur authoritate Aristo.ij.de aia di. q; sensus T.c.111. et.112.
tactus sunt plures. Item q; cum vnitate medij carnei
vel ꝓportionabilis stat pluralitas sensuū tactus. Itē
dicit q; vnius sensus est solum vnius prime ꝯrietatis: Secundū
modo tangibiliū due sunt ꝯrietates prime. ¶ Secū-
do arguit q; tactus nō habet vnū obiectū vniuocū: q:
sub alia ratione immutat cōtrarietates calidi ꝛ frigi
di ꝛ sub alia humidi ꝛ sicci: ergo antecedēs patet: ex
quo ille due ꝯrietates nō sunt inuicē reducibiles. Et
cōfirmatur authoritatibus Aristo. ꝛ Cōmentatoris. T.et.c.108
dicit enim Aristo.ij.de aia q; omnes sensus exterio-
res preter tactū vident habere vnū subiectū ꝛ vnum
obiectū ratione cuius fiunt oēs ille immutationes.
tactus aūt nō videt habere aliqd̄ subiectū vel obie-
ctum ratione cuius sentiat oēs qualitates tāgibiles.
Cōmētator vero dicit ibidē q; sonus dicit vniuoce de
modis sonoꝝ: ꝛ color de modis coloꝝ: sed cōtraria ta
ctus nō vident habere genus quod dicat de eis nisi
equiuoce. ¶ Tertio arguitur q; sensus tactus nō in- Tertium.
diget diuersitate dispositionū in organo: quia sensus

cōis plures cōtrarietates pcipit q̄ sensus tactus sed sensus cōis per vnā ꝛ eādē dispositionē sentit oēs illas cōtrarietates. ergo per idē sensus tactus. Deīn de magis distinguunt lux ꝛ color q̄ ꝯtrarietates tāgibiliū sed visus percipit lucē ꝛ colorē mediante vna dispositione. ergo tactus pcipit suas contrarietates mediāte vna dispositiōe. pz ꝯsequētia cum minori.

Quarto.

maior vero ptz. q2 color est corruptibilis: lux vero in corruptibilis. s. celestis. ¶ Quarto arguitur ꝙ tact⁹ exigit diuersitatē dispositionū in medio. nā organū tactus ppter suam materialitatē nō posset suas spe cies deferre potētie nisi haberet dispositiones tacti uas: mediantib⁹ quibus potest deferre: sed mediū ta ctus quod est caro materialius est q̄ organū tactus ergo mediū tactus exigit diuersitatē dispositionū si cut organū. ¶ Et cōfirmat. visus non potest imuta re nisi in medio suo fuerint due dispositiones. s. dya phanitas ꝛ lumen: sed mediū tactus est materialius q̄ mediū visus. ergo plures dispositiōes q̄ duas hz

Ad pmū.

ad hoc ꝙ immutetur tactus.

Ad primum negetur cōsequētia sicut nō sequit. aer hz plures dispositiones que sunt raritas et leuitas. ergo hz plures dyaphanitates diuersitatis. cā aūt est q2 multitudo dispositionū est necessaria ꝛ multitudo potētiarum est superflua. sicut etiā multitudo dispositionū aeris est necessaria ꝛ multitudo dyaphanitatū esset superflua. Deinde nō negatur quin organū tactus possit habere plures passiones: sicut etiā aer. non tamē habet plures sensus tact⁹: sicut nec aer plures dyaphanitates.

2. de a. T. c. iii. et iiii.

Et ad phūm dico ꝙ sicut in logica ppositionē equocā vocat plures ꝙ nō sint plures ppositiōes: sed q2 sibi plura significata ꝛ plures modi significādi correspōdent. Ita sensum tactus vocat plures. nō q2 sint plures sensus tactus: sed q2 plures contrarietates ꝛ plures dispositiones sentiendi correspōdēt. Itē cū dicit pluralitatē sensuū tact⁹ stare cū vnitate medij carnei loquebatur de duobus tactibus quorū vn⁹ est identice talis ꝛ alius solū causaliter. s. gust⁹. dicit enī ibi ꝙ in lingua sunt duo tactus. s. tactus sentiens sapores ac tactus sentiens calidū. ego autē loquor in cōclusione ista solū de sensu q̄ est identice tactus.

T. cō. 6.

Ad secūdū

Deinde cū dicit phūs ꝙ vn⁹ sensus est solū vni⁹ pme cōtrarietatis. respondet ꝙ arguebat ibi persuasiue ꝛ nō determinatiue. vult tn̄ phūs ꝙ ipossibile sit aliquē sensum percipere duas cōtrarietates pmas per eandē dispositionem. ¶ Ad secundū dicitur ꝙ licet ille due cōtrarietates nō sint inuicē reducibiles: tamen reducunt in obiectū adequatū tactus ratiōe

2. de a. T. c. 108. Cō. 108.

cuius imutant potentiā tactiuā: non obstante ꝙ sit inoiatum. Et ad phūm dicit ꝙ solū intellexit oēs sensus exteriores preter tactū habere obiectū adequatum nominatū ꝛ manifestū. cōmentator autē non dixit nihil esse vniuocū qualitatibus tangibilib⁹: sed nihil esse vniuocū calido ꝛ frigido graui ꝛ leui quo ad imutationem. eo ꝙ calidū ꝛ frigidū sunt sensibilia ppria. graue autē ꝛ leue sunt sensibilia cōia: ꝛ per ma-

Ad tertiū.

xime: q2 putauit graue ꝛ leue esse de pdicamēto substantie vt ibidē asserit eodem cōmento. ¶ Ad tertiū dicit ꝙ sensus cōis est sensus interior de quo non est facta mentio. tamen cōcedit sicut percipit multas cōtrarietates nō inuicem reducibiles quo ad imutationem ita hz multas dispositiones. scz ipsos sensus exteriores: ꝛ cōsequēter dicit ꝙ albedo et nigredo licet faciāt pmā cōtrarietatem in genere coloris stricte sumpti: nō tamē in genere coloris large sumpti qđ ē obiectū adequatū potētie visiue: sed clarū ꝛ obscurū positiue sumptū ad que reducuntur albedo et nigredo: adeo organo visus solum vna dispositio correspōdet. ¶ Ad scdam autē rationem dicitur ꝙ licet lux ꝛ color magis distinguantur q̄ contrarietates tangibilium non tamen faciunt nisi vnam contrarietatē scz clarū ꝛ obscurum. ratiōe cuius vna dispositio est in organo visus qualitates autem tangibiles duas faciūt cōtrarietates scz calidū ꝛ frigidū: humidum ꝛ siccū. quare organū tactus indiget pluribus dispositiōibus. ¶ Ad quartū dicitur ꝙ organū tactus nō Ad quartū

exigit multitudinē dispositionū ratiōe sue materialitatis: sed ratiōe cōtrarietatū primarum ꝛ obiectorū particulariū non inuicem quo ad imutationē reducibiliū. mediū autem carneum nō exigit has dispositiones. q2 nō imediate deferret species tāgibiles tactui: sed organo. ¶ Et ad cōfirmationē negat consequētia: q2 aer est mediū extraneum ꝛ vt sic nō est medium visus: sed ratiōe dyaphanitatis: tactus aūt habet medium intraneū qđ vt sic est mediū tactus. Itē dicitur ꝙ caro hz in potētia plures dispositiones q̄ aer quā nanq̄ potest imutari spiritualiter sensus tactus specie alicuius qualitatis tangibilis quin tali qualitate tangibili realiter caro immutetur. hoc autem non cōtingit de aere: potest enim intētionaliter imutari absq̄ immutatione reali quare ꝛc.

¶ Caput. xxij.

De medio autem et organo tactus ꝛ ipsorum imutatiōe seqtur dicere. ¶ Ad quorū intelligētiā est notādū pmo fz phūz in lib. de sensu ꝛ sensato ꝙ organum tactus est quidā neruus incipiens a corde diffusus ꝛ ramificatus per totam corpus ad cuius imutationē imutat tactus ꝛ est coopertus carne: ad cuius imutationē imutat neru⁹ ꝛ sicut nunq̄ imutarentur visus vel auditus nisi p immutationem aeris vel sibi proportiōabilis ita nūq̄ imutatur tactus nisi per imutationē carnis vel sibi pportionabilis. Dicendū ergo ꝙ in habētibus carnem neruus est organum: ꝛ caro medium: in non habentibus autem vt in piscibus proportionabile neruo est organum et proportionabile carni est medium. primum.

Et licet cultellus immediate applicatus neruo maiorē dolorem causaret q̄ non applicatus immediate. nō tamē tollitur quin sit necessariū mediū per immutationē: q2 si neruus si in aliqua parte sui esset separatus a carne sic ꝙ posset tangi neruus nō tangēdo carnē ex tali tactu nō causaret dolor: incisione autē fit maior dolor ppter cōcursum caloris sanguinis et spirituū. Ex his sequit ꝙ nunq̄ causat dolor in sensu nisi fiat duplex imutatio. s. realis per calidū ꝛ frigidū aut aliquid huiusmodi ꝛ intētionalis q̄ est species ꝛ similitudo tangibilis. nec dolor est species vel similitudo obiecti sed q̄litas realis causata in organo in potētia ꝛ aīa per quam patitur animal passione corruptiua. Scdm. T. c. 115.

¶ Scdo notādū ex dterminatiōe Arist. ij. de anima ꝙ sensatio visus auditus ꝛ olfactus exigit mediū extraneū per se. q2 colores: odores ꝛ sonos sentimus per hoc ꝙ mouēt mediū ꝛ iterū mediū mouet nos. Sed sensatio gustus ꝛ tactus tale mediū requirit solū p accidēs: q2 sapores ꝛ qualitates tāgibiles sentimus per mediū extraneū: non quasi moti a medio illo: sed simul cū medio mouemur a sensibili: sicut patet de patiente per clipeū: q2 percussus clipe⁹ nō percutit: sed simul vtrūq̄ percutit: ita ꝙ percussio clipei non est causa pcussionis clipeati. Consimiliter mediū inter tangibile ꝛ carnē nō est causa sensatiōis tactus. q2 sine illo medio fieret sensatio. sz est mediū p accidēs inq̄tū accidit corpora se tangētia habere mediū: vn̄ cōmentator. cū dicit Arist. ꝙ in trib⁹ pmis sensibus sensibile pus mouet mediū: ꝛ posteri⁹ mediū mouet sensum: nō debet intelligi pus ꝛ posterius sz duratione successiuā. q2 color in eodē instanti mouet mediū ꝛ visum: ꝛ tamē prius medium q̄ visum. s. prioritate cause. q2 color est causa mota ꝛ mediū causa ppinqua visionis. Simili ter cū dicat ꝙ tāgibile simul Cōmē. 115

mouet mediū tactū non dz intelligi de simultate tēporis: q2 forte in aliquo instanti priori mouet mediū scz extraneū q̄ tactus sed intelligit de simultate cause: ita ꝙ mediū illud nō est causa ppinqua nec remota imutationis tactus sed tā mediū q̄ tactus imutatur a tangibili tanq̄ a causa propinqua.

*pclusio. t.c.109. **His visis** pono qtuor cōclusiones Aristo. ij. de anima. quarū prima est ista caro non est organū potentie tactiue. pbat. sensibile positū supra organū sensus non facit sensationē: sed tangibile positū supra carnē facit sensationem. ergo caro non est organū tact⁹. Si aūt alicui videretur ꝙ esset organū tact⁹ moueret̄ isto signo: qꝛ statim ad iactū carnis sentimus tangibilia: sed hoc non sufficit. qꝛ si quis circa carnē extenderet aliqͣ pelliculam aut telā subtile statim ad tactū illius sentiret̄ tangibile: ꝛ tamē talis pellis non esset organū. Et si negatur similitudo qꝛ caro est naturalis ꝛ coniuncta corpori. pellis aūt est extrinseca corpori. Adhuc istud nō suf-
T.c.109. ficit inqͭ phs: qꝛ si illa pellis fieret cōnaturalis: nō tamen propter hoc esset organū tactus: ꝛ tamē p illam statim sentiret̄ tangibile. ¶ Secunda cōclusio. caro seu ꝓportiōabile carni est mediū sentiēdi potētie ta-
Scda pclo t.c.110.111. 116. ctiue. pbat̄. excellentie tangibiliū corrūpunt aīal. et vt hec corrūpentia possem⁹ cognoscere: ꝛ cōsequēter fugere oportuit medium in tactu esse nobis ꝯiūctū ꝛ partē corporis nostri. Sed ex aere ꝛ ex aqua īpossibile est cōstare corpus animatū quia oportet firmū esse animatū corp⁹ ꝛ nō fluxibile. ergo corpus animatū cōstat ex terra ꝛ ex oībus elementis. Et qꝛ vniuersaliter tale videtur esse caro ꝛ ꝓportionabile carni que sunt partes corporis animati. ergo tale dꝫ esse me-
T.c.110. diū in tactu. vnde inqͭ phs. caro se habet ad sensationē: sicut se haberet aer si animali foret cōnaturalis: sꝫ si aer esset cōnaturalis animali esset mediū. ergo caro est mediū ꝛc. ¶ Tertia pclo. īpossibilis est immuta-
*3a cōclo. t.c.113. tio tactus nisi cōcurrat mediū extraneū. pbat̄. īpossibile est duo corpora īmediate se tāgere. ergo īter tāgibile ꝛ mediū īntraneū necesse est esse aliquod corp⁹ mediū: sed illud corpus mediū est necessario extraneū cū non sit pars aīalis. ergo antecedens arguitur. nā si duo corpora possent īmediate se tāgere. ergo in aqͣ vel in aere. nō in aqua: qꝛ datis duobus talibus necessario inter illa mediabit aqua cū inter latera illoꝝ reperiat̄ humiditas que necessario est in aqua cū nō possit trāsire de subiecto in subiectū. Consimiliter arguitur ꝙ non in aere: qꝛ ita se habet aer ad illa que sunt in aere sicut aqua ad illa que sunt in aqua licet lateat nos propter assuefactionem in aere ꝛ in aqua
Intelligendum. t.c.113. non. ¶ Intelligendum tamen ꝙ intentio Arist. est talis ꝙ impossibile est duo corpora mixta dura discontinua se inuicem tangere immediate: qꝛ aut daretur vacuum: aut aliquid eque cito moueretur ad partem remotā sicut ad partē propinquā. patet sumptis duobus corporibus duris planis si ipsa tangerent se immediate. ergo in eleuatione ipsorum aer collateralis mouebitur successiue ad centrum: ꝛ habetur primum inconueniens aut subito: ꝛ habetur scdm incō-
T.c.113. ueniens. Et ꝙ illa sit intentio Philosophi patet: qꝛ corpora celestia ꝛ duo corpora simplicia siue elementa se imediate tangunt similiter piscis ꝛ aqua. aqua ꝛ aer se imediate tangunt etiā due medietates continui se imediate tangunt ꝛ plumbū liquefactum in lapide imediate tangit eū aliter enim oporteret procedere in infinitum in corporibus medijs. ¶ Quarta
4a cōclo. t.c.117.118 119.ꝛ.120. cōclusio. organū tactus est in actu ꝛ in potētia diuersimode respectu qualitatū tāgibilium ptꝫ: qm̄ est in actu respectu ꝓprie qualitatis: ꝛ in potētia respectu qualitatum obiecti debēs em̄ sentire album ꝛ nigrū est in potētia respectu albedinis ꝛ nigredinis quam percipit: ꝛ nō respectu ꝓprie qͣlitatis. Similiter sentiens calidum ꝛ frigidum debet esse in potentia ꝛ nō in actu respectu caliditatis ꝛ frigiditatis quā percipit nō respectu ꝓprie caliditatis ꝛ frigiditatis est in potentia: qꝛ nunqͣ percipit illā. Et ex isto vult phūs
T.c.118. ꝙ organū tactus nō sentit caliditatē ꝛ frigiditatem similē sibi: sed alias intensiores: qꝛ organū tactus cōsistit in quodā medio ꝛ mediū debet sentire extrema ꝛ discernere inter illa. Ex pdictis infert phūs ꝙ tact⁹
T.c.120. est perceptiuus tāgibilis ꝛ nō tāgibilis. patet qꝛ visus est perceptiuus visibilis ꝛ inuisibilis ꝛ audit⁹ sonabilis ꝛ insonabilis ergo ꝛc. vnde cōmētator quilibet sensus est perceptiuus habitus per se: ꝛ priuationis per accidens.

Primū. **Contra** pdicta arguit̄. ꝛ primo ꝙ caro nō est mediū tactus sed organū qꝛ hꝫ meliorem ꝓportionem magis temperatā inter qualitates tangibiles qͣ alia mēbra animalis. nerui enim ꝛ ossa magis accedūt ad siccitatē qͣ caro. ergo. Et ar-
T.c.94. guitur auctoritatib⁹ Arist. nā in. ij. de aīa dicit ꝙ bonitas tactus dat intelligere bonitatē intellectus: ꝛ bonitas carnis dat intelligere bonitatē tactus. Secūdo vero de animalib⁹ dicit ꝙ ita se habet caro ad tactū sicut pupilla ad visum. ¶ Scdo arguit̄. si caro nō es-
Scdm. set organū sequunt̄ tria incōuenientia. Primū est ꝙ in
1 carne non est virt⁹ sensitiua patet: quia in carne non est virtus tactiua. Secundū qꝛ species tangibilis est
2 in carne quādo nulla fit īmutatio tactus: qꝛ si cōtingit in medijs alioꝝ sensuū. Tertiū ꝙ forma carnis
Tertium. nō est virtus organica patet: qꝛ caro non est organū alicui⁹. s. sensus. ¶ Tertio arguitur ꝙ neruus nō sit organū tactus: qꝛ vbicūqꝫ est tactus ibi est organum sed non vbicūqꝫ est tactus ibi est neru⁹. ergo maior ptꝫ. qꝛ tactus nō recipit īmutationē nisi per organū suū. minor vero est nota: qꝛ in capite est sensus tact⁹ ꝛ nō neruus. ¶ Et cōfirmatur. nā tactus dicit̄ a tan-
Quartum gendo. mō tangibile non tangit neruū cū sit coopertus carne. ¶ Quarto arguitur ꝙ tactus nō necessario mediū exigit extrinsecū. nā si aliqͥs incidit sibi digitū sentit magnū dolorē: ꝛ tamē nō est aer nec aqͣ inter
T.c.113. cultellū ꝛ carnē. Deinde fundamentū phi nō tenet cū illa glosa. qꝛ aurifices vniunt aurū argento ꝛ argentū cupro sine aliquo medio: ꝛ tamē sunt corpora mixta ꝛ dura ac discōtinuata: eo ꝙ duo diuersarū rationum non possunt inuicē cōtinuari. plumbū etiā liqͣfactū est imediatū lapidi. ergo si desiccabitur manebit imediatū illi: ꝛ tunc ābo forent corpora dura mixta discontinua.

Ad primū. **Ad primum** dr ꝙ licet caro dicat̄ humida ꝛ calida a predominio et neruus frigidus ꝛ siccus. tū neruus in quo fundatur tactus habet nobiliorē ꝓportionē qualitatū tangibiliū. Ad autoritates dr ad pmam ꝙ cōcluderet si caro
2.a.94. daret intelligere imediate bonitatē tactus. sed hoc est solū mediate. nā caro dat intelligere bonitatē tactus: qm̄ bonitas carnis arguit bonitatē nerui ꝛ neruus bonitatē tactus ꝛ tactus bonitatem intellectus. ¶ Ad scdam dicitur ꝙ Arist. in lib. de animalib⁹ locut⁹ est sm opinionē alioꝝ in libro aūt de anima sm
Ad scdm opinionē ꝓpriam vt cōmentator inquit. ij. de anima. ¶ Ad scdm dicit̄ ꝙ nō sequitur aliquod illoꝝ inconuenientiū. pmū quidem non sequitur: qꝛ licet in carne nō sit virtus tactiua. vt forma. tamen est in illa vt cōtentū in cōtinente. scdm etiā nō sequitur: qꝛ media
Ad tertiū. alioꝝ triū sensuū sunt extranea. caro est intraneū mediū. tertiū iterū non sequitur: qm̄ caro est pars organica animalis ꝛ nō alicui⁹ sensus. ¶ Ad tertium cōcedo ꝙ in capite est neru⁹ subtilis ramificatus a corde nō tamē in qualibet parte carnis est neruus: qꝛ esset penetratio corpoꝝ: sed rami ꝓcedētes a corde q̄ sunt organū tact⁹ multū propinque iacent. ideo nō fit immutatio in carne qm̄ fit in neruo. hec tamē īmutatio q̄ fit in carne subiectiue non est sensatio sed solū realis qͣlitas vel spēs sensibilis ipsius tangibilis in solo autē organo potentia ꝛ anima producitur subiectiue act⁹ sensationis. Et ad confirmationē dr ꝙ hic nō sumitur tactus pro applicatione duorum corporum inuicē: sed pro potentia tactiua vel actu ipsius ꝛ isto modo sicut visus videt visibile qͣtūcunqꝫ distans dummodo species visibilis sit in visu. ita tactus tangit tangibile quantūcunqꝫ distans dummodo species tāgibilis sit
Ad qrtum in organo. licet tangibile non tangat tactum vel organum sicut visibile non videt oculum nec visum. ¶ Ad quartum respondetur. ꝙ in scissura subintrat cum cultello aer ex omni parte eius: licet insensibilis. ita ꝙ de necessitate requiritur tale medium non requisitum ad

3ª cōclo. tia cōclusio. Nullus sensus exterior potest recte iudicare sensibile propriū et sensibile alterius sensus inuicē in vnum cōuertibiliter se hr̄e. ita q nunq̄ vnuz reperiat sine alio: pter: qm̄ lz in aliquo semper reperiantur simul. vt in lacte dulcedo et albedo: et in colera amaritudo et rubedo: tamē in aliquib⁹ separant: mel enim est rubeū et non amarū. similr lignū est albuz et nō dul
4ta cōclo. ce. ¶ Quarta conclusio. Natura ordinauit sensibilia cōmunia sentire a pluribus sensibus, ppter meliorē et distinctiorē cognitionē sensibiliū: nā si natura ordinasset q solo visu cognoscerem⁹ magnitudinē: crederemus magnitudinē et colorē esse idem: qd̄ est impossibile: et ptz cōsequentia: q2 non haberemus aliū sensuz
Cōmē. 13. per quem possemus cognoscere illa distingui. ¶ Intelligendū sm̄ Cōmen. q q2les est puatio motus. et multitudo est puatio vnitatis priuatio cōmunia sensibilis est eque per se et essentialr perceptibilis sicut ipsum sensibile cōmune.

Primū. Contra pdicta arguit. Et primo q sensibili cōi corrñdet ppuum sensitiuū, nam sensus cōis est vn⁹ sensus et vnitas sensuū est ex vnitate obiti sicut etiaz distinctio. ij. de aīa. ergo sensui cōi corrñdet vnū obiectū adequatū sibi ppuum qd̄ nō videtur esse nisi sensibile cōe. Et cōfirmat: quilibet sens⁹ exterior hz propriū et adequatū obiectū. et intellectus hz ppuum et adequatū obiectū. ergo p idem sensus
Scdm. cōis. ¶ Secūdo arguit q numer⁹ non est sensibile p se nec vnitas: quia noticia nūeri dependet a noticia alterius. s. vnitatis: et cōtinui. ergo sentit per aliud. lō
T. c. 133. non sentitur per se. añs ptz. q2 nō potest sentiri nūer⁹ quin sentiatur vnitas sed nō ecōtra. Et phs. ij. de anima dicit q numerus cognoscit per negationē ɔtinui. De vnitate autē ponat a. continuū videri a te: et q tēpore visiōis impceptibilr diuidat nulla aliqua adueniēte trāsmutatiōe. isto posito arguitur sic. Ista visio que prius erat in te adhuc remanet in te: et nō manet illa vnitas. ergo illa vnitas non per se cōcurrebat ad visionē. Item argumentum pōt fieri de motu et quiete sic. visio coloris semp est eadem nūero siue sor. moueat siue sortes quiescat. ergo nec motus nec q̄es per se cōcurreret ad illam visionē: patet ɔña: quia omne agens per se cōcurrens ad aliquē effectū dependentē in fieri et in facto esse si desinit a sua actione et effectus desinit eē: sicut patet de lumie et corpe luminoso. aññs aūt est manifestū: quia cōtinue manet idē color.
Tertium. ¶ Tertio arguit q motus nō est sensibile per se. tū q2 sensatio fit subito et motus successiue: tū quia nulla pars motus cōcurrit effectiue ad sensationē eo q vna est pterita et alia futura: quarū nulla est: tum q2 null⁹ sensus exterior hz cognitionē pteriti et futuri: mō non cognoscit motus nisi cognoscat z modo eē esse in aliquo situ: et prius fuisse in aliquo situ: et posterius esse i aliquo situ: tū quia aliquis est mot⁹ qui nō pcipit ab aliquo sensu exteriori. s. motus celi quo ptransit vnus
Quartū. gradus in centū āniis: et mot⁹ sagitte velocissime mote. ¶ Quarto arguit q quies est euidētius cognoscibilis q̄ mot⁹ dupl'r. primo q2 est maioris pfectiōis: cū sit finis motus: et pncipalius intēta q̄ motus: modo sicut se habet res ad esse: ita se hz ad cognosci. ij. meta.
T. c. 4. scdo quia pauciores deceptiōes cadūt circa quietē q̄ circa motū: iudicamus eñ circulū ignitum in aere p motū q̄ nō est in aere: vbi per quietē non decipit sensus. Ideo inqt phs. vij. phy. q in quiescēdo et sedendo sit animus prudens.

Ad primū. Ad primum dr q nullum sensibile cōe est obiectū propriū sensus cōis: quia nō est maior ratio de vno q̄ de alio: nec recipiūt sensus vl'es vnitatem vel distinctionem ab obiectis: sed soluz particulares: et ita intellexit Pha. sensus eñ vniuersales habent vnitatem ex organo et ex natura rei. Et ad confirmationem negetur cōsequētia: quilibet sensus exterior est sensus particularis et sensus cōmunis est sensus vniuersalis; Etiam intellectus est potētia non organica: sensus vero cōmunis est poten
tia organica. ¶ Ad scdm negetur hec ɔña. numerus Ad scdm.
sentitur p vnitatem et ɔtīnū per aliud. ergo non p se: q2 sicut figure noticia dependet a noticia magnitudinis: et tamē figura sentitur per se: quia active cōcurrit ad immutationem sine qua nō posset haberi noticia terminata de aliquo obiecto: ita numerus sentitur per se: q2 per se concurrit ad immutationem sine quo nō posset haberi noticia multorū: euidenti⁹ tñ et principalius concurrit ad sensationē vnitas q̄ numerus. Consimiliter dr q lz numerus cognoscatur per diuisionem siue negationē continui: tñ cognoscitur per se: quia stat ipsum cognosci non cōcurrente diuisione cōtinui Aristo. tamē non dicit q per diuisionē conti
nui: sed per negationem. Cōmenta. autē per priuatio T. c. com
nem. i. ex eo q aliqua sunt vnum et obijciuntur sensui 133.
bene disposito ceteris parib⁹ cognoscit illa esse multa. ¶ Ad argumētum de vnitate dr q illa visio imperceptibiliter desinit esse: sicut impceptibiliter diuidit illud continuū: et generātur due visiōes sicut due vnitates: nec manet idem color: sed desinit esse ad desinitionem cōtinui: licet sensus iudicet illum esse colorez priorē et in hoc decipitur. Et ad rationē de motu et quiete negetur ɔña: quia illa visio continue fit a colore: a quiete autem et motu fit successiue per partes temporis: nec est in cōueniens eūdem effectū sic depēdentez in fieri et in facto esse a duabus causis fieri successiue. Dato eñ q sortes per medietatem vnius hore traheret vnam nauim: et plato per aliam medietatē: talis motus fieret a sor. et platone. a sor. in prima medietate: et a platone in secūda medietate: sed debuit sic argui. si sortes non moueretur: nec quiesceret nō minus
esset illa visio. ergo non per se cōcurrūt ad illam. ɔña
est bona: sed añcedēs est impōssibile. ¶ Ad tertiuz dr Ad terti
q lz motus fiat successiue: tamē q2 non cōcurrit per se et primo: sed sensibile proprium nō tollitur quin sensatio subito fiat. Deinde dr q ad illam infinite partes motus concurrūt actiue non quidem non existētes: sz pñtes composite ex pte pterita et parte futura. Item cōceditur q nullus sensus exterior potest cognoscere motum nisi ad hoc cōcurrat memoria et extimatiua. et ita habet noticiā pteriti et futuri nō p se: sed p vnionē ad memoriam et extimatiuam: in quib⁹ sunt species cum differētijs temporū. Et ɔñr dr q nullus sensus exterior percipit se solo talem motum celi vel sagitte: sz solum per vnionem ad intellectum discernētē successionē talis motus vel dicitur q si talē motū nō potest percipere sensus ratiōe tarditatis vel velocitatis sufficit q potest percipere alium eiusdem speciei. ¶ Ad
quartū dr q solum pbat quietem esse magis notam Ad quartū.
nature q̄ nobis: et hoc cōcedit: motus tamē est nobis magis notus. Et sic in casu illo decipit sensus ppter motum: in alio vero decipit ppter quietem: qm̄ interdum res apparet minor ppter quietē. ¶ Intelligen
dum q Cōmen. ij. de anima ponit sensibilia cōia iō p C. c. 133.
se sentiri: quia sunt suba sensibiliū pprioz: quod non debet intelligi de subo inherētis vel denoīationis: q2 tūc suba sentiret per se: sed de subo immutatiōis: et q mediantibus his subiectiue imutant sensus sensibilia propria: quare et c.

¶ Caput. xxvij.

Uia sensus exteriores seipis non sentiūt sensibilia per accñs: nec etiam omnia sensibilia per se sine iuuamine sensuū interioz: ideo de his ad maiorē noticiā dictoz est ɔñr dicendū siue determinādū. ¶ Notā
dum primo q sensus cōis est aliquo mō idem cū quo Primum.
liber sensu: et aliquo mō dñs. nam vt vnū visui p immutationem factā ab eo in sensu cōmuni sensus cōis est idem cum visu et dñs ab auditu: vt autē immutatur ad auditu est idem auditui et dñs a visu: ex agēte eñ et patiente fit vnū. vnde sensus cōis se habet respectu pticulariū inqt Alber. ij. de anima: sicut centrū

respectu circuli. quia sicut centrū recipit omnes lineas
a circūferentia exisientes: ita sensus cōis recipit oēs
immutatiões sensuū particulariū. Cognoscit eni im-
mutationē auditus ĩmutationez visus: ⁊ sic de alijs.
Et sicut centrū circuli vt est terminꝰ a. linee est illi idē
⁊ dñs a. b. linea: ⁊ vt est terminꝰ b. linee est idē illi et
differēs a b a. Ita sensus cōis vt immutat a visu est
idem illi ⁊ dñs ab auditu. ⁊ vt immutat a b auditu ē
idem illi ⁊ differens a visu. Ex quibus sequitur ꝙ sicut
visus non sentit se videre: ita sensus cōis non perci-
pit se percipere: quia nullus sensus suam ꝑcipit pro-
priam immutationē cum nō sit reflexiuus supra se ra-
tione materialitatis. Immutatio eni visus nō perci-
pitur a visu: sed a sensu cōi. ⁊ immutatio sensus cōis
Secūdū. non ꝑcipitur ab eo: sꝫ ab imaginatiua ⁊ extimatiua.
¶ Scđo notādum ꝙ sensibilia tam ꝑ se ꝙ̄ per accñs
sunt in triplici drīa: qm̄ aliq̄ sentiunt per se ⁊ ꝑmo.
vt sensibilia ꝓpria quedā vero per se ⁊ nō primo: sed
ab oibus sensibus exterioribꝰ vt sensibilia cōmunia.
Et quedam per se ⁊ nō primo: sed solum ab vno sensu
vt partes subiectiue sensibiliū propriorū. nam albedo
⁊ nigredo per se sentiūtur a visu. Item sensibiliū per
accñs quedā sunt simplr̄ talia. s. que sentiūtur ꝑ accñs
a quolibꝫ sensu vt substātia: quedā vero sentiūtur per
accñs ꝓm quid positiue. s. que sentiūtur per se ab vno
sensu exteriori ⁊ ab alio ꝑ accñs: vt amaritudo ⁊ dul-
cedo respectu visus: quedam sentiūtur per accidens
ꝓm quid priuatiue ⁊ negatiue: ⁊ a. s. que sentiūtur ab
vno sensu exteriori per accidens. et a nullo ꝑ se vt te-
nebra respectu visus: ⁊ silentiū respectu auditus.
1ª 9clo. Cō. 136. **Hisvisis** pono quatuor cōclusiones Arist.
ij. de anima. quarū prima est ista
eidē obiecto possunt plures sensꝰ corrñdere. patet: qz
ꝓm Cōmē. ibidem. eodem sensu videmus colorem et
percipimus nos videre colorem: sed sensu visus solū
nō percipimus nos videre colorem. ergo alio sensu: et
per ꝯñs duo sensus percipiūt colorem. s. visus et sen-
sus cōmunis ⁊ hoc per se: quia duo sensus exteriores
nō possent ꝑ se sentire colorē: sed si vnus ꝑ se alter sen
tiret per accidens: sensibile tamē cōmune duo sensus
exteriores sentirent per se: sed nō primo vt liquet.
2ª cōclo. T. c. 13. ¶ Secūda cōclusio. idem sensus potest esse diuersorū
obiectorum: sed diuersimode patet. nam visus perci
pit lumen ⁊ tenebraz: tamē aliter ⁊ aliter: qm̄ percipit
lumen per se ⁊ positiue. tenebram autem per accidēs
⁊ priuatiue. vñ sensui cōmuni per se corrñdent omnia
sensibilia cōmunia ⁊ propria: quia aliter non poneret
differētiā inter illa: per accñs autem omnes priuatio
nes sensibilium propriorum: sensui autē eidem exte-
riori triplex obiectum corrñdet per se. s. cōmune: pro-
prium: adequatum: ⁊ proprium non adequatum. Et
etiā triplex per accidens. s. commune vt substātia: ⁊ ꝓ
tertia 9clo T. c. 138. prium vt priuatio: ⁊ ꝓm quid positiuū vt dulcedo re-
spectu visus. ¶ Tertia cōclusio. organum visus est ali
quo modo coloratum. ꝓbatur tripliciter: primo quia
recipit colorē. ergo aliquo modo denominatur ab eo
secūdo qz aliter in absentia colorum exteriorum non
posset fieri iudicium de colore: quod est cōtra experiē
tiā ⁊ pꝫ cōsequentia: quia si color nullomodo esset pre
T. c. 20. sens non posset fantasia aliquo modo moueri. Ter-
tio cum idē sit actus mobilis ⁊ motiui. iij. phy. oportet
ꝙ specificetur ab vtroqꝫ: eo ꝙ ab agente dr̄ actio et a
patiente passio. ergo cum idem sit actus sensibilis et
sentiētis. ij. de anima. oportet illū specificari ab vtro
qꝫ: ⁊ per consequens sensatio existens in oculo rōne vi
sus dicitur visio ⁊ ratione coloris dicit̄ coloratio. er-
go suum subiectum aliquo modo denoiat coloratū
Cō. 138. vñde vult Cōmenta. ꝙ tam forma visus ꝙ̄ visibilis
dicit̄ color: sed diuersimode. visio eni est color intētio
nalis. Et forma a qua producit̄ est color realis. Et no
tāter dicitur in cōclusione aliquo modo qz ille termi
nus significans equiuoce aliqua duo: vnum absolute
⁊ reliquum respectiue dicit̄ simplr̄ de absoluto ⁊ cum
additamētis de respectiuo sicut eni hec est vera. hoc
est animal. demōstrando hoiem: sed nū demonstran-
do picturā aialis: est illa falsa: sed bene istā. hoc est aial
depictum: seu aialis silitudo. Ita hec est vera. hec est
color demōstrādo colorem realem: sed hec nō est vera
demonstrādo similitudinem eius: sed solum ꝙ hec est
color intētionalis seu silitudo coloris. ideo nō debet
concedi simpliciter ꝙ organum visus est coloratum:
sed ꝙ est aliquo modo coloratū. s. intētionaliter.
¶ Quarta cōclusio. eodē sensu sentimꝰ ⁊ sentimꝰ nos Qrta 9clo. T. c. 138.
sentire. pꝫ qz aliter ꝓcederemꝰ in infinitū in sensibꝰ
eodem enim visu simpliciter videmus ⁊ percipimus
nos videre. nam per potentiā visiuam passiue vide-
mus colorem ⁊ per eandē actiue immutādo sensuꝫ cō
munem ꝑcipimus nos videre colorem Similiter et
eodem visu ꝓm qđ: qui est sensus cōis videmus ⁊ ꝑci
pimus nos videre colorem: qz sensus cōis percipit co
lorem et visionem coloris exñtem in potentia visiua.
ita ꝙ visus exterior nō ꝑcipit se videre colorē. sꝫ sen-
sus cōis percipit visum exteriorē percipere colorem.
¶ Ex quibus sequitur ꝙ non eodem modo potentia
visiua ⁊ sensu communi percipimus nos videre colo
rem. patet cōsequentia: quia potētia visiua percipi-
mus nos videre colorem actiue pro quāto immutat
sensum cōem: sensu autem cōi percipimus nos vide-
re colorē passiue: pro quāto sensus cōis tam a visu ꝙ̄
a colorē immutatur.
Contra ꝓdicta arguit̄. Et primo ꝙ nō stat
idētitas obiecti cuꝫ multitudine po Primū.
tentiarum: nec ecōtra: nam immutatiões illorum sen
suū ꝓuenientes ab illo obiecto aut sunt eiusdē ratio
nis aut non: si primum. ergo etiā illi sensus sunt eius-
dem rōnis: qz potētie distinguūtur per actꝰ. ij. de ani-
ma. ⁊ per ꝯñs sunt vnus sensus. si secūdum. ergo idē
inq̄ꝫtum idem nō semꝑ facit idem. qđ est cōtra Phm.
ij. degñatione Cōsimiliter arguit̄ ꝙ cū vnitate sensꝰ T. c. 33. T. c. 55.
non stat multitudo obiectorū. quia illa obiecta aut
sunt eiusdem rōnis aut diuersarū. si primū. ergo sunt
vnum obiectū. si scđm. ergo immutatiões illorū sunt
diuersarū rationū. ⁊ per cōsequēs sensus sunt diuersa
rū rationum. ¶ Et cōfirmat̄. nullus sensus potest hr̄e
nisi immutatiões eiusdē rationis: sed diuersorū obie
ctorū necessario immutationes sunt diuersarū ratio
nū. ergo nullus sensus potest hr̄e plura obiecta: tenet
cōsequēa cū minori. quia diuerse cause in spē ꝓdu-
cunt diuersos effectus in spēi: maior pꝫ inductiue.
nam oēs immutatiões visus sunt eiusdē rōnis: quia
formaliter immutant sub ratione coloris. vnde ꝓ to-
to videt̄ esse sententia Aristo. ij. de anima ꝙ potētie
sumūt vnitatem ⁊ distinctionē ab obiectis. ergo mul
tiplicatis obiectis multiplicabuntur pōtētie ⁊ econuer Secundū
so. ¶ Secūdo arguit̄ ꝙ sensus nō sit perceptiuus sui
ꝓuatiui. nam omnis ꝑceptio est cognitio. ⁊ ꝯñr silitu
do cogniti. si ergo visus percipit tenebrā. ergo habet
similitudinem tenebre. ⁊ per ꝯsequēs tenebra est ens
positiuum. qđ est cōtra philo. ⁊ Cōmen. ij. de anima. T. c. 70. T. c. 51.
Item data parte affirmatiua seqr̄ ꝙ sensus exteri-
or actiue cōcurrit ad proprium actum. ꝯñs est contra
phm. ij. de anima. Et ꝓbatur consequētia. nam nullo
existente lumine visus ꝑcipit tenebram: sed ad illam
visionem nō cōcurrit color lux vel lumen: quia ꝓsup-
pono hic esse absentiā: nec etiā tenebra: qz esset ens po
sitiuum et sentiret per se. ergo sola potentia visiua cō
currit ad illā perceptionē actiue. ¶ Tertio arguit̄ ꝙ Tertiū
silitudines colorum sunt colores reales: primo: quia
inuicē contrariant̄ cuꝫ sint a causis contrarijs. s. albe
dine ⁊ nigredine. Secūdo qz ex his fiūt colores medij
si eni misceantur species lucis: ⁊ fumi nō iudicabitur
album: nec nigrū sed rubeum: etiā si vitrū croceum et
azurū inuicem supponātur non iudicabitur croceuꝫ:
nec azurū sed viride. Tertio qz manēt in oculo in ab
sentia visibilis. nam post fortē aspectū ad niuē vel lu
minosum valde splendidū apparet ꝙ obūciatur idē
corpus non obstāte ꝙ sit absens. ¶ Quarto arguit̄ ꝙ Quartum T. c. 16.
aliqs sensus percipit seipsuꝫ sentire: ⁊ hoc per rōnez
Aristo. ij. de anima: quia aliter ꝓcederetur in infinitū
in sensibꝰ. nam si nullus sensus ꝑcipit se percipere

cuiuslibet sensus pceptio cognoscit. & quocunq; sensu
Com. 16. dato oportebit dare sensu3 superiorẽ percipiẽtẽ ope
ratione illi⁹ inferioris. ¶ Et ideo inquit Cõmen. ibidẽ
q̃ per eandẽ virtutẽ cõprehẽdimus obiectũ primum
& cõprehẽdimus nos comprehendere illud.

Ad primũ **Ad primum** dr̃ q̃ imutatiões sensus cõ
munis & visus facte a colo
re sunt diuersa32 rationũ. veru3 est tñ q̃ color diuersi
mode cõcurrit ad illas imutatiões. nã ad visionem
cõcurrit vt agẽs totale: & ad imutationẽ sensus cõis
vt agẽs partiale: qr agẽs imediatũ est visio. ¶ Con
sequẽter est dicẽdũ q̃ non in quibuscũq; obiectis di
uersa32 rationũ correspõdent imutatiões diuersa32
rationũ: & hoc quãdo illa obiecta scd̃m ordinẽ sic se ha
bent q̃ vnũ agit mediãte alio vel sub ratiõe illi⁹. cu3
em̃ albedo imutat visum: tria obiecta cõcurrunt sc3
magnitudo: color & albedo: & solũ vna imutatio: quia
magnitudo imutat mediãte colore: & albedo sub ra
tione eiusdẽ. Et ad ꝯfirmationẽ nego q̃ nulli⁹ sensus
possit habere nisi imutatiões eiusdẽ ratiõis: qr sen
sus cõis percipiẽs oĩa sensibilia ꝓpria h3 imutatiõ
nes diuersa32 rationũ: imutatiões aũt albedinis & ni
gredinis sunt diuersarũ rationũ l esse specifico: & eius
dem rationis in esse generico. sicut etiã albedo et ni
gredo. Arist. autẽ voluit q̃ potẽtie exteriores sumãt
vnitatẽ & distinctionẽ solũ ab obiectis adequatis et
ꝯuertibilibus. ¶ Ad scd̃m dr̃ q̃ nõ omnis perceptio
Ad secũdũ vel cognitio est silitudo. nã de deo vel materia pma
habem⁹ cognitionẽ & nõ similitudinẽ qr non causata
ab illo & ita dicat̃ de tenebra. Et ex hoc soluitur aliud
argumentũ q̃ l3 visus sit potẽtia pure passiua respe
ctu silitudinis coloris: nõ tamẽ respectu cuiuscunq;
cognitiõis: eo q̃ ad cognitionẽ vel iudiciũ tenebre &
Ad tertiũ. dulcedinis actiue cõcurrit: sed verũ tum auxilio po
tẽtie interioris. ¶ Ad tertiũ dr̃ q̃ silitudines albi & ni
gri sicut nõ sunt colores simplr̃: ita nõ sunt contrarie
simplr̃ sed solũ intẽtionalr̃. i. sunt silitudines contra
rio32. Etiã ex his nõ generant̃ nisi apparẽter colores
mediỹ. vnde si spẽs albi & nigri misceant̃ inuicẽ in eo
dem medio sine fractiõe videbit̃ albũ & nigrũ si autẽ
erit fractio cũ victoria alteri⁹ sic totũ apparebit sub
colore vnius illorum: si enim lumen trãseat per fene
stram viridem totum apparet illius coloris: si autez
absq; victoria apparebit color medius. Consimiliter
dicitur q̃ in absentia obiecti non manet spẽs in sen
su exteriori: qr tũc videret̃: audiret̃ & tangeret̃ qđ non
est verum. Et ad ꝓbationẽ respõdet̃ q̃ per illa sensi
bilia excellẽtia derelinquũtur in oculo quedã quali
tates manẽtes per tẽpus post absentiã illo32: & q̃diu
manet sensus cõis retinet similitudines eorum obie
ctorum iudicans de ipsis ac si essent. Sicut etiã per
Ad quartũ ipsum fit iudicium de circulo ignito in aẽre: & nõ per
aliquem sensum exteriorem. ¶ Ad quartũ neget̃ ꝯña
qr sicut directe fiunt imutationes versus memoriam
ita retrograde versus sensum cõem: fantasia em̃ co
gnoscit immutationẽ sensus cõis extimatiua imuta
2.a.136. tionem fantasie: e cõuerso autem fantasia cognoscit
imutationẽ extimatiue: & sensus cõis percipit imuta
tionem fantasie. ¶ Et ad Cõmenta. dr̃ q̃ licet per eã
dem virtutem tam interiorem q̃3 exteriorem compre
hendamus obiectum & comprehendamus nos com
prehendere illud non tamen aliqua virtus compre
hendit se comprehendere obiectum: sed comprehen
dit immutationem obiecti: non quidem in se sed in
alia virtute vt dr̃. tum. est quare &c.

¶ Caput. xxviij.

primum; 2.h.c.136. vsq; ad. 150 **Demodo** se habendi specierũ &
imutationũ inuicẽ in
sensu est in hoc capitulo declarandum.
¶ Pmo notandum. scd̃m Cõmen. & Ari
sto. ij. d anima q̃ quadrupliciter differt
sensus cõis a sensu particulari. pmo qr
nullus sensus particularis sentit p se sensibilia pro
pria alteri⁹ sensus sed sensus cõis p se sentit oĩa sen
2 sibilia ꝓpria oĩum sensuũ particulariũ. Scđo qr nul
lus sensus pticularis ponit drĩa3 per se nisi inter sen
sibilia eiusdẽ generis: ita q̃ visus non distinguit p se
nisi inter colores & olfactus inter odores: sed sensus
cõis p se ponit drĩam inter omnia sensibilia omniũ
sensuũ: ponit em̃ drĩam inter album & dulce & inter sa
porem & sonu3. Tertio quia q̃libet sensus exterior im 3
mediate cognoscit sensibile sine indigentia alicuius
prius cogniti vel prius cognoscentis: sed sensus cõis
nõ cognoscit sensibile nisi mediante aliquo prius co
gnoscẽte. s. sensu exteriori & aliquo prius cognito. s. spe 4
cie vel imutatione alicui⁹ sens⁹ exterioris. Quarto qr
nullus sensus exterior cognouit ꝓpriam sensationez
suam: nec alterius sensus: sed sensus cõis cognouit
omnes sensationes omnium sensibilium exteriorum
vt visionem auditionẽ & huiusmodi. ¶ Secũdo notã Secũdũ
dum q̃ ad visionẽ vel ad aliquã sensationem non suf
ficit debita distantia inter potentiam & obiectũ: sed
cum hoc reqritur multiplicatio speciei in medio & in
organo: aliter em̃ in vacuo viderẽtur stelle qđ est cõ
tra phm̃. ij. de anima imo non cõtingeret memorari T.c.47.
vel reminisci: qr nulla esset spẽs in sensu q̃ posset mo
uere potentiã. quatuor enim expientie declarat̃ hu
iusmodi multiplicatio specierũ in medio & in organo.
Prima est de denario exñte in ꝓfundo aque appente p.
in supficie ꝓpter reflexionẽ & refractionem ex ꝯtactu
alterius mediỹ discõtinui. Scđa expientia est de sole 2
irradiãte supra aquã motam: qr a visu apparet mul
tiplex ꝓpter multitudinẽ fractionũ speciei solis in a 3
qua mota. Tertia experientia est de baculo recto pro
iecto ad quã qui videtur fractus ratione fractionis 4
speciei a medio densiori ad mediũ rari⁹. Quarta ex
perientia est de ymaginatione speculi aut oculi: aut
nube visa in pariete trãseunte a radio solari per vi
trum rubeũ. In speculo nanq; & in oculo causat̃ yma
go silis aspicienti in illo: & hoc solũ rõne speciei refle
xe: sol etiã causat rubedinẽ apparentẽ in muro dum
radius transit per vitrũ rubeum: & hoc solum rõne re
flexiõis radiỹ & speciei solis: quare. &c.

His intellectis sit hec prima cõclusio. 1ª ꝯclo.
actus sensibilis qui ẽ
sensatio subiectiue fundatur in sensitiuo. Istam con
clusionẽ ponit Aristote. ij. de anima qua3 ipse probat T.c.139.
sic motus actio & passio fundantur subiectiue in patien T.c.204.
te & non in agente. iij. physic. sed sensatio est passio. er
go. ¶ Intelligendum q̃ non eodem modo transit im
mutatio sensibilis speciei: et actus sensationis: spẽs
nanq; primo immutat medium: secundo organum:
tertio potentiam: & quarto animam: actus autem sen
sationis primo immutat potentiã secũdo organum
tertio animam. & quarto compositũ ex omnibus his
quibus sequitur primo q̃ primum sentiens in habitu
est organum: & primum in actu est potentia: quia pri
mum viuens recipiẽs spẽs est organum: & primũ re
cipiens sensationem est potẽtia. Secũdo sequitur q̃
tam actu q̃3 habitu principaliter sentit compositũ q̃3
anima: & anima potentia & organum: quia anima est
ꝓpter compositum & potẽtia cum organo ꝓpter ani
mam: modo operatio principalr̃ attribuitur fini q̃3
ei quod est ad finem. ¶ Secũda conclusio. eadem spe 2ª ꝯclo.
cies numero sensibilis fundatur in organo medio & T.c.141.
potentia sensitiua. patet: quia aliter actus vnius sen
sationis non fieret per vnam mutationem continuã.
consequẽs falsum. & patet consequentia: quia fieret
per multiplicationem duarũ specierum que nõ essent
cõtinue: sed contigue: cum vna foret in medio: alia in
organo. dico ergo q̃ eadem species numero solis vel
lune est in celo: in igne: in aere: in aqua: in organo: et
in potentiis visiua subito multiplicata hñs partem &
partes: sed non partem extra partem. terminata qui
dem exclusiue ad sensum cõem: ita q̃ in sensu cõmuni
est alia species q̃3 in sensu exteriori. ¶ Tertia ꝯclusio. 3ª ꝯclo.
species existens in sensu exteriori & spẽs existens in
sensu cõi & spẽs existẽs in sensu particulari eiusdẽ ob
iecti specifice drñt. pt3: quia hñt obiecta diuersa32 spe
cierũ p se pmo mouẽtia: spẽs enim exñs in sensu cõi

representat immutationem alicuius sensus exterioris per momētum obiecti primi: species autem existens in sensu exteriori representat aliquam immutationem sensus: sed formā realem sensibilem vt obiectum primum. Ex ista conclusione sequitur ꝙ immutatio sensus communis ⁊ sensus exterioris non possunt esse eiusdem rationis: ptz: quia respiciunt terminos diuersarum rationum: immutatio enim sensus exterioris non respicit nisi sensibile: ſ3 imenutatio sensus cōmunis respicit immutatiōe3 sensus exterioris.

Quarta conclusio. 2.c.141.

¶ Quarta conclusio: species existētes in sensu cōmuni vel particulari a sua sensatiōe numeraliter distinguitur atq3 spēprima pars ptz: quia manente specie sensatio corrūpitur: quia manēte specie visibili visio corrumpitur: ⁊ hoc corrupta potentia visiua vel desinente aduertere. vnde sensatio est effectus immediatus speciei sensibilis ⁊ spēs sensibilis est imediat⁹ effectus forme realiter. Secunda pars declaratur: nam in latitudine causarum efficientiū essentialiter ordinatarum nunq3 prior est eiusdē speciei specialissime cum posteriori. vt ptz de luce ⁊ de lumine: ſ3 spēs sensibilis et sensatio sunt hmōi: quia stat reperire spēm sensibilem sine sensatione ⁊ non econuerso ⁊c.

Primum.

Contra predicta arguit. Et primo ꝙ species sensibilis non fundatur in potentia: quia si sic. ergo mouet ⁊ immutat potētiā sensitiuam q̃ primo est in ea: ptz cōsequentia: q2 sicut organum immutat a specie sensibili: ita potentia sensitiua ab eadē specie: tunc sic: species sensibilis mouet ⁊ immutat potētiā sensitiuā q̃ primo est in ea: ſ3 potētia mota ⁊ immutata cognoscit: ergo ꝑter spēm sensibilē nō videt alius actus immutationis: qđ est contra quartam cōclusionem.

Secundū

¶ Secundo arguit ꝙ nō eadē spēs numero fundat in medio ⁊ in organo: quia aliter sequit ꝙ aliquid erit post sui corruptionē: cōsequēs est impossibile: vt ꝓbatur ꝯña ponēdo ꝙ sortes ⁊ pla. videāt a colorē: ⁊ arguit sic. Spēs visibilis a. est in oculo vtriusq3 illorum: q2 nō est maior ratio de vno q̃ de alio. ergo corrupto sor. ⁊ manēte platone ⁊ vidente a. corrumpet spēs a: quia ad corruptionē subiecti sequitur corruptio accidētis: sed q̃diu videbit pla. a. tandiu manebit spēs. Itē3 dicitur cōiter ꝙ spūalior ⁊ purior est species in organo q̃ in medio sed nihil est purius ⁊ spūalius seipso ergo non eadē spēs est in medio ⁊ in organo.

Tertiū

¶ Tertio arguit ꝙ spēs existētes in sensu communi ⁊ exteriori respectu eiusdē obiecti nō sunt diuersarū rōnum: q2 si non esset eadem spēs visibilia numero in aqua ⁊ in aere respectu eiusdē obiecti: non ꝓpter hoc ille species essent diuersarū rationū: ergo pariformiter: nec ille q̄ sunt in sensu cōmuni ⁊ in sensu exteriori: ptz consequentia: quia aqua ⁊ aer eque bene differūt specie: que forēt subiecta ipsarum specierū existētiū in medio: sicut organa sensus exterioris ⁊ cōmunis: immo magis ꝯueniunt hic organa q̃ illa elemēta: quia ista ordinant ad vnū: ⁊ habēt eandem animam per applicationē: elemēta autē non habent eandē formā.

Quartū.

¶ Quarto arguit ꝙ spēs sensibilis nec specifice nec naturaliter differt a sua sensatione: q2 forme representatiue eiusdē obiecti omnino nō distinguuntur specie: ſ3 visio ⁊ sua spēs visibilis representat idē obiectū omnino. ergo ⁊c. patet consequentia cum maiori: quia nō apparet vnde distinguerent breuiter vero est nota eo ꝙ visio a. albedinis ⁊ species eiusdē albedinis solū illā albedinē representāt. Deinde arguit ꝙ non differūt numero nā dum potētia cōuertit ad spēm: aut species percipit actualiter: aut ꝑ illam actualiter percipit obiectum nō primū: q2 species non percipit a sensu exteriori. ergo secundum: et per consequens illa species est vitalis perceptio ⁊ cognitio obiecti.

Ad primū.

Ad primum dicitur negando consequentiam: vñ nō quādocūq3 spēs sensibilis est in organo immutat potētiā sensitiuā: ſ3 preexigit cōuersio potentie ad illam spēm: potest eñ esse illa species ita remissa aut anima ita aduertens ad alia ꝙ per spēm existentem in organo non immutabit potētia: vbi autem spēs fortia sit et anima non multū attenta ad alia: statim ex natura rei potentia conuertitur ad speciem ⁊ immutat a specie sensibili.

Ad scdm.

¶ Ad scdm neget cōsequentia: ⁊ dica ꝙ corrupto sor. nō est corrupta species a. coloris: ſ3 desinit esse in sor. ⁊ manet in pla. Et cū dicit: ad corruptionē subiecti sequitur corruptio forme accidentalis. verum est si illa forma depēdet a tali subiecto in facto esse qđ non est verū de specie sensibili sicut eñ anima indiuisibiliter existēs in corpore nō corrūpitur ad corruptionē partis in qua est: ſ3 solum desinit esse in illa: ita in proposito. Et ad cōfirmationē neget consequētia: q2 non sequitur: hec species in hoc situ est purior seipsa in illa ergo idem est purius seipso seu species est purior seipsa: quia arguitur a ſm quid ad simpliciter. vnde sicut intensio ⁊ remissio speciei attenditur penes appropinquationem ⁊ distantiam ad obiectū: ita puritas ⁊ impuritas eiusdē attenditur penes appropinquationem ⁊ distantiam ad potentiā: sicut enim eadem spēs numero q̃to ꝓpinquior obiecto tāto est intensior: ⁊ q̃to remotior tanto remissior: ita eadem species q̃to est propinquior potentie tanto est purior: et q̃to remotior tāto impurior. Ex quo sequitur ꝙ species sensibilis vbi est remissior ibi magis pura.

Ad tertiū.

¶ Ad tertiū dicit negādo ꝯsequētiā: q2 diuersitas specifica nō est tm̄ rōne subiectorū: sed per maxime ratōe obiectorum: modo ille species que forent in aqua ⁊ in aere non haberēt diuersa obiecta: sicut spēs existētes in sensu cōmuni ⁊ in sensu particulari.

Ad q̄rtū.

¶ Ad quartū negetur prima pars antecedētis: et dicitur ꝙ distinctio specifica illaꝝ nō sumit ex distinctione obiectoꝝ: sed ex diuersitate modorū significādi. nā spēs representat habitualiter obiectū suū: sensatio aūt aut cognitio representat actualiter illud: sicut enim alteratio ⁊ generatio sunt ad eandē formā substātialē ⁊ eñ essentialiter differūt: q2 generatio est finis alteratiōis: ita species sensibilis ⁊ act⁹ sensationis sunt ad eandē formā respectu eiusdem obiecti: tamē specifice differunt quia spēs ordinant in actū tanq̃ in finem. Ad aliud dicitur ꝙ dum potētia cōuertitur ad spēm per illam actual'r percipit obiectū: ⁊ ex quo nō sequit ꝙ illa species sit actualis perceptio: q2 potētia non actualiter immediate per spēm percipit obiectū ſ3 imediate ꝑ sensationē ꝑcipit. Dicit tamē actual'r per spēm percipere: quia non potest exire ad actualē cognitionē obiecti nisi ꝑsentialiter adsit species sensibilis in organo ⁊ in potentia sensitiua: quare ⁊c.

¶ Caput.xxix.

A.t.c.136. vsq3 ad 150.

Primum

Necessitatē ponēdi sensum cōem iuxta processum Arist.ij. de anima sequit declarare. ¶ Et ideo notādū primo: ꝙ modus ꝑcipiendi differentiā sensibiliū ꝯsequit modū cognoscēdi illa: ita ꝙ sensus cognoscēs aliqua per se ponit differētia per se inter illa: ⁊ cognoscēs aliq̄ non ꝑ se ponit differentiā ꝑ accidēs inter illa. Uisus eñ q2 ꝑ se cognoscit albū ⁊ nigrū ꝑ se pōit ⁊ ꝑcipit differētiā inter illa: ⁊ q2 nō per se cognoscit albū ⁊ dulce: nec per se lumē ⁊ tenebrā: ideo nō ꝑ se cognoscit differētiā inter illa: sed solū per accidēs. Ex q̄bus sequit primo ꝙ visus aliq̄n per se cognoscit aliqua duo vt albū et nigrū aliq̄n per accidēs percipit aliqua duo vt subiectū albedinis ⁊ subiectū nigredinis: aliq̄n aūt ꝑcipit aliqua duo: nec per se/nec per accidens: sed vnū per se ⁊ aliud per accidēs/vt albū ⁊ dulce ⁊ lumen ⁊ tenebrā ⁊ aliq̄n nō cognoscit: nec per se/nec per accidēs vnū vel plura q̄n nō cōsiderat.

Secūdū.

Scđo sequit ꝙ sensus aliq̄n cognoscit differētiā duoꝝ ⁊ illa nō cognoscit: nec per se/ nec ꝑ accidens ptz. nam visus per accidens cognoscit differentiā albi ⁊ dulcis vel luminis ⁊ tenebre: et non cognoscit nisi vnum illorū per se ⁊ alterū ꝑ accidens. Secundo notandū ꝙ sicut nullum sensibile cōe sentit ab aliquo sensu per se ⁊ primo: sed solū per se ⁊ nō primo: ita

mo. Ita nulla differētia inter aliqua duo sentitur ab
aliquo sensu per se primo: sꝫ solum per se non primo:
visus enim sicut cognoscit per se differentiā inter albū
et nigrū: et non cognoscit illam per se et primo quia ali
ter cognitio differētie inter album et viride aut inter
rubeū et pallidum reduceretur ad illam. quod est fal-
sum: sicut enim cognitio albi non reducitur ad cognitio
nem viridis: nec econuerso et cognitio ruber non redu
ceretur ad cognitionem palledi: nec ecōuerso. Ita co-
gnitio differentie duorū illorū non reducit ad cogni-
tionem differētie duorū aliorū: sed sicut sensibile cōe
percipitur mediante sensibili ꝓprio: ita differētia il-
lorū cognoscit mediantibus cognitionibꝰ illorū: diffe
rētia ergo cognita per se nō primo non reducitur ad
differentiā aliquam cognitam per se primo: sicut nec
sensibile cōe cognitū per se non primo non reducit ad
aliqđ sensibile cōe cognitū per se primo: sed ad aliqđ
obiectū vel ad aliqua obiecta primo et per se cognita
a sensibꝰ exterioribꝰ: verbi grā. differentia quā per se
cognoscit visus inter albū et nigrū reducit ad cogni-
tionē coloris qui per se primo percipit a visu. Simili
ter differentia quā cognoscit sensus communis inter
albū et dulce reducitur ad cognitionē coloris et sapo-
ris que primo per se cognoscuntur a visu et gustu.

His premissis pono quatuor cōclusio-
nes: quarum prime due
Prima conclusio. sunt Aristo. ij. de anima. prima est ista: necesse est esse
T. cōmē. sensum interiorē cōem percipiētem differētias inter
144. sensibilia diuersorū sensuum exteriorū probatur: nos
145. et percipimus nos ponere differentiā inter albū et dul-
146. ce: et non per aliquem vnum sensum exteriorē: quia ma-
xime ille esset tactꝰ qui est fundamentū omnium sen-
suum qđ est falsum: quia non cognoscit album: nec tāgit
ipsum si fuerit multū distās: et tamē ponimꝰ differen
tiam inter eū et dulce. Nec etiam per duos sensus ex-
teriores: quia tunc idem esset sicut tu percipes albū et
ego dulce: tunc ambo perciperemus album et dulce: et
nullus nrm illa perciperet: nec inter illa poneret diffe-
rētiam: ita si per duos sensus particulares cognosce-
res albū et dulce: et perciperes differētiā inter illa nul-
lomodo perciperes te cognoscere illa: nec ponere diffe-
rentiam inter illa: qđ est contra experientiā: relinqui
tur ergo ꝙ est dare virtutem vnam interiorē qua per
cipimus differentiā inter albū et dulce. ¶ Secūda cōclu
Secūda conclusio. sio. sensus cōis est vna virtus et nō plures potētie: nec
dispositiones. ꝓbatur anima cognoscit differētiā in
T. c. 146. inter albū et dulce ergo cognitio huiꝰ differētie seu iu
dicium de illa immediate ꝓcedit ab illa essentia ani-
me absqꝫ alia virtute: qđ est impossibile: aut mediāte
vna virtute vel pluribus virtutibus non mediantibꝰ
pluribus virtutibus; quia tunc nullus cognosceret se
ponere differentiā inter ipsa. ergo mediante vna vir
tute que est sensus cōmunis / nec cū illa ponenda est
multitudo dispositionuꝫ: sicut ponebat in sensu tactꝰ
quia omēs sensus exteriores et dispositiones illorum
sunt dispositiones sensus cōis mediātibus quibꝰ per
cipit sensibilia exteriora. ¶ Tertia cōclusio. licet sen-
Tertia conclusio. sus cōis possit immutari a sensibus exterioribus nō
tamē potest immutare sensus exteriores: prima pars
patet: quia tūc per nullā virtutē sentiremus nos sen-
tire: qđ est cōtra phm et Cōmen. ij. de anima. Secūa ve
T. c. 138. ro pars ꝓbatur. quoniam aliter sensus exteriores possent
immutari nō concurrēte aliquo sensibili proprio nec
communi. consequens est falsum: et contra Phm. ij. de
T. c. 52. anima: et probatur cōsequentia: quia species et immu
tationes interiores quibꝰ immutatur sensus cōmu-
nis non sunt sensibilia propria nec cōmunia. ¶ Quar
Quarta conclusio. ta conclusio. sensus cōmunis est ponēdus in cerebro
et non in corde: ꝓbatur in somno omnes sensus exte-
riores sunt ligati: ita ꝙ non possunt ire in actū sentiē
di non solum superius versus caput: sed nec inferius
versus pedes. hoc autem nō esset si in corde esset sen-
sus cōis: quia in somno cor et partes inferiores abun-
dant calore et spiritibus et partes superiores infrigi-
dantur sm Aristo. in. lib. de somno et vigi. ergo nō est

ratio quare in pedibus sensus tactus esset ligatꝰ po-
nendo autem in cerebro sensum communē causa assi
gnatur ex frigidatione partium superiorum. Dica-
tur ergo ꝙ sicut alij sensus interiores vt memoria ex-
timatiua et fantasma sunt in cerebro: ita et sensus cō
munis: et hoc est rationabile: quia ibi magis est cen-
trum sensuum particularium ꝙ̄ in aliqua alia parte
huius sententie est Auic. vj naturalium et etiam pla
to dicens ꝙ vitalis virtus est in corde et nutritiua in
epate et sensitiua in cerebro.

Contra predicta arguitur. Et primo ꝙ sen- Primum.
sus communis non percipit differē-
tiam diuersorum obiectorum. s. albi et dulcis: quia nō
percipit aliquid nisi moueatur ab illo: sed nulla diffe
rentia potest mouere sensum aliquem cum nō sit ens
absolutum: sed solum respectiuum. ergo. Et confirma
tur si sensus communis percipit per se differentiam
albi et dulcis. ergo aut per se primo aut per se non pri
mo. si primum: ergo omnis alia differētia reducitur
ad illam. consequens falsum: quia ad differentiam al
bi ac dulcis non reducitur differentia calidi et frigidi
si scdm. ergo illa differētia est sensibile commune vel
pars subiectiua alicuius sensibilis proprij vel sensibi
lium propriorū. quod est falsum: cū sit relatio. et sensi-
bilia propria et cōia sunt absoluta. ¶ Scdo arguitur Secūdū.
ꝙ sensus cōmunis non immutatur a sensationibꝰ sen-
suum exteriorum: quoniam si aliquis sensus percipit albū:
habens illū sensum aliqñ percipit se percipere albuꝫ.
ergo per idem si sensus communis perciperet visio-
nem albedinis habēs illū sensum aliqñ perciperet se
percipere illā visionem qđ est falsum. Et cōfirmatur.
si color poneretur in puncto non obstante ꝙ esset ma
gne intensionis nō posset immutare: quia non haberet
ꝗ̄titatē. ergo pariformiter immutatio facta in sensu
exteriori: cū nō habeat partem extra partem: nō po-
test immutare sensum cōem. ¶ Tertio arguitur ꝙ sen- Tertium.
sus cōmunis pōt immutare sensus exteriores. nā dor
mientes exercēt interdū opera vigilātiū. ergo sensus
exteriores mouentur: sed nō a sensibilibus extra: quia oēs
sensus exteriores sunt ligati. ergo a sensu communi.
patet cōsequētia: quia est propinquior: et antecedens est
phi in lib. de somno et vigi. vna cū experientia. Dein
de fantasiaꝫ immutat extimatiua et sensum cōem fan
tasis. ergo per idem sensus cōis immutat sensus exte
riores. patet ꝯña: quia sicut sensus cōis subordinatur fan-
tasie et fantasia extimatiue: ita sensus exteriores sub
ordinātur sensui cōi: antecedēs vero colligitur a pho in
lib. de somno et vigi. ¶ Quarto arguitur ꝙ sensus cōis Quartū.
est in corde et non cerebro: quia in mēbro nobilissimo dꝫ
poni virtus nobilissima: sꝫ virtus sensitiua est virtus
nobilissima: et cor est membrū nobilissimū: quia omni
bus mēbris influit vitaꝫ. ergo in corde est principali-
ter virtus sensitiua: et ꝯñr sensus cōis. Item sm phm. T. c. 26.
iij. de anima: et in libro de sensu et sensa. animalia mo-
uentur propter sensum et appetitū. ergo idē est princi
piū motus et sensus in animali: sed in corde est princi
piū motꝰ. ergo ibi est principiū sentiendi. Cōmen. ꝯ u
tē. ij. sui collegis. dicit ꝙ cū calor et spūs expandūtur
ad exteriora: tūc possunt sensus particulares in ope-
rationes suas. et cū reuertuntur non pñt in illas. ergo
virtus sensitiua primo ponēda est vbi fit exitus et re-
uersio caloris et spūum: hoc autem est cor ergo. Expe-
rientie etiam adducuntur. prima de pūctura causan
te dolorem in corde et nō in cerebro: secūda de homine
vehemēter timēte in quo fit cōmotio cordis et nō cere
bri. Tertia de embrione in quo fit dolor et cognitio si
pūgatur in quo nō est cerebrum. Quarta de animali
bus motis absciso capite: i quibus est sensus et cogni
tio interior. ergo habēt sensum communē: et non ha-
bent cerebrum.

Ad primum dicitur ꝙ nō sumitur hic dif- Ad primū.
ferentia relatiue pro respe-
ctu: sed pro fundamento relationis: sicut etiam distā-
tiam cuꝫ dicitur illam esse sensibile commune: modo
fundamentum illud est absolutum. Et consequenter

ad cōfirmationē dicitur ꝙ talis differētia percipitur a sensu cōmuni per se nō primo: & negetur consequentia. ergo est sensibile cōmune vel sensibilis proprij vel propriorum pars subiectiua: sed sufficit ꝙ extrema huius differentie sunt partes sensibilis proprij vel sensibilium propriorum: & hoc nō est verum: quia album est pars subiectiua coloris & dulcedinis saporis.

Ad secūdū ¶ Ad secundum negetur consequentia: quia albedo est terminus vltimatus cognitionis: visio autem est forma intentionalis semper in alterum tendens: ideo non potest virtus cognitiua resistere in visione. Quobrem per sensum potest quis percipere se cognoscere albedinem: & non visionem albedinis. Et ad confirmationē negetur cōsequentia: eo ꝙ licet tam species visibilis ꝙ̄ visio sit indiuisibilis potest tamē immutare species visibilis sensum exteriorem & visio sensum interiorem virtute coloris habentis quantitatem & magnitudinē. Et si querit̄ quomodo tactus pedis mouet sensum cōmunem existentem in capite cum sit tanta distantia. Dicitur ꝙ sicut tangens vnā extremitatē chorde elongate in aere & contracte mouet aliud extremum: sic ꝙ vna pars mouet aliam: ita tangens pedem propter vnionem tactus cum capite etiam mouet cerebrum: & hec motio est immediate a tactu & mediate a tangibili.

Ad tertiū ¶ Ad tertium neget̄ consequentia: quia illas virtutes solum faciunt virtute sensuum interiorū ex speciebus derelictis in memoria: quod patet: quia sic operantes cum expergesiunt non recordantur actuum exteriorū quos egerunt in somno: sed bene recordantur sommiorū suorum: quia exteriora non immutauerunt sensus exteriores cum essent ligati: ideo species illorum non delate sunt ad memoriā potentes postea facere rememorationem: species autē reseruate in memoria mouent in somno sensum communem ad actum cogitandi ex quo actu iterum reuertitur ad memoriā intentionis representantis illum actum per quam intentionē in vigilia memorantur ꝙ talia apparenter vidissent in somno. Et ad confirmationē negetur ꝯsequentia. sicut enim intellectus immutatur a sensibus interioribus & nō immutat illos: ita sensus interiores immutantur a sensibus exterioribus et non immutant eos. Et ad probationem dicitur ꝙ non est simile: quia omnes sensus exteriores sunt eiusdē generis: sensus autem interiores sunt alteri⁹ generis sicut intellectus.

Ad q̄rtū. ¶ Ad quartū dicitur ꝙ licet cor sit principalius membrum: non tamen nobilius: sed cerebrū propter diuersitatē partium que nō reperiunt̄ in corde. Et ad p̄hm dicit̄ concedēdo ꝙ cor est principiū motus appetēdi & sentiendi cum sit ibi principalius sensus tactus: & nō tamen ex hoc sequitur ꝙ in eo sit sensus cōmunis. Consimiliter dicitur ad Cōmenta. ꝙ virtus sensitiua tam actiua ꝙ̄ fantastica imperfecta prius ponitur in corde ꝙ̄ in aliquo alio membro: tamen sensus cōmunis qui est virt⁹ discernēs inter obiecta diuersoꝝ sensuū particularīū est solum in cerebro. prima experientia solū probat in corde esse principalius sensum tactus ꝙ̄ in cerebro: quod conceditur. Secūda vero probat ꝙ circa cor fit cōmotio caloris & spirituū: non tn̄ ꝙ ibi sit sensus cōmunis. vnde tantā habent proportionē cor & cerebrum inuicem ꝙ ex forti imaginatione facta in cerebro cor alteratur. Tertia probat ꝙ in embrione est tactus sentiens puncturam & fantasiā imperfecta: non autem sensus communis. Et ita ad quartam dicatur ꝙ in illis animalibus vbi est tactus est fantasia imperfecta absq̄ sensu communi. quare &c.

¶ Tractatus tertiusdecimus.

Cum autem duabus prisci differentijs maxie diffiniāt animā. Motione inquam loco accōmodata: & intelligendo & discernendo ac sentiēdo: considerandū est si quid intersit inter intelligere ac sentire. Videtur nāq̄ tam intelligere ꝙ̄ etiā sapere: veluti quoddā esse sentire: etenim his vtrisq̄ rerū aliquas anima discernit atq̄ cognoscit. Et veteres idē esse sapere sentireq̄ censent.

Quēadmodū et Empedocles dixit.

Ad p̄sens hoiz crescit sapiētia semper.
et alio rursus in loco.
Hinc varia his semper prudētia somnia monstrat.
Idem et Homerus his carminibus sensisse videtur.
Tales nanq̄ insunt mentes mortalibus ipsis.
Quales quotidie summi fert rector olympi.

Etenim oēs hi putant ipsum intelligere corporis esse perinde atq̄ ipsum sentire: & sentire simili sile arbitrant̄: & sapere vt in superioribus diximus locis: Oportebat tn̄ ipsos de errore quoq̄ deceptioneve disserere. Sūt em̄ hec magis p̄pria aīaliū: plusq̄ id tpis est: quo in his aīa versat̄: vt ptz. Iccirco necesse est aut vniuersa que vident̄: vt q̄dā inquiūt esse vera: aut dissimilis rei tactū errorē esse deceptionemve. Quippe cū id sit cōtrariū illi: simili inquā cognoscere sile. Videt̄ aūt & deceptio & scientia ꝯrioꝝ esse eadē. Nō idē igit̄ esse sentire ac sapere patet: illud em̄ oib⁹ aīalibus hoc valde paucis inest. At neq̄ intelligere idem est ac sentire: intelligere inquā quo recte res percipi solēt. Qd̄ nāq̄ recte p̄cipitur: id est prudētia & sciētia atq̄ opinio vera. At qd̄ nō recte id est nimirū his dictis ꝯriuм. Etem̄ propriorꝝ sensus semp est verus: & vniuersis aīalib⁹ inest. At fit vt falso quoq̄ quis ratiocinet̄: neq̄ cuiq̄ ꝯpetit cui nō iest & ratio. Imaginatio nāq̄ diuersa est a sensu mēteq̄. Atq̄ neq̄ hec fit sine sensu: neq̄ existimatio sine hac esse potest. Non idē aūt esse imaginationē existimationēve patet. hic em̄ affect⁹ in potestate nostra sine controuersia collocat̄: licet nāq̄ cū libet fingere quicq̄d volumus: atq̄ ante oculos ponere: perinde atq̄ ij faciunt: q̄ in artificiose memorie comparatis atq̄ dispositis locis imagines fingūt atq̄ simulachra collocāt.

At opinari in nobis est situm. Necesse est em opinantem aut verã aut falsam existimationẽ habere. Preterea cũ opinamur aliquid malũ esse: atq₃ terribile cõtinuo perturbamur. Similiter ⁊ cũ opinamur quippiam esse tale: vt in illo sit cõfidendũ. At cũ imaginamur talia perinde afficimur atq₃ si in pictura eadem spectarem? sunt aũt ⁊ existimationis ipsi⁹ differẽtie: sciẽtia: ⁊ opinio: ⁊ prudentia: ⁊ ea que sunt hisce contraria. De differẽtia quoꝝ alius sit sermo magis ad idipsũ accõmodat⁹. At vero cum diuersum sit sentire ac intelligere: ⁊ huiꝰ aliud imaginatio aliud existimatio esse videt̃. De imaginatione ꝑ primo: deinde de altero dicamus op₃. Si igit̃ imaginatio id est fantasia sit ĩ quo visum fantasmaq₃ aliqđ in nobis dicimus fieri: ⁊ nõ aliud quidq̃: qđ ꝑ trãslationẽ hoc eodẽ noĩe nũcupetur: ipsa ꝑfecto vna quedã est potẽtiarũ eaꝝ aut habituũ: quib⁹ discernim⁹ ⁊ aut ꝟe percipimus: aut falso. Tales aũt sunt sensus: opinio: sciẽtia: intellectus. At ipsam nõ esse sensum ex hisce patere põt. Sensus enim vel est potentia vel operatio: vt visus vel visio. At q̃ nõ nunq̃ neutrũ est istoꝝ: ⁊ tamẽ apparẽt aliqua videmurq₃ videre: vt ea que in somnis apparent. Deinde sensus quidẽ semper adest: imaginatio autem non semper. Quod si idem esset imaginatio ac operatio: bestijs imaginatio ꝓfecto cũctis inesset. At nõ inesse videtur vt apĩ aut formice aut vermi. Preterea ille quidẽ vere sunt semper imaginationes vero plures fiũt: vt p₃: false. Preterea cũ exacte circa sensibile opamur: nõ dicimus hoc nobis hoĩem videri ac apparere. Sed potius cũ nõ clare sentim⁹: qũ etiã fit vt sit verus sensus ⁊ falsus. Atq₃ nobis qđ q̃dẽ paulo antea dicebamus clausis etiã oculis visa videntur atq₃ apparẽt. Atq₃ nec vllus habituũ coꝝ erit: q̃ veri sunt semp vt sciẽtia vel intellect⁹. Est em̃ ⁊ falsa imaginatio non solum vera. Restat igitur vt perscrutemur si sit opinio atq₃ sit enim opinio ⁊ vera ⁊ falsa. Uerum opinionẽ quidem sequitur fides. Quippe cum fieri nequeat: vt hisce quisq̃ nõ credat quoꝝ h₃ opinionẽ: bestiaꝝ aũt fides quidẽ nulli. imaginatio vero cõpluribus inest. Preterea fides oẽm opinionem sequit̃: persuasio fidẽ: ratio ꝑsuasionẽ. At imaginatio quidẽ quibusdã beluis inest: ratio aũt nullis. At ꝟo patet nec opinionẽ esse cũ sensu: nec opinionẽ ꝑ sensum nec opiniõis sensusve cõiunctionẽ ⁊ per ea q̃ dicta sunt: ⁊ hac etiã ratiõe. p₃ em̃ si imaginatio sit opinionis: sensusq₃ coniunctio: opinione₃ nõ cuiusuis rei. Sed ei⁹ esse cui⁹ est etiã sensus. Dico aũt imaginationem si sit cõiunctio sensus opinionisve: cõiũctione₃ esse opinionis albi ⁊ sensus eiusdẽ albi: nõ em̃ erit ex opiniõe quidẽ boni: sensu autem albi. Apparere igitur est opinari rem eam quam sentit: ⁊ nõ per accidens. At apparent nonnunq̃ etiã falsa: de quibus simul veram opinionẽ habet. Sol enim pedalis quidem apparet: at persuasum est terra ipsum esse longe maiorem: fit igitur vt aut suam is opinionem: quam habet veram abijciat: re modo eodem sese habente: non oblitus: nec dissuasus: aut adhuc illam habeat: eadẽ₃ sit necessario falsa simul ⁊ vera. At constat opinionem tum euadere falsam: cum res mutata latet. Neq₃ igitur vnum est istoꝝ imaginatio: neq₃ ex his est coniunctum. verum quoniam fieri potest vt aliud moueatur ab eo ipso quod motum est. Imaginatio vero motio quedam esse videtur ⁊ non fieri sine sensu. Sed sentientibus ⁊ eorum etiam esse quoꝝ est sensus: fit autem vt motus oriatur a sensu iam actu. Quem quidem necesse est ipsi sensui similem esse. Imaginatio motio hec est profecto que neq₃ sine sensu nimirum esse: neq₃ competere non sentientibus potest: atq₃ multa per ipsam id agere patiue potest: quod ipsum habet: et insuper ⁊ veram ⁊ falsa₃ esse. Atq₃ id propterea fit: quod sensus quidẽ₃ propriorum est verus: aut raro ad modum fuscipit falsitatem. At est sensus eius etiam rei: cui propria sensibilia accidunt: vbi iam fit vt ipse sit falsus. Nam non est falsus: si album dixerit esse. Sed si albũ hoc aut aliud esse. Est pterea cõium sensus: que quidẽ peride atq₃ propria

ijs accidūt que sunt per accidens sensibilia. Dico aūt motū et magnitudinē: que vt ptz accidunt sensibilib⁹: circa q̄ maxime erro: deceptioq; fieri sensu potest. Motus igitur hisce qui fit a triplici tali sensu. Variam ob idipsum nimirū habebit. atq; primus quidē cum operatio sensus adest est verus. Ceteri vero falsi etiā esse possunt ⁊ presente atq; absente: p̄sertim cū a sensu lōge sensibile distat. Si igitˀ nihil aliud preter imaginationē habeat ea que dicta sūt. Sicq; idipsum: qd̄ diximus ipsa imaginatio: motus is est profecto qui fit a sensu iam operāte. Cū autē visus maxime sit sensus: hinc est qd̄ nomen imaginatio ab ipso lumine sumpsit. fantasia q; dicitˀ. q: sine lumīe visio fieri nequit at q: imaginatiōes īmanēt. Sensibus q; similes sunt: ideo per ipsas animalia bestie inq̄ atq; homīes multa agūt. Ille: q: mentis sunt vt patet expertes. Homines: q: mens perturbatiōe non nunq̄ vel morbo vel somno submergitur. Sed de imaginatiōe quidē determinatū sit hacten⁹. Satis em̄ quidnā ipsa sit: ⁊ cur sit hisce que iaz dicta sunt explicabimus.

Incipit liber tertius Aristotelis de anima.

Tractatus primus.

E anime autē ea parte qua cognoscit atq; sapit: siue sit separabilis siue non separabilis magnitudine: sed rōne. Cōsiderandū deinceps est quā differentiā hz: quoq; pacto tandē fit intelligere. Si igitˀ ipm intelligere fit vt sentire: aut pati quoddam erit ab ipso intelligibili: aut aliq̇d aliud tale. Vacare igitur ipsa passiōe: sed forme susceptiuā esse opz ⁊ potētia talē. Sed nō illaz esse similitudinē subire cū sensu vt queadmodū sese hz ad sensibilia sensus: sic sese hz ad intelligibilia intellectus. Quare necesse est ipsuz cū vniuersa intelligat nō mixtū esse. Sicut Anaxagoras dixit: vt supet atq; vincat. id ē vt cognoscat atq; ꝑcipiat. Alienū nāq; cū apparet iuxta ꝓhibet atq; seiungit. Quo fit vt neq; vlla sit ipsi⁹ natura: nisi ea solū qua possibilis est: is igitˀ q̄ intellect⁹ aīe nūcupatˀ. Dico aūt nūc euz quo ratiocinatˀ aīa ⁊ existimat: nihil est actu prorsus eoꝝ q̄ sunt antea quā itelligat ipse. Quocirca neq; cuz corpore mixtū ipsum esse cōsentaneū est ratiōi. qualis em̄ q̇dā fieret calid⁹ aūt frigid⁹ ⁊ instrumētū aliqd̄ ipsius esset ꝓfecto: sicut est sensus: nūc aūt ipsi⁹ nullū prorsus est instrumentū. Atq; bene recteq; cēsent q̇ formarū locū aīam inqunt eē. Attamē neq; tota est loc⁹: sed itellectiua neq; est actu: sed potētia forme. At qui passiōis vacuitatē nō similē eē sensitiui atq; intellectiui: ptz in sensuū instrumentis atq; in ipso sensu. Sensus em̄ ex vehemēte sensibili sētire nō pōt. Audit⁹ nāq; nō audit sonū post magnos sonos: ⁊ visus nō videt: atq; odoratus nō olfacit post vehemētes colores atq; odores. At itellect⁹ aliquo valde itelligibili intellecto: nō min⁹ sane: sed magis percepit intelligitq; īferiora. Sensitiuū em̄ nō est sine corpore: at itellect⁹ ab eodē est separabilis. Fact⁹ aūt vnū quodq; perinde atq; is q̄ dˀ actu sciēs qd̄ q̇dē tum accidit: cū ipse per seipsuz operari potest: est quidē ⁊ tunc quodā modo potentia. Sed nō peride vt erat antea q̄ didicisset vel iuenisset: atq; tūc seipsum intelligere potest.

Caput.ij.

Um autē aliud sit magnitudo: aliud magnitudinis esse ⁊ aliud aqua aliud aque esse: ⁊ in alijs itidē multis: nō em̄ vniuersis hic modus accōmodatˀ. Sed sunt in quibus hec ipsa sunt eadem nō diuersa: aut alia sane aut parte q̇dē eadez. Sed aliter sese habēte: carnē ⁊ esse carnis discernit. Caro nāq; nō est sine materia: sed perinde atq; simū: hoc est in hoc. Sensitiua igitur parte calidū discernit ⁊ frigidum: quorum quedam est ratio caro: alia vero esse carnis discernit: aut separabili: aut sese habente ac seipsam perinde atq; sese habet cum extensa fuerit linea flexa. Rursus in ijs que in abstractione consistunt eadem esse videntur. rectum enim se habet vt simum: est enim ipsum cum continuo semper. Quod si quidditas sit di

uersa:aliud est profecto esse recti:aliud ipsum rectū et vbi. Sit enim dualitas. Quare fit vt hec etiā alia vel alio modo sese habēte parte discernat. Omnino igiť vt res separabiles sunt a materia: sic sese habēt ⁊ ea que sunt circa intellectum ipsum. Dubitabit aūt nō iniuria quispiā: quonā modo intelliget intellectus: si ipse quidē simplex sit ac passionis expers: nihilqȝ habeat cum vlla re p̄orsus cōmune. Sicut Anaxagoras asserit: intelligere autē pati quoddā fit vt dixim⁹. Quo nāqȝ quippiā est vtrisqȝ cōmune: hoc nimirū alterū agere: alterum pati videtur. Preterea ambiget quispiā: si ipse etiam intelligibilis sit. Nam aut ceteris rebus inerit intellectus: nisi alia ratione sit intelligibilis ipse. Intelligibile autem vnū quoddā est specie: aut aliquid ipse mixtū habebit: quod ipsum intelligibile perinde atqȝ cetera facit. At eū ipsum pati diuisum est prius vna quadā ratione cōmuni. Atqȝ intellectus potentia quidē est quodāmodo itelligibilia ipsa: actu vero nihil est eorum antea ꝙ intelligat ipsa: opoꝛtet aūt in ipso nihil esse: perinde atqȝ in tabula nihil est actu scriptum antea ꝙ in ipsa scribatur: hoc eñ in ipso fit atqȝ accidit intellectu. Est etiā intelligibilis ⁊ ipse vt intelligibilia cuncta. nam in hisce quidē: que sine materia sunt intelligēs ⁊ id quod intelligitur idem est: etenim idem est cōtemplatiua sciētia ⁊ id quod ita sub sciētiā cadit. Sed cur nō semper intelligit cōsideranda est causa. In iis aūt que materiā habent: vnūquodqȝ intelligibiliū potentia est. Quare illis q̄dē nō inerit intellectus. Nam intellect⁹ taliū potētia sine materia est: ipse aūt intelligibilis rationem subibit.

¶Caput tertium.

Um autem in omni natura fint quedā: quorum altera rum quidē vnicuiqȝ generi materies est qđ id esse patet: quod est potentia illa cuncta: alterum vero causa est ⁊ efficiēs. omnia nimirum efficiendo atqȝ agendo talem subiens rationē: qualem ars conditionem ad materiā subit. Necesse est ⁊ in anima differentias has easdem inesse. Atqȝ quidā est intellectus talis vt oīa fiat: quidam talis vt omnia agat atqȝ efficiat: qui quidem vt habitus est quidam ⁊ perinde ac lumen. Nam ⁊ lumen colores: qui sunt potētia: actu colores quodā modo facit. Et is intellect⁹ separabilis est ⁊ non mixtus: passionisqȝ vacat cum sit substātia actus. Semper enim id quod efficit atqȝ agit p̄stabilius est eo quod patitur: ⁊ ipsum principium omnino materia. Sciētia autem ea que est actu: est idem qđ res. Ea vero que est potentia: in vno prior est tempore. Absolute autem neqȝ tempore sed non nunc quidem intelligit: nunc autē non intelligit. Separatus vero id est solum quod est: atqȝ id solū est immortale perpetuūqȝ. Non autem recordamur: quia hoc quidem expers est passionis. Intellect⁹ vero passiuus extinguitur: ⁊ sine hoc nihil intelligit.

¶Caput.xxx.

Reter sensum cōmunē sunt virtutes exteriores de qbus est iam dictum ad pleniorem determinatorum notitiā. ¶Et ideo nota primo ꝙ sensus exteriores lȝ apprehēdāt colorem/saporem ⁊ alia sensibilia propria: nullus tamen ponit per se differentiā inter illa: ideo opoꝛtet ponere sensum cōmunē interiorē percipientē hmōi differentiā: ⁊ quia iste sensus nō retinet species in absentia sensibiliū nisi per accidēs ratione alicui⁹ qualitatis derelicte in sensu exteriori a sensibilibus: sicut nec ipsi sensus exteriores; quorum est ipse centrum: opoꝛtet dare aliū sensum interiorē retinentē per tempus species sensatas in absentia sensibilium: ⁊ hec virt⁹ est imaginatiua vel fantasia: que quidē non solū retinet species sensatas per tempus: sed etiam componit vnā speciē cum alia cōplexione indistāte vt hyrcoceruus ⁊ mons aureus. Deinde: qr non sufficit species per tempus retinere ⁊ eas inuicē componere nisi apprehendātur intētiones sensibiliū particulariū: ideo opoꝛtet dare aliam virtutē hmōi intentionē apprehendentē ⁊ elicientē species insensatas ex speciebus sensatis: ⁊ hec virtus est extimatiua in bruto ⁊ cogitatiua in hoīe: que ex specie sensata lupi elicit speciē insensatā inimicitie ⁊ ex specie sensata ouis elicit speciē insensatā amicitie respectu matris eius. Nam ouis per talem extimatiuā fugit lupum tanqȝ inimicabilē: ⁊ sequitur matrē tanqȝ amicabilem. ¶Rursus: quia nō sufficit species sensibiliū ⁊ intentiones ipsarū apprehēdere hmōi intentiones ⁊ species preseruētur cessante omni tali actuali consideratione interiori opoꝛtet assignare aliam virtutē preseruatiuā taliū vt iterum fantasia ⁊ extimatiua possint exire ad actum: lȝ sensibile sensum exteriorem non moueat. ⁊ hec virtus est memoria que est archa omniū specierū. ¶Secūdo notandum ꝙ in homine sunt quatuor motus cognitiui. Primus est a sensibilibus exterioribus ad sensus particulares quo multiplicatur vna species numerosa in medio ⁊ in organo: lȝ illi correspōdeant numeraliter plures sensationes: quia non est eadem visio tua ⁊ visio mea respectu eiusdem coloris: lȝ eadem sit species vtriusqȝ. Se-

Primus

T.c.4

Secūdū

cundus motus est a sensu cōmuni ad memoriā inclusiue quo multiplicatur aliqua species sensibilis vna numero per omnes sensus interiores:lȝ sensationes sint diuersarū specierū tam ex parte potentiarū ꝙ ex parte obiectoꝝ immediatoꝝ. ¶ Tertius motus est a memoria ad sensum cōmunē quo multiplicaꝫ species alia specifice distincta a duabus primis:sed vna ꝛ eadem numero indiuisibiliter qua extimatiua apprehendit cum differentiis preteriti ꝛ futuri aut amicabilis: aut inimicabilis.fantasia vero componit et diuidit:ꝛ ex hoc apparet aliquādo alicui videre homines armatos/castra ciuitates/inūdatiōes aquarum ꝛ huiusmodi:quia vero sensus communis ponit differentiā inter obiecta apparet aliquando in sono comedere/bibere/loqui ꝛ huiusmodi non tamen necesse est omnes istos sensus immutari ad immutationem alterius: quia forte aliquis erit ligatus in somnis ꝛ nō actualiter immutatur:vbi tamē omnes sunt absoluti omnes immutantur. Quartus motus est ab extimatiua vel fantasia ad intellectū quo multiplicatur species intelligibilis in intellectu specifice distincta a qualibet aliarū:iste tamē motus in nullo nisi in solo homine reperitur.

...a con ...o. ...c.150. ad.161

His visis sit hec prima conclusio.quatuor ꝛ nō plures sunt sensus interiores scȝ sensus cōmunis/fantasia/extimatiua/ꝛ memoria.probatur:quia si essent plures:hoc esset propter imaginatiuā quā ponit Auic.quintū sensuȝ interiorem.vj.naturaliū.sed hoc nō: quia idem est fantasia ꝛ imaginatiua ẜm Cōmenta.ij.de aīa. cum officium imaginatiue nō distinguatur ab officio fantasie. Similiter etiā reminiscētia cum in solis hoībus reperiatur ẜm Phm in lib.de memoria ꝛ reminiscētia nō est memoria cum sit inuestigatio obliti per memoriā ẜm ipsum ibidē:similiter cogitatiua que non distinguitur ab extimatiua:nisi sicut inferius a suo superiori. ¶ Secūda ꝯclusio.memoria nō est virtus cognitiua:sed solū preseruatiua.probaꝫ:quia si esset virtus cognitiua ipsa esset supra se reflexa.ꝯñs est impossibile cum sit virtus materialis ꝛ organica.ꝛ probatur ꝯsequētia:qꝛ memoria actuata aliqñ exiret ad actum cognitionis mediāte specie existēre in ea in ratione obiecti.Alij ẟo sensus nō retinēt cessante actuali cōsideratione:sed hic cōtinue species reseruat. ¶ Tertia cōclusio.extimatiua est virtus nobilior fantasia.probatur.extimatiua hȝ operationes nobiliores ꝙ fantasia:ergo est nobilior.patet ꝯña:quia potētie cognoscuntur per actus.ij.de aīa.antecedens probaꝫ.nam perfectius est elicere intētiones insensatas ex speciebus sensatis ꝙ inuicē species cōponere:ꝛ perfectius est cognoscere cū differētia p̄sentia p̄teriti ꝛ futuri ꝙ solū vt nunc:sed extimatiua elicit species insensatas ex speciebꝰ sensatis:ꝛ cognoscit cū differētijs tēporū: fantasia autē solū operaꝫ componēdo vel diuidēdo ꝛ cognoscēdo: vt hic ꝛ nunc:ergo. Et ideo Cōmenta.ij.de aīa propter magnā propinquitatē quam habet ad intelligendū dicit illam intellectū non quidē vniuersaliter:sed in homine. ¶ Quarta cōclusio.fantasia est potētia nobilior memoria ꝛ sensu cōmuni.primum patet:quia fantasia est virtus cognitiua ꝛ non memoria.secundū similiter:quia fantasia habet nobiliores operationes ꝙ sensus cōmunis:eo ꝙ componere species adinuicē perfectior operatio est ꝙ ponere differentiā inter obiecta diuersoꝝ sensuū ꝛ sillogisare perfectius est ꝙ simpliciter solū componere vel diuidere:modo fantasia sillogisat : sensus ẟo cōmunis solum cathegorice componit vel diuidit. ¶ Dicendum ergo ꝙ memoria ordinatur in alios sensus tanꝙ in finē:ideo quilibet illoꝝ sensuū est perfectior memoria.sensus vero cōmunis ordinaꝫ in fantasiā tanꝙ in finem ꝛ fantasia in extimatiuā:sed finis est perfectior his que sunt ad finē:ergo fantasia est perfectior sensu cōi:ꝛ extimatiua pfectior fantasia.q̄re ꝛc.

Margin (left, partly cut off): ...a con ...o. / 161. / ...a con ...o. / ...tia cō ...o. / ...33. / 142. / ...arta cō ...a.

Contra predicta arguitur. Et primo ꝙ non tātū sunt quatuor sensus interiores quia aut precise ponitur vnū organū sicut cerebrū: aut tria organa ẜm anothomistas distinguētes cerebrum in tres ventriculos vel cōcauitates:aut quinꝙ iuxta intentionē Auic.vj.naturaliū distinguētis cerebrum in quinꝙ cellulas.ergo precise est vnus sensus interior:vel precise tres:vel precise quinꝙ.patet ꝯsequētia per Cōmen.ij.de aīa.di.ꝙ sensus ꝛ organū ꝯuertunꝫ. ¶ Secūdo arguiꝫ ꝙ species sensibiles vltimate resident in potētia fantastica : quia sola virtus fantastica est illa que deseruit intellectui ꝛ est imutatiua eiusdē.ergo solū illa retinet species.antecedens patet per Aristo.iij de aīa.di.ꝙ necesse est intelligentem fantasmata speculari.dixisset enȝ memorabilia speculari si in memoria resideret species. Item dicit Phs.ij de aīa ꝙ fantasia est motus factꝰ a sensu ẜm actum quod nō diceret si vltra fantasiā multiplicarentur species sensibiles. ¶ Tertio arguiꝫ ꝙ fantasia est nobilior extimatiua.primo ratione ꝓpinquitatis ad intellectū cum ipsa dicaꝫ immutare intellectū ꝛ non extimatiua in tantū ꝙ dicit Arist.iij.de aīa fantasiā esse intellectū.secūdo ratione organi:eo ꝙ hȝ nobiliꝰ organū ꝙ extimatiua:situaꝫ enim fantasia in superiori parte cerebri ẜm Auic.vj.naturaliū. ¶ Quarto arguiꝫ ꝙ sensus cōmunis est nobilior fantasia:quia fantasia est reperibilis in quolibet aīali ꝛ non sensus cōmunis:ergo ꝛc. patet ꝯña:quia per hoc probaꝫ cogitatiuā esse perfectiorē fantasia:quia in pluribꝰ reperitur fantasia ꝙ cogitatiua.antecedēs pro secūda parte est notū.et prima est Arist.ij.de aīa di.in quocunꝙ reperitur sensitiuū in eodē reperiꝫ fantasia:sicut letitia ꝛ tristitia:sed in quolibet animali reperitur sensitiuum.ergo ꝛc.

Ad primū dicitur ꝙ quatuor sunt virtutes interiores ꝓpter q̄tuor organa ꝛ diuersas operationes non coincidētes. cerebrū enī nō est vnū organū:sed vnū membrū quod lȝ anothomiste diuidāt in tres partes p̄ncipales:tñ sunt q̄tuor organa:qꝛ tertiā partē diuidūt in duas.quarū prima est organū extimatiue ꝛ secūda memorie.et ꝯñter dicitur ꝙ in cerebro sunt qnꝙ cellule ꝛ cōcauitates:nō tñ sunt nisi q̄tuor organa.nam sicut ex tribꝰ humoribus componiꝫ organū vnū visus:ita ex duabꝰ primis cellulis cōstituiꝫ vnicū organum sensus cōis.Alie aūt cellule singulariter ꝛ diuisim habēt suas virtutes interiores. ¶ Ad scōm negeꝫ ꝯña.memoria enī retinet ꝛ fantasia mouet intellectū.Et cū dicit Phs ꝙ fantasia est motꝰ factꝰ a sensu diciꝫ ꝙ in rei veritate Aristo.in lib.de aīa nō ponit nisi duos sensus iteriores.s.cōem ꝛ fantasiā quā vocauit extimatiuā ꝛ memoriā. Commētator aūt ponet quatuor:cuiꝰ opinio est sustinēda: nō tñ discrepat ab hac sñia Aristo.in de memoria et reminiscētia:vbi ipse videꝫ ponere q̄tuor virtutes interiores. ¶ Ad tertiū diciꝫ ꝙ lȝ fantasia sit ꝓpinquior intellectui in latitudīe actiuitatis:nō tñ in latitudīe pfectionū simplr:sed ipsa extimatiua. Natura aūt ordinauit fantasiā esse motiuā intellectꝰ:qꝛ est magis apta recipere irradiationē itellectꝰ agētis ꝙ extimatiua vel alia virtꝰ sensitiua:ꝛ ꝯñter negeꝫ ꝙ fantasia habeat nobiliꝰ organū ꝙ extimatiua:nec est in superiori parte cerebri:immo ibi est extimatiua.ꝛ cū dicit Aui.ꝙ imaginatiua quā nos vocamꝰ fantasiā situaꝫ in media ꝯcauitate cerebri ꝯcedo:ex quo tñ nō sequitur ꝙ situeꝫ in suprema parte cerebri:sȝ hoc dicit de extimatiua ꝙ situaꝫ in suprema parte medie ꝯcauitatis cerebri. ¶ Ad quartū diciꝫ ꝙ Arist.loquutꝰ est ibi de fantasia impfecta ꝛ indeterminata:hic aūt de perfecta ꝛ terminata solū reperta in cerebro.vnde fantasia terminata est illa que est in determinata parte corporis vt fantasia hoīs vel equi que nō reperiꝫ nisi in determinata parte corporis cerebri.Fantasia impfecta est illa que est in toto corpore vt fantasia aīaliuȝ impfectoꝝ:scȝ muscaꝝ vermiū ꝛ hoꝝ.ꝛ hec iterū est duplex quoniā quedā est realiter eadē cum sensu tactus:vt fantasia musce ꝛ vermium ꝛ aliorum que non cognoscunt nisi in presentia sensibilium.Alia autem distin

Margin (right): t.t.c.22. / Cō.129. / Secundū. / T.c.140. / Tertium. / T.c.39. / Quartū. / Ad primū. / Ad scōm. / T.c.104. / Ad tertiū. / Ad q̄rtū. / 2.8.20.

guitur a sensu tactus vt fantasia aranee e formice et aliorum que cognoscunt in absentia sensibilium: sed necessario cum actuali exercitio. Sola ergo fantasia determinata est perfecta. Et quibus sequitur q non in quibuscumqꝫ est fantasia est sensus communis distinctus ab illa. patet. quia animalia imperfecta habent sensum fantasie et nõ sensum cõem discernentem inter illa sensibilia diuersorũ sensuũ. ¶ Sed dubitat

Dubium.

qm̃ apes et formice habent memoriã: quia reuertunt ad eũdem locum a quo recesserũt. ergo habẽt fantasiam perfectã et determinatã. patꝫ cõsequẽtia: q memoria non ponitur nisi in determinata. parte corporis: et consequẽter fantasia quã presupponit: deinde hoc

Rñsio:

videnẽ cognoscere futura cõtingentia: qm̃ aranea facit telam vt capiat muscas: et formica colligit grana in estate ꝑpter tempus hyemale. ergo habent fantasiam determinatã et extimatiuã ꝑfectam. ¶ Rñdetur q apes et formice habent memoriã impꝫfectã et indeterminatã: sicut fantasiã. nec in eis memoria est ꝑe distincta a fantasia: memorant enim ꝑ actum fantasie in absentia sensibiliũ: non q̃dem omniũ: sed solum illoꝝ rõne quorũ fiunt artificia apum vel aranearũ seu ratione quoꝝ formice colligũt grana. et huiusmodi ꝑu.sio est ex quodã naturali instinctu: nec ex hoc omnes bestie debẽt cõsimiliter operari: quia licet habeãt instinctũ naturalẽ: nõ tñ ꝯsimilis spẽi. ideo apes formice et hmõi opantur ex inclinatiõe et instinctu nature ad hoc cõcurrente et determinante virtute celi. Cõsequẽter dicit q non cognoscũt futura: nec sciunt ꝑpter quod agunt. sed agunt solum ex instinctu nature cum determinatione virtutis celestis: et ita non ꝑprie agunt opera prudẽtie: sed solum prudentie naturalis: quare. &c.

¶ Caput quartum.

Indiuisibiliuꝫ igitur intellectio in hisce cõsistit. Circa q̃ falsitas non est. At in quibꝰ et falsitas iam et veritas inest: in hisce cõpositio quedã iam est conceptuũ intellectus: quasi ipsi sint vnuꝫ atqꝫ vt Empedocles dixit.

Multorum certe capita: admirabile dictu.

Ceruicibus sine sunt exorta in luminis aura.

Illa tamen dulcis post hoc concordia iungit.

Sic et hec separata cõponi solent: vt in incõmensurabile et diameter. Qꝺ si eorũ etiã que fuerũt vel erũt fit cõpositio: et tp̃s insuꝑ intelligiẽ atqꝫ addiẽ: falsitas em̃ in cõpositiõe semꝑ cõsistit. naꝫ si albũ non albũ esse dicat: ipsum tñ nõ albũ cõponit. licet aũt diuisionẽ etiã oĩa dicere: atñ falsitas aut ꝟitas nõ solum ꝯsistit in hoc. Cleõ est albus: sed in his etiã Cleon erat vel erit albus. Id vero qꝺ singulos dictos ꝯceptus componit vnũqꝫ facit: ipse est intellectus. Cũ autem dupliciter indiuisibile dicatur aut potentia aut actu nihil prohibet intellectum cum longitudinem intelligit indiuisibile intelligere: et in idiuisibili tempore. est em̃ indiuisibilis actu: et tẽpus ꝑinde atqꝫ longitudo diuisibile ac indiuisibile est. non igiẽ dici põt: quid in vtroqꝫ tẽporis dimidio intelligebat nõ est em̃ si nõ diuisio fiat: nisi potẽtia. At cum vtrũqꝫ seorsum intelligit: diuidit simul et tempus. atqꝫ tunc vt longitudines illa intelligit. Quod si longitudinẽ vt ex vtrisqꝫ cõstantẽ intelligat: in eo quoqꝫ tẽpore nimiruꝫ ipsam intelligit: quod ex vtrisqꝫ parti modo temporibus constat atqꝫ componitur. Quod vero non quantitate sed forma est indiuisibile: id indiuisibili tempore et animeindiuisibili percipit atqꝫ intelligit: per accidens autem et nõ hoc sane: quo illa diuisibilia sunt: id quod intelligit et tẽpus in quo itelligit. Sed hoc quo indiuisibilia sunt inest enim et in his indiuisibile quiddam: et fortasse non separabile: quod quidem vnum tam tempus ipsum q ipsam longitudinem facit atqꝫ id omni sane continuo et tp̃s et longitudine similiter inest. Punctum autem omnisqꝫ diuisio: et id quod est sic indiuisibile perinde atqꝫ priuatio cognoscitur manifestumqꝫ euadit. Similis esse videtur et in alijs ratio. Hoc em̃ modo malum cognoscit: atqꝫ etiam nigrum: contrario namqꝫ quodam modo cognoscit: id autem quod cognoscit potentia nimirũ esse et in ipso potentiã inesse oportet. Quod si causarũ alicui nullum sit omnino contrarium: illa seipsam profecto cognoscit: et est actus et etiam separabilis. Est autem dictio quidem quippiam de quopiam: quemadmodum affirmatio. Atqꝫ omnis est vera vel falsa. At intellectus non omnis. Sed qui est ipsius quid est ad formam accomodati est verus: et non quippiam de quopiam dicit. Sed vt visio proprij ipsius est vera. Si vero album hominem est dicat: non semper est vera. Sic sese habent ea que sine materia sunt. Scientia autem ea que est actu: est idem quod res: ea vero que est potentia in vno prior est tempore. Simpliciter autem neqꝫ tempore. Sunt enim vniuersa que fiunt ex eo quod actu est.

¶ Caput.xxxi.

...ntum. ...40. ...e ania ...ad.68 ...57. ...42.

Tertius gradus animatorum est secundum locum motiuum in quo maxime concernitur potentia appetitiua. que motus progressiui dicitur esse principium. Et ideo ad hoc inuestigandum est primo notandum quod sicut appetitus naturalis sequitur formam naturaliter impressam: sic appetitiua aie sequitur formam ab aia apprehensam. ideo in aia duplex est appetitus. vnus intellectiuus sequens formam apprehensam per intellectum: et alius sensitiuus sequens formam apprehensam per sensum rursus appetitus sensitiuus distinguitur in irascibilem et concupiscibilem: quare est triplex appetitus in hoie: vnus in parte ronali siue intellectiua que dr voluntas: et duplex in parte sensitiua. s. irascibilis et concupiscibilis: ro autem quare appetitus intellectiuus est vnus: et sensitiuus plurificatur: est: quia intellectus comprehendit vnum sub rone vniuersali sensus vero sub ratione particulari: et quia vniuersale et coe congregat que particularia diuidunt: appetitus intellectiuus remanet indiuisus sensitiuus vero diuiditur et plurificatur. ¶ Scdo notandum quod sicut elementa vt ignis etc. hnt duplicem virtutem scz leuitatem per quam tendunt in sursum tanquam in suum conueniens: et caliditatem per quam resistunt impedientibus: sic aialia habent duplicem virtutem appetitiuam: vnam per quam prosequitur conuenientia: et hec dr concupiscibilis aliam per quam resistunt cupientibus impedire in bono desiderato: et hec dr irascibilis: vt verbi gra. Leo per concupiscibilem accedit ad cibum tanquam sibi conueniens: per irascibilem vero resistit et aggreditur bestias cupientes ipm impedire in cibo adepto: et hz quelibet illarum virtutum suam fugam et prosecutionem. Nam si illud quod offertur concupiscibili sit bonum et delectabile et conueniens: tunc concupiscibilis desiderat et prosequitur rem illam si vero sit disconueniens, et motiuum nociuum abhominatur et fugit: desiderium ergo est quedam prosecutio concupiscibilis et abhominatio fuga eius. Item si cupiens nos ipedire in bono quod concupiscimus videtur nobis quod superare possimus tunc audemus et superamus. Si autem non videtur vis ad superandum timemus et desperamus: ita quod spes et audacia sunt quedam prosecutiones irascibilis: timor vero et desperatio sunt quedam ipsius fuge.

...70. His premissis pono quatuor conclusiones Arist. iij. de aia quarum prima est ista: nec potentia vegetatiua nec sensitiua: nec intellectus speculatiuus: nec practicus: nec potentia appetitiua simpliciter et absolute sumpta est principium motus progressiui: primum et scdm patent: quia in plantis est potentia vegetatiua et in multis aialibus potentia sensitiua: quorum nullum potest moueri motu progressiuo. Tertium intellectus speculatiuus nec percipit fugam nec prosecutionem cum talia desideret in vniuersali: imo absque imperio intellectus cor mouetur vel altera pars vna ad fugam si fuerit terribile et altera ad prosecutionem si fuerit delectabile. ¶ Quartum etiam declaratur. nam intellectus practicus aliquando percipit fugam vel prosecutionem alicuius: et non tamen prosequitur nec fugit: imo solum mouetur secundum concupiscentiam. Unde incontinens licet habeat iudicium et rationem nimis delectabilia fugiendi: propter hoc non fugit nec mouetur secundum ronem: immo solum secundum concupiscentiam in prosequendo id delectabile. Ex isto apparet veritas vltima quoniam appetitus aliquando iubet vnum: et non facimus illud abstinentes enim appetunt aliquod delectabile et non mouentur ad illud: sed sequuntur ronem vitando illud. et se ad oppositum conuertendo. ¶ Scda conclusio. Appetitus et intellectus communiter sumptus sunt simul principia motus progressiui. Et notanter dr communiter sumptus: vt intellectus se extendat ad potentiam intellectiuam rationalem: et ad potentiam fantasticam probatur conclusio. nam quod intellectus qui est fantasia sit principium motus progressiui. patet in brutis perfectis. quod autem intellectus rationalis sit principium eiusdem motus arguitur sic: omne illud quod est propter opus et cuius finis est opus habet rationem principij mouentis et agentis respectu illius operis: sed intellectus rationalis est hmoi. ergo etc. maior est nota et minor declaratur de intellectu practico qui per hoc distinguitur a speculatiuo: quia finis speculatiui est veritas: et finis intellectus practici est opus. Item arguitur quod appetitus est principium motus in animali. nam illud quod est propter opus est principium illius: sed appetitus est hmoi. ergo etc. minor declaratur. nam illud cuius est appetitus est principium practici intellectus: sed intellectus practicus est propter opus. ergo pari formiter et appetitus. ¶ Tertia conclusio. Appetitus et intellectus ad vnum principium. s. appetibile necessario reducuntur. de appetitu est manifestum: quia non mouet nec determinat aliquam potentiam motiuam nisi propter appetibile: sed de intellectu probatur: quia intellectus mouet propter appetibile. Quod arguitur sic: intellectus non mouet sine appetitu: et appetitus non mouet sine appetibili: immo propter appetibile mouet. ergo intellectus non mouet sine appetibili: sed propter appetibile. causa autem reductionis amborum ad vnum principium est propter eundem finem. nam appetitus appetit sanitatem et mouet intellectum practicum ad illam sanitatem: intellectus vero practicus inuestigat media ad habendam illam quibus inuestigatis percipit membris vt moueantur ad vltimum per ipm inuestigatum et inducit sanitatem. ¶ Quarta conclusio. Licet intellectus sit principium motus localis: sicut appetitus: tamen intellectus reducitur vltimate ad appetitum. et non econuerso. Prima pars patuit. et scda declaratur. nam species reducitur in genus. et non econtrario: quia genus est comunius sua specie. et actiuitas inferioris reducitur ad actiuitatem superioris: et non econtrario. quia actiuitas superioris causeest cotior. sz appetitus est cotior intellectu. ergo etc. minor declaratur: quoniam intellectus non potest mouere sine appetitu: appetitus autem potest mouere sine intellectu: vt patet in hoibus incontinentibus. vnde Comen. ibidem si motus aialis debet esse per se: et vnus oportet quod intellectus et appetitus non moueant, vt duo: sed vt vnum: ita quod vnum reducatur ad aliud: et actio vnius sit actio alterius: eo modo quo actio inferioris agentis dr actio superioris. ¶ Ex predictis infert phs duo correlaria. Primum est quod potentia appetitiua est principalius principium motus progressiui quam intellectus. patet. quia intellectus reducitur ad appetitum. Secundum correlarium est. appetibile est primum et principale mouens in motu illo. patet: quia appetibile mouet non motum. Mouet enim appetitum et intellectum qui sunt motores intrinseci: quorum intellectus mouetur ab appetitu: et appetitus ab appetibili. appetibile autem non mouetur in hoc motu. vnde appetibile secundum Comen. dicit primus motor in hoc motu: et immobile in eodem motu: licet in alio motu moueatur: et non sit primus motor. ergo etc.

Contra predicta arguitur. et primo quod intellectus practicus non sit principium operationis practice: quia domificatio est operatio practica: et tamen intellectus practicus non est principium operationis illius: quia domificatio non fit ab intellectu practico: sed a domificatore: vel ab arte existente in eo ¶ Scdo arguitur quod fantasia non sit principium fuge vel prosecutionis: quia Aristo. iij. de anima ponens differentiam inter opinionem et fantasiam dicit. Cum opinamur aliquod terribile vel difficile: statim compatimur vel mouemur ad fugam et cum opinamur aliquid ad confidendum: statim mouemur ad prosecutionem: sed secundum fantasiam hoc non contigit: imo secundum eam sic habemus: sicut si essemus respicientes in picturis difficilia et confidenda. ¶ Tertio arguitur quod intellectus non reducitur in appetitum: quia illa que mouent secundum vnam ronem eis comunem non inuicem reducuntur: sz intellectus et appetitus mouent secundum ronem eis coem. ergo. etc. ptz pha cum minori. per Arist. iij. de aia. et maior declaratur. nam sor. et pla. trahentes nauem non inuicem reducuntur vtpz. tamen mouent secundum vnam rationem eis coem licet propter maiorem appropinquationem. quilibet enim illorum intendit appropinquationem nauis. ¶ Quarto arguitur quod actiuitas intellectus in motu progressiuo non reducitur ad actiuitatem appetitus. quia si sic esset: hoc verum per ron-

3ª coclo: T.c.50. et.51.

Quarta conclusio.

Co.50.

T.c.50.51 et.54.

Co.54.

Primum

Secundum t.c.154.

Tertium

T.c.50.

Quartum

...46. ...44. ...5. ...46. ...77. ...s scdo ...48.

T.c.50. nem Arist. s. q in plus se hȝ appetitūs ꝙ intellectus
sed hoc nō est verꝫ: qꝛ sumēdo intellectū cōiter vt su/
mit ipse includēdo fantasiam nunꝙ est appetit⁹ ad
motum progressiuum quin operatur intellectus vel
Cō.50. fantasia. vnde Cō men. iij. de anima. intellect⁹ in eo
qȝ cognoscit nō mouet: sȝ scōȝ q determinat a potētia
desideratiua: licet sit aliud mouens ab intellectu nō
mouet sine intellectu.

Ad pmum **Ad primum** dicit q sicut calefactio est ab igne: ꝛ a caliditate eius:
ita domificatio eius est ab intellectu practico et ab
Ad secūdū arte domificādi: ꝛ licet imediate ab arte domificati
T.c.15+. ua: ꝛ mediate ab intellectu practico. ¶ Ad scōm dr q
Ari. nō posuit in. ij. lib. de aīa nisi duas virtutes in/
teriores. s. sensum cōem: ꝛ fantasiā: quā vocauit exti
matiuā: ꝛ memoriā diuersis ratōib⁹ in eo enī q fan
tasia simplr apprehēdit species sensitiuas cōponen
do vel diuidēdo nō ꝓsequit fuga vel ꝓsecutio: sed in
eo q elicit spēs insensatas a spēb⁹ sensatis cōponē/
do hoc esse ꝓficuū vel diuidēdo hoc nō esse bonum:
sequitur fuga vel ꝓsecutio. pmo modo est fantasia
scōo mō est extimatiua. ꝛ vt retinet spēs est memoria
hinc est q dicit phs. iij. de aīa. Necesse est intelligen
T.c.30. tem fantasmata speculari supponēs q spēs nō nisi
in fantasia detineat in absentia sensibiliū. intēdit er
T.c.154. go phūs in. ij. q fm fantasiā vt fantasia est non seq/
T.c.48. tur fuga nec ꝓsecutio: ꝛ hoc est verū. ꝛ in. ij. de aīa q
Ad tertiū, fm fantasiā vt extimatiua est: sequit fuga vel prose
cutio. ¶ Ad tertiū negetur maior dicēdo q nō est simi
litudo qꝛ soi. ꝛ plato nō sunt cause essentialiter ordi
nate: ꝛ nullus illoꝝ necessario determinat a relliquo
appetitus vero ꝛ intellect⁹ sunt cause essentialr ordi
nate: ꝛ ad motū progressiuū intellect⁹ necessario de/
Ad quartū terminat ab appetitu. ¶ Ad quartū dr q in loco isto
seu in cōclusiōe illa sumpsit intellectū stricte: ꝛ dato
q large seu cōiter sumpsisset adhuc reducit ad appe
titū per viā limitatiōis. vñ intellect⁹ stricte sumpt⁹
reducit ad volūtatē. ergo intellect⁹ cōiter sumptus
reducit ad appetitū large sumptū. ¶ Sed hic est dif
Dubiū, ficultas prius nō reducit ad suū posteri⁹: sed potius
ecōuerso. humanitas enim non reducit ad risibili/
tatem: sed ecōtra ergo intellectus cū sit prior volun
tate ꝛ appetitu: opꝫ appetitū reduci ad intellectum
ꝛ nō ecōuerso. ideo dicitur q appetitus fm latitudi
nem essendi reducitur ad intellectum. nō autem fm
latitudinem operandi: sed potius econuerso ꝛ maxi
me in motu progressiuo ergo ꝛc.

¶ Caput quintum.

Ensibile aūt ad actum ex potentia sensitiuum ipsuȝ deducere: actuqȝ videt effi cere: non enim patitur ac alterat. Quapropter alia quedam est hec species motus. Nam motus actus est imperfecti: at act⁹ simpliciter qui quidem est rei pfecte: alius est omnino diuersusqȝ ab illo. Sentire igitur ipsi dicere solum ac intelligere simile est. Cum autem sensus iucundū aut molestum discernit: quasi affirma uerit aut negauerit. Tum persequitur aut fugit. Atqȝ delectari aut dolere: est operari ipsa medietate sensus ad bonū aut malum: vt talia sunt ꝛ fuga ꝛ appetitus qui est in actu hoc sunt ꝛ nō aliud est appetitiuum aliud fugitiuum nec alia sunt ista a sensitiuo. ꝙ ipsoꝝ ratio nō est eadem sed diuersa. Anime autem que principium est ratiocinandi ipsa fantasmata: perinde atqȝ sensibilia sensui ipsi subijcitur: atqȝ cum bonum aut malum esse dicit affirmando: aut negādo tum fugit aut persequitur. Quapropter ipsa aīa siue fantasmate nunꝙ intelligit. Fit autem ꝛ hic perinde vt ibi uam aer quidem pupillam talem efficit ipsa autem aliud ꝛ auditus simili modo. ipsum vero vltimum vnuȝ quidem est ꝛ medietas vna at ipsi⁹ plures sunt rationes quo vero dijudicat atqȝ discernit calidum a dulci differre. Dictum ꝛ prius est ꝛ nunc etiam est dicēdum est enim vnum quid ipsum ꝛ ita vnum vt terminus. Atqȝ hec ipsa vnuȝ sunt: aut similitudine rationis aut numero quem habent ad vtrūqȝ vt illa inter sese habent. Quid enim interest si quonā pacto discernit: aut ea q̄ sub eodem genere collocantur aut contraria dubitemus vt album ac nigrū. Sit igitur vt est A quod est album ad B qȝ est nigruȝ sic C ad D quare mutato ordine comparationem etiam eorundem vere facere licet. Si igit C D sint vnū ipsa profecto sese habebunt: peride atqȝ. A. B. vt sint idem ꝛ vnum non eandem autem habeant rationem ꝛ illa simili modo eadem erit omnino ratio et si A quidem sit dulce B vero album.

Album	Dulce
A	C
B	D
Nigrum	Amarum

¶ Intellectiuum igit ipsas formas in fantasmatib⁹ ipsis intelligit. Et vt in illis ipsi definitū est id quod fugiendum est vel sequendum sic ꝛ sine sensu cuȝ in fantasmatib⁹ est mouet: sentiēs enim signum face datum ignem esse: vidensqȝ ipsum cōmuni sensu agitari motu: cognoscit hostem accedere. At nonnunꝙ hisce: que sunt in anima fantasmatib⁹ aut mentis conceptibus quasi videns ad ea que sunt presentia ratiocinatur: atqȝ deliberat de futuris. Et cū dixerit hic aut ibi rem eaȝ esse que voluptateȝ aut dolorem affert: tum fugit aut perse

quitur et omnino aliquid agit ipsum et verum ac falsum: que sine actione sunt in eodem genere sunt in quo sunt bonum ac malum: sed absoluti differunt atque cuiuspiam ratione. At vero res eas que vocitatur ob abstractionem abstracte: hoc pacto intelligit: nam vt si quis piam simitatem non est vt simitas: quo quidem pacto percipi separata non potest. Sed vt concauitas est intelligeret actu: sine ea cum ipsam intelligeret carne in qua concauitas est. Sic cum res intelligit mathematicas: tum separatas ipsas vt separatas intelligit. Omnino autem is intellectus: qui actu intelligit res: ipse est vti diximus. Si vero fieri possit vt aliquam ipse non separatus a magnitudine separatarum rerum intelligat nec ne considerandum est postea.

Caput.xxxij.

T.c.54. Ad omnem motum secundum Aristo. iij. de aia necessario concurrunt tria principia. s. principium imobile quod mouet: quod mouetur. et mouet de quibus est dictum. et principium quod mouetur. de quo est iam dicendum. Ubi notandum primo secundum phm. iij. de aia quod

primum. T.c.55. cor assimilatur celo in quatuor. primo in principio et in fine: quia sicut celum est principium et finis motus omnium generabilium et corruptibilium: et in eius oriente est principium motus in occidente autem finis. ita cor est principium motus rarefactionis versus circumferentiam: et finis eiusdem versus centrum per condensationem. secundo in concauitate et gibbositate: quia sicut celum est concauum versus speram actiuorum et passiuorum: et gibbosus versus circumferentiam supremam conuexam: ita dicitur cor concauum versus centrum: et gibbosum versus superficiem conuexam. tertio in motu et quiete: quia sicut mouetur celum

T.c.76. secundum partes: et secundum se totum dicitur quiescere. viij. phy. ita cor secundum se totum dicitur quiescere. secundum partes dicitur moueri versus centrum per condensationem et versus circumferentiam per rarefactionem. quarto impulsu et tractu: eo quod sicut in celo partes superiores videntur trahere partes inferiores et partes inferiores videntur pellere partes superiores ita partes cordis se inuicem pellunt quando mouentur versus circumferentiam et se inuicem trahunt quando mouentur versus centrum. Secundo notandum ex doctrina Arist.

Scdm. T.c.56. et 57. iij. de aia quod licet in singulis aialibus sit fantasia que in singulis aialibus reperitur delectatio et tristitia tamen deliberatiua non nisi in hominibus reperitur eo quod deliberatiua considerat vtrum hoc sit agendum vel aliud et an potius hoc vel illud quod est opus rationis. vnde in tali consideratione necesse est accipere vnam regulam vel mensuram in deliberando: quod magis est agendum: et hoc est medium ex quo sillogisat quid sit agendum. Verbi gratia. deliberatiua accipit hoc principium. magis bonum est magis eligendum. cum occurrentibus duobus in eque bonis vere vel apparenter aduenit illam minorem. hoc est magis bonum concludendo hanc hoc est magis eligendum. Ex his patet quare bruta non habent opinionem cum tamen habeant fantasiam quia non possunt vti sillo

1a conclusio. T.c.55. quo vnum pre alio gignit alteri. deliberatio autem rationis dicitur habere opinionem alias non faceret ex pluribus fantasmatibus vnum.

His premissis pono quatuor conclusiones Arist. iij. de aia: quarum prima est ista. Cor est principium principale organicum in motu aialis. probatur. principium principale organicum in motu aialis debet habere quatuor conditiones. prima quod sit principium et finis motus. secunda quod in eo sit concauitas et gibbositas. tertia quod secundum aliquid moueatur et secundum aliquid quiescat. Quarta quod in eo sit pulsus et tractus sed cor habet omnes istas conditiones. ergo etc. patet consequentia cum minore: et maior arguitur principium principale organicum motus aialis debet se habere in aiali sicut celum in vniuerso eo quod aial dicitur paruus mundus sed celum respectu vniuersi habet illas quatuor conditiones. ergo etc.

Secunda conclusio. Appetitus sensitiuus aliquando vincit deliberationem: et econuerso. Prima pars patet in hominibus non continentibus qui habent appetitum sensitiuum ad aliquod delectabile: et ratione in contrarium dictante illud esse fugiendum et tamen prosequuntur illud iuxta inclinationem appetitus sensitiui contrariando rationi. Secunda vero pars declaratur in continentibus qui agunt secundum rationem contra inclinationem appetitiua. Ex ista conclusione infert Arist. quod motus quo vincit appetitus sensitiuus a ratione est naturalis econuerso autem est motus preter naturam sicut spera celestis inferioris quandiu mouetur a superiori naturaliter mouetur: quia ordo nature est quod inferiora moueantur et regulentur a superioribus sed si moueret superiorem: ille motus esset preter naturam. Tertia conclusio. Sola ratio practica particularis mouet immediate hominem ad fugam vel prosecutionem. probatur. nam ratio speculatiua talis omne totum est maius sua parte non mouet quia non iudicat aliquid esse fugiendum vel prosequendum nec etiam mouet ratio vniuersalis practica vt omne bonum est faciendum vel prosequendum quia ex hoc nemo mouetur fugere malum et sequi bonum sed ratio particularis practica. vt hoc est bonum mouet ad fugam vel prosecutionem concludendo quod hoc est faciendum et dato quod vniuersalis moueret: nunquam tamen mouet sine particulari sicut nec causa immediata sed sicut causa remota. ratio autem particularis immediate mouet. Quarta conclusio. Appetitus deliberatiuus suorum actuum est vere dominus patet: quia appetitus deliberatiuus qui est voluntas est principale agens in motu aialis. Comme. autem. iij. de aia sepissime dicit seu dixit ipsum esse dominum motus secundum locum. et Aristo. ix metaphysice. inquit quod appetitus est vere dominus motus localis. vnde naturalia non habent dominium suarum operationum cum in potestate ipsarum non sint sue operationes ignis enim naturaliter calefaciens non dominatur sue calefactioni sed quadam necessitate nature concurrit actiue ad illam. quia igitur intellectus necessario fertur in suum intelligibile et voluntas erit libera libertate contradictionis: ideo voluntas domina dicitur suorum actuum et non intellectus.

Contra predicta arguitur et primo quod appetitus deliberatiuus non mouet intellectum: quia intellectus mouet potentiam appetitiuam. ergo non mouetur ab ea. patet consequentia dupliciter. primo quia sic sensus mouet intellectum quod non mouetur ab eo. ergo per idem intellectus mouet appetitum quod non mouetur ab eo. secundo quia intellectus tunc moueret seipsum: eo quod quicquid est causa cause: est causa causati. antecedens patet ex eo quod actuatio voluntatis presupponit actum intellectus. Secundo arguitur intellectus est imobilis in tali motu. ergo appetitus non mouet eum. probatur antecedens: nam appetibile est mouens imobile: quia est terminus motus sed intellectus erit terminus motus scilicet intellectionis qui est motus rerum ad aiam. ergo etc. Tertio arguitur prius est actus intellectus quam voluntatis: ergo potius est dicendum quod intellectus mouet voluntatem quam econtra. Et idem argumentum potest fieri de potentiis sensitiuis: tamen in speciali arguitur sic. potentie sensitiue non mouentur ab aliquo nisi recipiendo cognitionem ab illo representatiuam illius: si ergo mouentur a voluntate. ergo recipiunt cognitionem representantem voluntatem quod est impossibile: quia sensus non possunt cognoscere voluntatem cum sit indiuisibilis simpliciter. Quarto arguitur quod intellectus est dominus suorum actuum: et non voluntas: quoniam intellectus influit in voluntatem ipsam immutando. ergo sibi potius competit ratio dominij quam voluntati. patet consequentia: et antecedens est notum: eo quod voluntas cum sit pura potentia necessario actuatur per intellectum. et ideo dicit Comentator. ix. metaph. quod ratio est primus motor.

Marginal notes (right column): 2a conclo. T.c.57. — T.c.57. — 3a conclo. T.c.58. — Quarta conclo. — T.c.10. — primum. — Secundum — Tertium. — Quartum — Comm.

Ad pmū. **Ad primum** cōcedo q̄ intellectus mouet appetitū: ⁊ ecōuerso. ⁊ nego q̄ intellectus nō moueat sensum: licet eñ nō moueat illū ī actu cognitiuo: tamē mouet ipsum in actu vitali ⁊ appetitiuo qñ vincit appetitus sensitiuus a rōne deliberatiua: nec est incōueniēs intellectū mouere se Ad secūdū ipsum. verū tñ in tali motu appetit⁹ imediate ɔcurrit ⁊ intellect⁹ mediāte appetitu. ¶ Ad scōm dr̄ q̄ appetibile nō dr̄ mouēs imobile solū q: est termin⁹ motus sed q: est termin⁹ mot⁹ nihil recipiens per illū motū. intellect⁹ vero ⁊ si est terminus motus: est tñ aliq̄d re Ad tertiū. cipiens p̄ illū motū. ¶ Ad tertiū cōceditur q̄ voluntas non mouet intellectū ad omnē actū eius: nec etiā alias potētias sensitiuas ad oēs vitales ipsa℞ operatiōes: sȝ postq̄ volūtas est actuata pōt mouere ⁊ determinare ceteras potentias cognitiuas ad aliquē actū cognitionis: ⁊ ɔñr negetr̄ q̄ omnis potētia cognitiua mota ab aliquo recipiat cognitionē ab illo: sed bene mota ab eo vt obiecto. modo volūtas nō est obiectū alicuius potētie cognitiue. ideo a nulla potētia cognoscitur nisi ab intellectu nō quidē directe: sȝ indirecte ⁊ reflexe: nec actus receptus in aliqua potētia cognitiua ex motione voluntatis debet dici cognitio: licet sit vitalis motio. volitio enim et nolitio que sunt actus voluntatis sunt actus vitales ⁊ non cognitiui: nec apprehensiui. voluntas igitur nō mouet potentias cognitiuas tanq̄ obiectum vel presen Ad q̄rtum tatū sibi: sed tanq̄ causa determinās ad actū. ¶ Ad quartū negetur consequentia. vnde non est inconueniens dominū recipere ab aliquo influxū: cui ratio dñij nō cōpetit. vnde intellect⁹ nō dr̄ dñs q: illā influentiā necessario agit ⁊ naturaliter: sed volūtas dū influit intellectum mouēdo ipsum habet in potestate illā influētiā: q: pōt mouere ⁊ nō mouere ꝭm beneplacitū determinationis eius ⁊ licet ratio sit prim⁹ motor: nō tñ sibi cōpetit ratio dñij: q: nō hȝ suū actuȝ Intelligendum. in potestate eius. ¶ Intelligēdū circa dicta q̄ respectu boni simpliciter: ⁊ respectu finis nō pōt voluntas seipsam actuare nec determinare. immo actualiter determinat̄ ab ipso bono simplr̄ seu fine apprehēso per intellectū vt necessario volūtas in tale bonū simplr̄: ⁊ in talē finē ferat̄: nā si beatitudo offerat̄ volūtati sub ratiōe finalis boni necessario est a volūtate volita. ⁊ si miseria ostendit̄ sub ratione mali simplr̄ necessario est a volūtate nō volita: sed respectu eorum que sunt ad finem: ⁊ respectu bonorum appetibiluȝ ꝭm quid potest seipsam terminare. Nā libido: quia simpliciter non est bona: sed est apparenter bona ratione delectationis annexe. mala autem q: prohibita ⁊ inordinata: ⁊ ideo si ꝓponat̄ voluntati in sua libertate est de se determinare ad voluntatē illam ratione qua est delectabilis: vel ad fugiendū ipsaȝ. rōne qua est ꝓhibita ⁊ iordinata: ⁊ ita bonū simplr̄: vel finis vltimus actuat ⁊ determinat voluntatem: sed bonum ꝭm quid: aut ad finē ordinatum actuat volūtatē. sed non determinat eā. porro enim amara q̄ est bona ꝭm quid: vt est inductiua sanitatis et mala ꝭm quid ratione sue amaritudinis apprehensa ab intellectu ꝭm ambas rationes proponitur voluntati: ⁊ sic mouet ⁊ actuat voluntatem: non tamen determinat q: voluntas cum hac motione potest vnā partē eligere: ⁊ aliam respuere ꝭm suam liberam determinationem. ¶ Aduertendum tamen q̄ sicut intellectus nō solum de necessitate adheret primis principijs: sed etiā oībus cōclusionib⁹ quas scit sequi ex eisdem: nō autē cōtingētibus nec necessarijs quas nō scit sequi ex illis: ita volūtas nō solū in bonū simplr̄ vel in finē vltimū: sȝ etiā in bono ꝑticulari de necessitate fert̄ q̄d percipit illi fini necessario annexuȝ in bonū aūt ꝑ intellectū apprehēsum nō vt vltimo fini necessario annexū voluntas nō necessario fert̄ in vltimū fineȝ nisi iudicetur sub ratione vltimi finis: ⁊ ideo si id q̄d non est vltim⁹ finis iudicet̄ sub ratione vltimi finis firma extimatiōe q̄ diu stabit tale iudiciū rationis volūtas in illud fert̄ ineuitabiliter ⁊ talis necessitas nō est absoluta: sed ex suppōne: q: deficiente errore non necessario fertur in illud voluntas: qm̄ rō nō iudicabit illud in ratione vltimi finis. ¶ Caput. xxxij.

Vtrum voluntas a corporib⁹ celestib⁹ necessitetur est iā aliter inquirendū. ¶ Notandū p̄mo q̄ antiq̄ phi vt democritus ⁊ Empedocles: ꝭm Arist. iij. meta. ⁊ p̄mo ⁊ scōo de aīa posuerunt intellectū esse sensum. et Primū. T.c. 21. T.c. 24. t.c. 144. ɔñr appetitū sensitiuū esse appetitū intellectiuum: q: nō videbant distinctiones inter actus ⁊ operationes illarū potētiarū. ⁊ ideo dixerūt intellectū esse virtutē organicam ⁊ materialem sequentem corporū transmutationē: sicut sensus: ⁊ ɔñr dixerūt q̄ cū transmutatio corporū inferio℞ sequatur trāsmutationē corpo℞ superiorū intellectualis etiam operatio sequit̄ corpo℞ celestiū motus ꝭm illud Homeri. Talis est intellect⁹ in dijs: ⁊ in hoībus terrenis: qualem induxit pater virorū deorūq̄. i. sol vel forte iuppiter quē dicebāt summū deū: ⁊ ita intellectū: sicut sensum crediderūt a corporibus celestibus gn̄ari. ¶ Scōo notandū q̄ aliq̄s effect⁹ dr̄ subijci alicui cause duplr̄. s. per se vel directe ⁊ per accidēs ⁊ indirecte. Ille effectus subijcitur alicui cause per se ⁊ directe: per quem effectū illa causa influit: ⁊ a qua ille effectus producitur: sed ille effectus subijcit̄ alicui cause per accidens ⁊ indirecte: a qua cā nō fit ille effectus: tamen exigit causam illā ad hoc q̄ fiat. verbi grā. illuminatio domus per se ⁊ directe subijcit̄ luci vel corpori luminoso: q: ꝓducitur ab illo per accidens ⁊ indirecte subijcitur aperienti fenestrā: q: non ꝓducitur ab illo: tamen exigit illam causaȝ in sui productione: q: nisi talis causa cōcurreret: nō illuminaretur domus. Ex quo sequitur q̄ aperiens fenestram est simul causa per se ⁊ per accidēs. ē enim per se causa aperitionis fenestre ⁊ per accidens causa illuminationis medij. 2.a.150. Secūdū.

Ad scðm ¶Ad scðm negetur ꝯña:quia nõ ꝯcludit̃ maior eter-
nitas de minori:eo ꝙ ly corruptibilis in maiori sup-
ponit personaliter sicut subiectũ sic adiectiuũ erit et
in ꝯclusione simpliciter:sicut ly humanitas cuius est
adiectiuũ:⁊ ideo dʒ cõcludi ꝙ humanitas est homo:
aut ꝙ aliqd qð est humanitas est corruptibile:quorũ
vtrũq; cõcedit̃. ¶Ad cõfirmationẽ dicit̃ ꝙ Auicẽna ⁊
Algazel posuerũt inter essentiã ⁊ esse quidditatiuũ
in cõcreto solũ nõ idẽtitatẽ rationis quã ego cõcedo:
qm̃ ratio humanitatis nõ est ratio hoĩs cum hõ di-
cat modum essendi per se:⁊ humanitas abstrahit ab
Ad tertiuz illo modo. ¶Ad tertiũ cõcedo ꝙ sortem fuisse est sor-
tem fore nõ obstãte ꝙ hatũ veritatũ vna sit cõtingẽs
⁊ alia necessaria:quia nõ seqtur sortem fuisse est veri
tas necessaria:⁊ sortẽ fuisse est sortẽ fore:igitur sortẽ
fore est veritas necessaria:sed bene seqtur ꝙ aliqua-
liter esse est sortẽ fore qualiter esse est veritas necessa
ria:sicut nõ seqtur:deum esse est necessariũ:⁊ deũ esse
est deum esse in hoc instãti:igitur deũ esse in hoc in-
stanti est necessariũ:sed bene seqtur:ergo aliqualiter
est deũ esse in hoc instãti qualiter esse est necessariũ.
¶Ad aliud dicit̃ ꝙ sicut genus vel differẽtia nõ dicit
ꝯpositionẽ ex genere ⁊ differẽtia:⁊ species dicit hmõi
cõpositionẽ:⁊ tñ idẽtificatur illis:ita non obstãte di-
uersa cõpositione sortis ⁊ sorteitatis illa inuicẽ idẽti
ficantur:sicut etiam idẽtificãtur homo ⁊ humanitas
nõ obstãte ꝙ homo dicat modũ essendi per se:nõ aũt
humanitas. Item nõ obstãte ꝙ genꝰ sit materia dif-
ferẽtie adhuc idẽtificãtur inuicẽ:igitur licʒ sorteitas
dicat materiã:⁊ humanitas formã nõ tollitur ex hoc
idẽtificatio inter illa. ¶Et ad cõfirmationẽ dicitur
ꝙ Aristo.loquutus est ibi de alietate vel nõ idẽtitate
rationis ad hunc intellectũ ꝙ alia est ratio magnitu
dinis singularis:⁊ alia est ratio quidditatis eiusdẽ:
qm̃ alia est ratio aque singularis:⁊ alia aque vniuer
salis:magnitudo aque singularis est incõmunicabi-
lis ⁊ quidditatis eius est cõmunicabilis. ¶Ad quar- Ad q̃rtum
tum dicitur ꝙ lʒ forma partis nõ possit esse sine sua
materia:tñ forma totiꝰ potest esse sine materia sua:
qm̃ materia partis ordine nature p̃cedit suã formã:
⁊ ecõuerso:forma totius precedit ordine nature ma-
teriã totius. Secũdũ vero incõueniẽs nõ seqtur:qm̃ 2
sicut relatio nõ inheret suo fundamẽto:nec informat
illud:cum nullã faciat cõpositionẽ:et tñ nõ per se exi-
stit:ita q̃dditas denudata ab indiuiduo manet q̃ddi
tatiue:⁊ ponit̃ in fundamẽto materie absq; inheren-
tia ⁊ informatione ⁊ per se subsistẽtia. Tertiũ etiam 3
nõ seqtur ꝙ lʒ quidditas denudata nõ actu p̃dicetur
bene aptitudie:⁊ hoc est qð dicit Porphi. in vniuersa-
libus ꝙ hoc verbũ predicat̃:nõ dicit actum:sed apti-
tudinẽ. Quartũ nõ seqtur ꝙ lʒ genus posset intelligi 4
esse:nõ tñ potest esse sine specie:quia species est eque
necessaria sicut genꝰ:immo magis:cũ natura primo
intẽdat speciẽ ⁊ nõ genus:nec indiuiduũ ſm Auicen.
in principio sue Physi. ¶Ad Phm dicit̃ ꝙ nõ asserit
destrui genera ⁊ species si destruunt̃ indiuidua illiꝰ
speciei vel generis:sed si destruũtur oẽs substãtie pri
me:qm̃ si nõ esset aliqua substãtia nõ esset aliqua for
ma substãtialis:ꝯsequẽter nec materia prima modo
deficiẽte prima materia deficerent oẽs quidditates
substãtiales ⁊ accidentales:quare ⁊c.

¶Caput secundum.

Primum **Consyderãda** sunt aliqua
circa mate-
riam vniuersaliũ: vt predicta de esse et
essentia clarius intelligant̃. ¶Et ideo
notandũ primo ꝙ predicationũ quedã
est idẽtica ⁊ quedã formalis. Predica-
tio idẽtica est inherẽtia predicati ad subiectũ expli-
cans realitatem vnius ad reliquũ:vt homo est aĩal.
predicatio aũt formalis est inherentia predicati ad
subiectũ explicãs cõditionẽ vel rationẽ importatam
per alterũ extremoꝝ:vt homo formaliter est animal:
aut est per se risibilis:intelligit̃ enim per illas ꝙ ho-
mo sub ratione humanitatis est aĩal ⁊ risibile. Note
aũt formalitatũ sunt isti termini per se formaliter:
prout ſm ꝙ hmõi:inq̃ntum:⁊ hmõi consimiles. Iuxta
Prima r̃la hanc distinctionẽ sit hec prima regula. oĩs ꝓpositio
determinata per notã formalitatis est p̃dicatio for-
malis:vt per se est homo:homo ſm ꝙ hmõi est risibi
Secũda regula. lis. Secũda regula/omis ꝓpositio determinata per
notã idẽtitatis est p̃dicatio idẽtica: vt sortes est idẽ
Tertia regula. platoni:⁊ hõ est idẽ generalissimo substantie. Tertia
regula est/oĩs ꝓpositio cuiꝰ terminꝰ prime intẽtio-
nis est predicatũ seclusa nota formalitatis est predi-
Quarta regula, catio idẽtica:vt sortes est aĩal:species est hõ. Quar-
ta regula/oĩs ꝓpositio cuiꝰ predicatũ est terminꝰ se-
cũde intẽtionis deducta nota idẽtitatis est p̃dicatio
Primũ correlariũ. formalis:vt hõ est species:aĩal est genus. Ex istis re-
gulis seqtur primo impossibilitas cuiuslibet istarum
sortes est species:species est genus : quia quelibet il-
larũ est formalis:quarũ prima significat ꝙ sortes sub
ratione sortis est species: et scða ꝙ species sub ratiõe
Scðm correlariũ. specifica est genus:quorũ vtrũq; est falsum. Scðo se-
quitur ꝙ illa ꝯña nõ valet:hoc est species:demõstran
do humanitatẽ:⁊ hoc est sortes:igit̃ sortes est species:
quia lʒ ex p̃dicatione formali sequat̃ idẽtica:quia be-
ne seqtur:sortes est formaliter hõ:aut per se risibilis:
igitur sortes est hõ et risibilis:nõ tñ seqtur ex idẽtica
formalis:quia nõ seqtur hõ est albus:igit̃ hõ est per
se albus:sed in argumẽto facto:minor est idẽtica:et
cõclusio est formalis:ideo dʒ cõcludi ꝙ sortes est ali-
Tertium correlariũ. quid ꝙ est species:vel qð est idem speciei. Tertio se-
quitur ꝙ ista ꝯña nõ valet:nulla substãtia est genus
generalissimũ: sed substãtia cõis est substãtia:igitur
substãtia cõis nõ est genꝰ generalissimũ: quia minor
fuit idẽtica:⁊ cõclusio formalis:sed bene seqtur ꝙ ali-
quid quod est substãtia cõis vel idẽ substãtie cõmuni
Quartũ correlariũ. nõ est genus generalissimũ. Quarto seqtur ꝙ ille syl-
logismus nõ tenet:nullũ genus generalissimũ est ge-
nus subalternũ:aliquod genꝰ generalissimũ est aĩal

cõmune: ergo aliquod animal cõmune nõ est genus subalternũ: quia cum minor esset idẽtica cõclusio formalis debet inferri: igitur aliq̃d quod est aial cõe vel idem aiali cõmuni nõ est genus subalternũ: qđ conceditur: vnde ly aliq̃d quod est facit etiam p̃dicationẽ idẽticã.

Secundũ. ¶ Secũdo notãdũ q̃ a suppositione simplici ad suppositionẽ personalẽ nec econuerso valet ɔ̃ña: vnde nõ seq̃tur: hõ est species: igitur aliq̃s hõ est species: vel aliqua hõ est species: nec sequitur: hõ currit: igit̃ humanitas currit vel homo cõis currit.

Primũ correlariũ. Ex isto seq̃tur primo q̃ ista ɔ̃ña nõ valet: q̃libet hõ est compositus ex materia ꝛ forma naturali: sed humanitas est aliquis homo: ergo humanitas est cõposita ex materia ꝛ forma naturali: quia ly compositus in maiori supponit personaliter sicut subiectũ talis adiectiui: ꝛ in cõclusione supponit ly cõposita simpliciter: sicut ly humanitas suũ substãtiuũ: sed bene seq̃tur: humanitas est hõ cõpositus ex materia ꝛ forma naturali: sicut nõ seq̃tur: quilibet faber est bon⁹: sed aliq̃s homo est faber: igit̃ aliq̃s homo est bonus: quia arguit̃ ex quatuor terminis ꝑpter diuersitatẽ significationis illius termini bonus: ex diuersitate substãtiuoꝝ: sed bene seq̃tur q̃ aliquis hõ est bon⁹ faber.

Secundũ correlariũ. Scđo seq̃tur q̃ illa ɔ̃ña non valet: nullus hõ est cõicabilis plurib⁹ suppositis: sed humanitas est aliq̃s hõ: ergo humanitas nõ est cõicabilis plurib⁹ suppositis: sed solum seq̃tur q̃ humanitas nõ est aliq̃s hõ cõicabilis pluribus suppositis.

Tertiũ correlariũ. Tertio seq̃tur q̃ ille syllogismus nõ valet omne aial morit̃ homo cõis nõ morit̃: igitur homo cõis nõ est aial: quia variat̃ mediũ ꝛ suppositio: eo q̃ participiũ inclusum virtualiter in ly morit̃: supponit in maiori ꝑsonaliter sicut subiectũ ꝛ in minori sicut ly hõ cõmunis: igitur minor debuit esse talis: homo cõis nõ erit aial moriturũ qđ negat̃.

Quartũ correlariũ. Quarto seq̃tur q̃ illa ɔ̃ña nõ valet: q̃libet hõ desinet esse: aliquis hõ est aial cõe: ergo aial cõe desinet esse: quia ly desinet in maiori supponit personaliter ꝛ in conclusione simpliciter: ideo solũ sequitur aial cõmune erit aliquis homo desinens esse.

His visis sit hec prima cõclusio: vniuersalia habent esse in rerum natura preter operationẽ intellect⁹. patet: quia seclusio omni opere intellectus sortes ꝛ plato sunt eiusdẽ speciei: et homo ꝛ asinus sunt eiusdẽ generis. vnde vult Arist. in ꝓhemio Phy. q̃ tatũ ꝛ vniuersale pri⁹ cognoscant̃ q̃ singulare: qđ declarans Cõmẽtator dicit q̃ triplex est cõpositio: scʒ indiuidui ex materia ꝛ forma speciei ex genere ꝛ differẽtia: ꝛ generis ex suis specieb⁹. vnde dicit Cõmẽtator q̃ vbicũq̃ ꝛ qualitercũq̃ sumit̃ cõpositio semp totum est notius sua parte: qđ nõ potest intelligi de aliquo cõceptu mẽtali. (T.c.4. Cõmẽ.5. Cõmẽ.5.) Item dicit Aristo. j. Poste. q̃ de vniuersalib⁹ est sciẽtia ꝛ nõ de singularibus: nec de corruptibilib⁹: qđ nõ potest intelligi de cõceptib⁹ mẽtalib⁹: quia illi corruptibiles sunt. (T.c.68.) Item ponit Aristo. ꝛ Cõmẽtator. ij. de aia. q̃ eadẽ est natura in aqua ꝛ in aere: lʒ sit innoiata: ꝛ eadẽ est in superiorib⁹ ꝛ inferiorib⁹: scʒ dyaphanitas: qđ nõ põt intelligi nisi de natura vniuersali. (T.cõ.8.) Et tertio de aia: dicunt q̃ aliud est magnitudo ꝛ magnitudinis esse: aqua et aque esse: asserẽtes in reb⁹ esse duo: scʒ rem ꝛ quidditatẽ tam in naturalib⁹ q̃ in mathematicis: preterea Aristo. vij. Meta. dicit generãs generat aliũ propter materiã: ꝛ ẽm formã est idẽ generãs ꝛ generatũ: quia forma nõ diuidit̃: igit̃ vult Aristo. q̃ eadẽ forma manet in generãte ꝛ generato: qđ non potest esse nisi sit forma vniuersalis: (T.c.28.) deinde ponit Porphyri⁹ in vniuersalib⁹ q̃ participatione speciei plures hoies sunt vn⁹ homo cõis: ꝛ q̃ gen⁹ est pars speciei ꝛ differẽtia adueniens generi cõstituit speciẽ: que duo dicta vltima nõ intelligunt̃ de diffinitiõe speciei: vt cõiter dicit̃: qꝛ in capitulo de differẽtia inquit sicut ex aere ꝛ figura artificiali fit statua: ita species ex genere ꝛ differẽtia. Item ꝓmo sue Meta. dicit Auicẽ. q̃ natura nec gen⁹ nec indiuiduũ primo intẽdit: sed speciẽ cũ natura nõ intendat primo aliquã operationẽ intellect⁹ oportet talem speciẽ fore in rerũ natura mouente agens naturale.

¶ Scđa ɔclusio / vniuersalia habẽt esse actuale extra animã preter operationẽ intellect⁹. ptʒ: quia seclusio omni opere intellectus adhuc sortes ꝛ plato sunt actus eiusdẽ speciei actualiter ꝛ nõ potẽtialiter solũ. vnde arguit̃ sic: correlatiuũ in actu refert suum correlatiuũ in actu: vt colligit̃ a Phõ ꝛ Cõmentatore ij. de aia. sed singulare ꝛ vniuersale sunt correlatiua: igit̃ si est singulare in actu est vniuersale in actu: sed seclusio omni opere intellect⁹ adhuc singulare est in actu ꝛ habet esse actuale: igitur ꝛ pariformiter ꝛ vniuersale: ista est expssa sentẽtia Aristo. ꝛ Cõmẽtatoris in. iij. de aia di. q̃ mouẽs intellectũ est in actu: sed ẽm ipsos vniuersale primo mouet intellectũ: igit̃ vniuersale est in actu preter operationẽ intellect⁹. ptʒ ɔ̃ña: quia prius est obiectũ q̃ actus eius. ij. de aia: igitur. Secũda cõclusio. T.c.36. T.c.26.

¶ Tertia cõclusio / vniuersalia denudata a suis singularib⁹ nõ sunt actu vniuersalia: sed potẽtia solum: patet: qm̃ sortes habiturus filiũ nõ est actu pater: sed potẽtia solũ: quia nondũ habet filiũ: igitur per idem quidditas rose sine supposito nõ est actu species nec genus: sed potẽtia solũ: cum igitur incipit esse in aliquo suo opposito incipit esse actu species seu genus: humanitas autem quia nõ potest esse sine indiuiduo semper est species actu. Tertia cõclusio.

¶ Ex istis seq̃tur q̃ nõ si q̃dditas generis semp est in actu gen⁹ q̃ quelibet quidditas specifica eius semp est in actu species: quia lʒ quodlibet gen⁹ semp habeat aliquã speciẽ in actu: nõ tamen semp habet in actu quãcũq̃. Correlariũ.

¶ Quarta cõclusio / vniuersalia sunt in suis singularib⁹ ꝛ idẽtificant̃ illis. prima pars ptʒ: quia si essent separata more Platonico genus nõ predicaret̃ de specie: nec species de indiuiduo: ɔ̃ñs est falsum: ꝛ cõtra Porphyriũ in vniuersalib⁹. ꝛ ꝓbat̃ ɔ̃ña: quia sortes nõ est hõ ydealis: nec homo aial ydeale: immo sequitur q̃ diffinitio de suo diffinito nõ verificaret̃: ꝛ q̃ de aliquo dicit̃ diffinitio de quo nõ dicit̃ diffinitũ: quia sortes est aial rationale: ꝛ nõ hõ specificus ydealis. Has rationes mouet Aristo. vij. Meta. contra Platonem. Quarta cõclusio. T.c.43. 57. ꝛ [illegible] secũda pars cõclusionis est nota: quia sortes est homo ꝛ humanitas ex priori cõmẽto: tamen arguit̃ sic: si humanitas sortis nõ est sortes cum nõ sit forma accidẽtalis eius nec materia sortis: igitur est forma substãtialis pars sortis: ꝛ informãs materiã: qđ est impossibile: qꝛ tunc esset animo intellectiua vel sensitiua. vnde Porphyri⁹ indubie assentit huic sententie: dicẽs participatione speciei plures hoies sunt vn⁹ homo: modo homo cõmunis ꝛ humanitas sunt idem.

Contra predicta arguitur sic: ꝛ primo q̃ vniuersalia nõ sunt extra animã: qꝛ omne quod est extra animã est vnũ numero: sed vnũ numero ꝛ singulare sunt idem: igitur nihil est extra animã nisi singulare: tenet ɔ̃ña: cũ minori. maior autẽ ꝓbat̃: quia de illo ꝛ de quolibet alio est verum dicere q̃ illa sunt duo. vnde Boeti⁹ de vnitate ꝛ vno: dicit q̃ omne quod est ideo est: quia vnũ numero est. Primũ.

¶ Scđo arguitur authoritatib⁹. nam Aristo. j. de ais dicit q̃ vniuersale nihil est: aut posteri⁹ est: vbi dicit Cõmẽtator q̃ diffinitiones generũ ꝛ specierũ nõ sunt diffinitiones rerũ vniuersaliũ existẽtiũ extra animã: sed rerũ particulariũ extra itellectũ. ꝛ cõcludit q̃ intellectus est ille qui agit in eis vniuersalitatẽ. et. ij. de aia dicit Phs q̃ vniuersalia sunt in aia. et. vij. Meta. q̃ vniuersalia nõ sunt substãtie. Porphyrius aũt diffinit tam gen⁹ q̃ species per predicari in quid modo predicari non attribuit̃ nisi terminis. Scđm. T.cõ.8. Cõmẽ.8. T.c.60. T.c.45. et.46. et 48.

¶ Tertio arguitur q̃ vniuersalia nõ sunt in suis singularib⁹: quia si sunt in singularib⁹: ꝛ nõ vt materia nec vt forma accidẽtalis: quia sunt quidditates singulariũ: igit̃ vt forma substãtialia: ꝛ per ɔ̃ñs quodlibet ɔpositũ naturale habet duas formas substãtiales totales dantes q̃dditatiuũ esse. ɔ̃ñs est falsum: quia vna earũ superflua: ꝛ potest confirmari de quidditate rose que oĩno separat̃ a suis singularib⁹ nulla rosa existente. Tertiũ.

¶ Quarto arguitur / q̃ vniuersalia nõ idẽtificant̃ suis singularibus: quia Quartũ.

nullum totum identificatur sue parti:sed species est tota respectu indiuidui:igitur:maior patet inductiue:minor est Porphyrij in vniuersalib⁹:ꝛ possunt induci multa incōuenientia dato illo.primū ꝙ fortes est plato:quia hoc est fortes ꝛ hoc est plato demōstrādo humanitatē.secūdo ꝙ homo est asinus : quia hoc est asinus:ꝛ hoc est hō:demōstrādo aial cōe. tertio ꝙ fortes est generalissimū substātie : ꝛ hoc est generalissimū sudstātie:ꝛ hoc est fortes:demōstrādo substantiā in cōmuni.quarto ꝙ vniuersalia sunt generabilia et corruptibilia:quia hoc est generabile ꝛ corruptibile: demōstrādo antichristū.ꝛ hoc est hō cōmunis et aial cōmune:igit homo cōis ꝛ aial cōe est generabile et corruptibile.oēs hmōi syllogismi videnṫ tenere:quia sunt demōstratiui.dicit enim Aristo.j.Prioꝝ:quoniā cum medium fuerit hoc aliquid necesse est extrema coniungi.

Ad primū
Ad primū dicit ꝙ vnū numero capiṫ dupliciter.vno modo prout distinguitur cōtra multa numero:ꝛ sic omne illud est vnū numero quod cū alio facit numerū sic ꝙ de illis verū est dicere ꝙ sunt multa:ꝛ isto modo est superi⁹ ad singulare:quia oīe singulare est vnū numero,ꝛ nō ecōtrario.alio modo put distinguiṫ cōtra vnū specie:et vnū genere:et sic vniuersale non est vnū numero:sed bene primo.

Ad secūdū
¶Ad secūdū dicit ꝙ Aristo.ꝛ Cōmen.nō locuti sunt in locis pallegatis cōtra vniuersalia identica ꝛ formalia:sed solum cōtra platonica ꝛ ydealia: quoꝝ nō sunt diffinitiōes:sed solū generū ꝛ specierū: que sunt in reb⁹ particularib⁹: solus eni intellect⁹ est ille qui separat vniuersalia a suis singularibus per vniuersalē ꝛ abstraerā cōsideratione:ꝛ sic cōsiderādo fiunt vniuersalia mētalia:vniuersalia igitur nō sunt substātie separate simpliciter more platonicoꝝ:sed sunt substātie:si ponunṫ in predicamēto substantie:ꝛ sunt accidētia si ponūtur in p̄dicamēto accidētis.Et ad Porphyriū dico ꝙ lꝫ predicatio que est inherētia p̄dicati ad subiectū mediāte copula verbali nō nisi in terminis reperiaṫ:tn̄ predicatio que est cōmunicatio alicuius ad aliq̄d est in re nullo cōceptu existēte:ꝛ sic accidētia dicunṫ p̄dicari in ꝯcreto de suis substātijs: ꝛ vniuersalia de suis singularibus nulla ꝓpositione existēte.

Ad tertium
¶Ad tertiū dicit ꝙ sicut idē effect⁹ numero depēdet in genere cause finalis a fine vniuersali:ꝛ in fine particulari:quoꝝ quilibet est totalis:ꝛ in genere cause efficiētis ab agēte vniuersali ꝛ particulari:quorum quodlibet est totale:ꝛ in genere cause materialis a materia remota:q̄ diciṫ vniuersalis ꝛ ꝓpinqua: que diciṫ particularis:quarū quelibet est totalis:ita depēdet a duab⁹ formis substātialib⁹ totalib⁹:quarū vna est vniuersalis : ꝛ alia particularis:ꝛ sicut plura agētia ꝛ totalia vniuersalia cōcurrūt ad eūdē effectū se habētia essentialiter sm sub ꝛ supra cum vno solo agēte particulari:ita cū vna sola forma particulari substātiali ꝯcurrūt plures forme vniuersales generū ꝛ specierū essentialiter ordinate:sed verū est ꝙ q̄libet earum a forma particulari realiter differt ꝛ inuicem idētificatur. Et ad ꝯfirmationē dicit ꝙ lꝫ quidditas rose sit sine suis indiuiduis:non tn̄ ꝓprie separaṫ ab illis:nec est extra illa:quia separari ꝛ esse extra presupponit quodlibet illoꝝ esse sine alio modo indiuidus rose non possunt esse sine quidditate rose.

Ad quartum
¶Ad quartū diciṫ ꝙ lꝫ nullū totū idētificeṫ sue parti integrali:tn̄ idētificaṫ sue parti subiectiue. Et ad prima duo incōuenientia.Rn̄detur negando ꝯn̄am:quia qn̄ quelibet premissarū est mixta ex suppositione personali ꝛ simplici:cōclusio etiā dꝫ esse mixta:ideo solum seq̄tur ꝙ fortes est aliquid quod est plato:ꝛ ꝙ homo est aliq̄d quod est asinus:quoꝝ vtrūq̄ cōceditur:sicut enim humanitas ꝛ aial cōe non supponūt nisi simpliciter:ita ꝓnomen demōstrās illa. Tertiū incōueniēs non seq̄tur:quia arguiṫ a p̄dicatione idētica ad predicationē formalē:ideo solum seq̄tur ꝙ idem forti est generalissimū substātie:aut aliq̄d quod est fortes est generalissimū substātie.Quartū vero nō est incōueniens si ly generabile vel corruptibile:teneṫur in neutro genere substātiuato:quia equalet isti:aial cōe est res generabilis ꝛ corruptibilis:q̄d concediṫ. si autem teneṫ adiectiue negeṫ ꝯn̄a : q: arguiṫ ex quatuor terminis:vt dictū est.Et ad Phm diciṫ ꝙ in nulla illarū triū ꝯn̄arum primarū mediū est hoc aliq̄d : quia per ipsum nō demōstraṫ aliq̄d:scꝫ singulare:sed quale q̄d scꝫ vniuersale:ꝛ cōcesso ꝙ sit hoc aliq̄d:extrēa debent coniungi modo debito:vt dictū est:quare ꝛc.

¶Caput tertium.

Primum. T.cō.8.
Ematería vniuersalium hec satis clare ostēsa hoc capitulo incipiūt cōplemētū.¶Notandū primo ꝙ quadruplex vniuersale contingit. Primū est vniuersale ydeale de quo dicit Aristo.in prologo de aia.ꝙ vniuersale:aut posteri⁹ est:plato eni vniuersalia separat a suis singularib⁹ :scꝫ hoiem cōem equū cōem:et hmōi existere in primo mobili ratione generationis ꝛ sciētie di.ꝙ agens naturale disponebat materiā:et ipsa species cōis ydealis iducebat formā substātialē deide vt sciētia esset de ꝑpetuis eternis posuit tales ydeas in scōm generabiles ꝛ incorruptibiles:hāc opinionē Aristo. in.vij.Meta.vsq̄ ad vndecimū reprobat.

T.cō.pri. T.c.4.
Uniuersale scōm est de quo loq̄tur Arist j.Meta. di.ꝙ vniuersalia sunt difficillima ad cognoscēdū tertium vniuersale est formale de quo loq̄ṫ Phs in ꝓlogo Physi.di.ꝙ vniuersalia sunt pri⁹ nota q̄ȝ singularia.quartū vniuersale est mētale de quo loq̄tur Phs ij.de aia ꝙ vniuersalia sunt in aia.et Cōmentator in ꝓlogo de aia.intellect⁹ est qui facit vniuersalitatē in rebus.

T.c.60. Cōmen. 8.

Scōm
¶Scōo notandū ꝙ vniuersalia mentalia:licꝫ nō separenṫ a suis singularib⁹ intētionalib⁹ : q: sunt in eodē subiecto indiuisibili aīe intellectiue:non tn̄ sunt in illis nec eisdē idētificanṫ:sed generanṫ ꝛ corrumpunṫ ꝛ multiplicanṫ sicut sua singularia:vniuersalia aūt realia nō faciūt numerū cū suis singularibus:quia fortes ꝛ plato ꝛ humanitas nō sunt tria:sed duo:nec recipiūt accidētales p̄dicationes suoꝝ singularium:q: nō currūt:nec sedēt:nec dormiūt:nec vigilāt. Ita ꝙ nō seq̄tur:hoc currit demōstrato:ꝛ hoc est humanitas:ergo humanitas currit : sed bene seq̄tur ꝙ humanitas est aliq̄d currēs:nec seq̄tur: omnis hō est risibilis:humanitas est hō:igiṫ humanitas est risibilis:sed bene seq̄tur ꝙ humanitas est aliq̄d risibile:vel hō risibilis.

Primum corelariū.
¶Ex his seq̄tur primo ꝙ illa ꝯn̄a est bona:quecūq̄ sunt eadem vni tertio:sunt eadē inter se: sed fortes ꝛ plato sunt eadē vni tertio:videlꝫ humanitati:igiṫ:sed negeṫ minor:q: humanitas nō est res tertia a forte ꝛ a platone:ꝛ si cōcediṫ minor sumendo large tertiū vt ponit in numerū realiter vel cōceptibiliter dꝫ negari maior:ꝛ cōcedi ista:quecūq̄ sunt eadem vni numero sunt eadē inter se sumēdo vnū numero put distinguiṫ cōtra vnū specie:ꝛ vnū genere.

Secūdū corelariū.
¶Scōo seq̄tur ꝙ ista ꝯn̄a nō valet: ois hō currit:igiṫ nihil est hō quin illud currat:q: antecedēs est possibile ꝛ ꝯn̄s impossibile:eū de necessitate aliquid q̄d est homo nō currat:nec illud ꝯn̄s est exponēs antecedētis:sed istis:nihil est hō ꝙ illud sit aliq̄d currens:logicaliter tn̄ loquēdo nō ponēdo vniuersalia realia aut illis tribuēdo p̄dicationes accidētales suoꝝ suppositorū dꝫ illa ꝯn̄a cōcedi.

Tertiū corelariū.
¶Tertio seq̄tur ꝙ illa ꝯn̄a nō valet:fortes differt a platone:igiṫ fortes est aliud a platone:vel nō est idē platoni:q: antecedēs est verū: et ꝯn̄s falsum:asserēs ꝙ fortes nō est illud q̄d est plato tanq̄ȝ significatū tertie exponētis:nec seq̄tur:fortes est res alia a platone:igiṫ fortes est alia res a platone:quia antecedēs est verū significans ꝙ fortes est res que nō est plato.ꝛ ꝯn̄s falsum:asserēs ꝙ fortes nō est res que est plato.

Quartū corelariū.
¶Quarto seq̄tur ꝙ illa ꝯn̄a non valet aialitas est aliquid q̄d non est homo:igiṫ animalitas est nō homo:quia antecedēs est verū ꝛ ꝯn̄s falsum:cum ex illo sequaṫ animalitatē nō esse hominem tanq̄ȝ ab affirmatiua de p̄dicato infinito ad negatiuam de predicato finito.

1a 9clo **His intellectis** sit hec prima cõclusio ponenda sunt in mẽ
te genera spẽs ⁊ cetera vniuersalia sumpta itẽtionaliter: ptꝫ: qꝛ in mẽte est dare cõceptũ trãscẽdẽtẽ igitur
in mẽte cõtingit dare genera ⁊ species: ptꝫ ꝯña: qꝛ trã
T.c.15. scendens diuidit in decẽ ꝑdicamẽta ⁊ in quolibet pre
dicamẽto sunt gña ⁊ spẽs ſm Arist. in ꝑdicamẽtis: et
v. meta. antecedẽs ptꝫ: qꝛ intellect⁹ põt abstrahere cõ
ceptũ cõissimũ significãtẽ ens sub rõne entis. deinde
hec predicatio est directa homo est animal: ⁊ hec est
indirecta: aial est hõ: quas format intellectus in mẽ
te: igit in prima superius ꝑdicatur de suo inferiori ⁊
in scḋa ecõtrario sed nihil est inferius in ꝑdicamẽto
Cõ.4. nisi gña ⁊ spẽs ſm phm in ꝑdicamẽtis igit: vñ Auer
2a 9clo. roys. xij. meta. inquit ꝙ intellect⁹ ex multis singulari
bus format vnã siĩtudinẽ: ⁊ facit eã vl'em. ¶ Secun
da cõclusio: cõceptus mẽtales nõ sunt vl'ia absolute:
sed relatiue: velut signa: ptꝫ qm̃ sicut vrina nõ est ab
solute sana: nisi qꝛ est signũ sanitatis aialis: ita cõce
ptus mẽtales qui sunt siĩtudines generꝝ ⁊ specierũ
extra aiam nõ sunt simpliciter ⁊ absolute vniuersa
lia: sed solũ respectiue inquãtũ sunt signa illoꝝ: spẽs
nãq ⁊ gña extra aiam intrinsece ⁊ absolute dicuntur
talia. Sicut eñ loqtur Aristo. in ꝑdicamẽtis di. ex eo
ꝙ res est: vel nõ est: oratio est vera vel falsa. ita ꝙ ꝓ
3a cõclo. positio dr̃ vera ⁊ falsa ratiõe significati veri vel falsi
dicit etiã qꝛ aial dicit equiuoce de animali vero ⁊ de
aiali picto. de vero absolute ⁊ picto respectiue ꝓ quã
to est similitudo. ¶ Tertia cõclusio: ꝑdicamẽta intẽ
tionalia vniuoce currũt in gñalissimũ qualitatis rea
lis: ptꝫ: qm̃ sicut quelibet substãtia pma vel scḋa vni
uoce ꝯcurrit in gñalissimũ reale ꝑdicamẽti substãtie
⁊ qlibet qtitas cõtinua vel discreta in gñalissimũ rea
le ꝑdicamẽti qtitatis ita qlibet qualitas realis vel
intentionalis vniuoce concurrit in gñalissimũ realis
ꝑdicamẽti qualitatis. ¶ Ex quo sequit ꝙ albedo ⁊ cõ
4a 9clo. ceptus hois vniuocãtur in tali genere: cũ conceptus
hominis sit qualitas sicut albedo. ¶ Quarta conclu
sio: cõceptus intẽtionales nõ faciũt distinctionẽ ꝑdi
camẽtoꝝ ſm modũ essendi: sed ſm modũ significãdi:
prima pars ptꝫ: eo ꝙ oẽs cõceptus mentales in eo ꝙ
habẽt esse inherẽtie ⁊ qualitatiuũ sunt in ꝑdicamẽto
qualitatis intẽtionalis: cũ quocũq illoꝝ demonstra
tio sit hec propositio mẽtalis vera: hec est qlitas. scḋa
pars est nota: qꝛ isti cõceptus homo ⁊ albedo sunt di
pmũ cor. uersoꝝ ꝑdicamẽtoꝝ intẽtionaliũ: qꝛ ly hõ significat
substãtiã: ⁊ ly albedo solũ accidẽs. Ex ista cõclusione
sequit primo. ꝙ genus gñalissimũ hꝫ supra se genus:
ptꝫ de cõceptu substãtie qui cũ sit qualitas ponit sub
gñalissimo ꝑdicamẽti qlitatis. scḋo sequit ꝙ gen⁹ gña
lissimũ est indiuiduũ alicui⁹ ꝑdicamẽti: ptꝫ qꝛ qlibet
scdm cor. singularis qualitas est indiuiduũ ꝑdicamẽti qlitatis
modo omne gñalissimũ mẽtale est singularis quali
tas: nec hic sumo indiuiduũ pro termino scḋe intẽtio
nis: sed prime eo modo quo dicim⁹ deũ esse indiui
duũ ⁊ rẽ singularẽ: qꝛ aliter nõ concedit illud. ¶ Ter
tio sequit ꝙ gen⁹ gñalissimũ est indiuiduũ sui ⁊ infra
se: ptꝫ: qꝛ gñalissimũ ꝑdicamẽti qualitatis intẽtiona
tertiũ cor. lis cũ sit quedã qualitas singularis est indiuiduum
eiusdem predicamenti: ⁊ consequenter indiuiduum
eiusdẽ gñalissimi: ⁊ hoc nõ est incõueniẽs diuersimo
de. nã gñalissimũ illud in eo ꝙ signũ est gñalissimũ ⁊
in eo ꝙ significatũ per seipsũ ꝫ est indiuiduũ sui: ⁊ tã
nullũ gñalissimũ in eo ꝙ signũ habet genus supra se.
qrtũ cor. nec est indiuiduũ alicui⁹ ꝑdicamenti: sed solũ in eo ꝙ
est qualitas ⁊ significatũ. ¶ Quarto sequit ꝙ inume
rabilia possunt esse genera species ⁊ ꝑdicamẽta: ptꝫ:
qm̃ infiniti homines possunt esse in quoruꝫ quolibet
possunt esse decẽ ꝑdicamẽta: ta mẽ nõ pñt esse nisi de
cem ꝑdicamenta mentalia non coincidẽtia in signifi
catiõe ⁊ denominatione: sed extra animaꝫ oĩno non
primũ. possunt esse nisi decem predicamenta.

Contra ꝑdicta ⁊ pmo ꝯ primã ꝯclusionẽ arg. sic. In intellectu meo est gñalissimũ
ꝑdicamẽti substãtie: ⁊ in intellectu tuo similiter: ⁊ isti
sunt diuersi conceptus tãtum cõuenientes vel magis
ꝙ̃ sortes ⁊ Platon igitur est possibile ꝙ abstrahã solũ
vnũ conceptum communem de eis ꝑdicãtẽ in quid
in quo imediate conueniunt: ⁊ ꝙ tu similiter abstra
has: ⁊ sint isti. a. b. tũc arguit. a. ergo ⁊. b. solo numero
differunt. igitur adhuc ter me contingit abstrahere
duos ꝯceptus cõiores in quib⁹ imediate cõueniũt a.
b. ⁊ sint illi. c. d. qui cũ ne solo numero differãt cõtin
git abstrahere vt supra duos conceptus cõiores: ⁊ sic
erit ꝓcedere in infinitũ in ꝑdicamẽtis quid ditatiuis Scdm.
qḋ est cõtra phm primo poste. ¶ Scḋo spẽs ⁊ indiui
duũ debẽt eẽ eiusdẽ generis: sed sortes est in genere
substantie: igitur spẽs que predicatur in quid de sor
te est in predicamẽto substãtie: igitur nõ est accidẽs:
probatur ꝯsequẽtia. nã si hec species homo est in pre
dicamento substãtie: ergo genus gñalissimũ substan
tie predicatur in quid de hac specie: ⁊ est ei vniuoce.
sed genus generalissimũ predicatur in quid de sorte.
igitur aliquod est genus vniuoce substãtie ⁊ accidẽ Tertiũ.
ti: qḋ est impossibile. ¶ Tertio hec ꝓpositio: nulla sub
stantia est qualitas est vera: ⁊ imediata ſm phm pri
mo poste. igitur subiectum distribuitur pro omni cõ
tento sub eo: sed species ⁊ genera subalterna predica
mẽti substãtie per se continentur sub eo igitur fit di
stributio pro illis: ⁊ per consequens nulla genera vel
species predicamẽti substãtie sunt qlitates. ¶ Quar Quartũ
to arguit sic: illud quod datur in respõsione ad que
stionem querentem quid est de prima substantia est
substãtia ⁊ nõ accidẽs ſm phm in ꝑdicamẽtis: sꝫ ge
nera ⁊ species dantur in responsiõe ad questionẽ que
rentem quid est de prima substãtia: igitur genera: et
species nõ sunt accidentia: maior est nota. minor: ptꝫ
qꝛ si queratur quid est sortes conuenienter responde
tur ꝙ est homo: ⁊ ꝙ est animal.

Ad primum dr̃ negãdo cõsequẽtiam nec semper a quibuscũq conce Ad primũ
ptibus solo numero differentibus contingit abstra
here cõceptũ cõmuniorẽ: sed bene a quibuscũq cõce
ptibus solo numero distincta significãtibus: vel põt
dici ꝙ in esse respectiuo vt sunt signa nõ pñt abstrahi
conceptus cõmuniores a quibuscũq conceptib⁹ solo
numero differentibus: sed bñ in esse absoluto vt sunt
quedã res singulares: ⁊ sic in infinitũ possunt fieri ab
stractiones: nunq tamen excedendo cõmunitatẽ trã Ad scdm.
scendentis. ¶ Ad scḋm dr̃ ꝙ sicut duplex est ꝑdicamẽ
tum subẽ: scꝫ reale ⁊ intentionalẽ: ita ꝙ duplicia sunt
genera ⁊ species substãtie scꝫ realia ⁊ intentionalia:
concedo igitur ꝙ aliqua species predicamẽti substã
tie est substãtia: ⁊ aliqua species predicamẽti substã
tie est accidẽs: nõ tamẽ gñalissimũ ꝑdicamẽti substã
tie est vniuocũ ad substãtiã ⁊ accidẽs: qꝛ de ꝓnomi
ne demonstrãte hominem verificatur ille cõceptus
substãtia: sed nõ de ꝓnomine demõstrãte accidẽs. nã
cum dicit homo est substãtia verificat generalissimũ Ad tertiũ
de sua specie non pro se: sed pro suo significato substã
tiali. ¶ Ad tertiũ negetur ꝯsequẽtia: licet bene sequa
tur ꝙ ibi sit distributio pro omni per se contento sub
significato: ⁊ ita intelliguntur tales modi loquen
di modo numer⁹ genus vel species in mente per se Ad quart
continetur sub significato adequato subi. ¶ Ad quar
tum dicitur ꝙ cum queritur quid est sortes. Respõsio
hõ vel aial datur genus ⁊ spẽs subẽ realis tanq signi
ficatum: ⁊ datur genus et species subẽ intentionalis
tanq signum: ideo solum concludit aliquod genus ⁊
speciem non esse accidens: ⁊ aliqḋ esse accidens: quod
est concessum quare ⁊c.

¶ Predicamentum substantie.

¶ Capitulum. iiij.

Incipiendo a ꝑdicamento substãtie Primum
qliter deus ⁊ intelligẽtie: mã ⁊ forma
sint in ꝑdicamẽto illo est sollicite in
qrẽdũ. ¶ Ubi notandũ pmo ꝙ aliqḋ
eẽ i ꝑdicamẽto ẽ triplex. s. ꝑ se ꝑ acci
dens: ⁊ ꝑ reductionẽ. Illud est per se

in predicamento de quo generalissimū essentialiter
ꝑdicatᷓ in cōcreto vel abstracto: ⁊ sic homo est in pre-
dicamēto substātie ⁊ albedo in predicamēto qualita
tis: ⁊ q̄r in quocūq; predicamento est abstractum per
se: in eodē est: licet posterius cōcretum: ideo albū est
per se in ꝑdicamēto q̄litatis: de quolibet nō verificeᷓ
generalissimū in abstracto: tamē in cōcreto essentiali
ter ꝑdicatur. nā sicut hec est essentialis predicatio al
bedo est q̄litas: ita hec albuz est quale. Illud vero est
in ꝑdicamēto per accidēs de quo gn̄alissimū accidēta
liter ꝑdicatᷓ: ⁊ sic ponunᷓ albū ⁊ dicubitū i ꝑdicamēto
substantie: ⁊ homo vti animal in predicamēto q̄lita
tis. Sed illud est per reductionem in predicamento: ...cim.
de quo nullo modo verificatᷓ generalissimū in recto:
sed solū in obliquo ratione per se existentis sub eo cu
ius est ꝑncipiū: ⁊ sic pūct⁹ ⁊ vnitas sunt in ꝑdicamēto
q̄ntitatis ⁊ gradus ⁊ angulus in ꝑdicamēto q̄litatis.
¶ Scd̄o notandū q̄ est quadruplex cōpositio. Prima
est materie ⁊ forme qua componūtur cōposita substā
tialia ⁊ accidentalia tam naturalia q̄̄ artificialia de T.c.12.
quo dicit phūs. ij. phy. q̄ cōpositū non est natura: sed T.c.35.
a natura: ⁊. ij. meta. caro ⁊ os ⁊ q̄dlibet aliorū compo-
sitorū nō solū dicit materiā: sed etiā formā. Secunda
est cōpositio esse ⁊ essentie qua cōponiᷓ indiuiduū in
cōcreto di. ratione indiuidualem ⁊ specificaz: de qua
loquiᷓ phūs. vij. meta. di. q̄ sortes ⁊ alia noīa indiui T.c.35.
duorū aīatorū vno modo significāt aggregatū ex cor-
pore ⁊ anima: ⁊ tunc significat duplicē naturā. s. cor-
pus ⁊ aīam. Alio modo significat formam cōem ali⁹
aggregati: et sortes hoc mō significat hoīem. Tertia
est cōpositio generis ⁊ differentie qua cōponiᷓ spēs.
de hac dicit Porphyri⁹ in vniuersalibus: q̄ differen-
tia adueniens generi constituit speciē: sicut statua fit
ex ere et figura: ita spēs ex gn̄e ⁊ differentia. Quarta
est cōpositio actus ⁊ potētie: de qua loquitur Aristo.
...c.15. t.16. iij. phy. di. q̄ actus incōpletus est admixtus potentie
hac cōpositione cōponuntur oīa generalissima oīuz
decē predicamentorū realiū: q̄m ens per actū ⁊ poten
tiā descendit in decem predicamenta: vt colligitur a
pho. v. meta. Iste sunt quatuor cōpositiōes aeruales
quibus partes cōponentes sunt diuersarū rationū: si
eīn cōponiᷓ genus ex suis speciebus vt asserit cōmen
T.c.13. tator in prologo physi. illa cōpositio est potentialis
...52 q̄r potestate gen⁹ cōtinet omnes species sm̄ Porphy
rium in vniuersalibus: si cōponatur materia ex suis
partibus integralibus aut linea ex partib⁹ q̄ntitati-
uis: vel albedo ex suis partib⁹ intensiuis: hm̄ōi cōpo
sitio est partiū eiusdē rationis: q̄r partes prime ma-
terie omnes sunt eiusdem ratiōis: ⁊ omnes linee sunt
eiusdem rationis: ⁊ similiter albedines.

2clo **His visis** sit hec prima cōclusio: deus ⁊ ma
teria prima nō includunt aliquā
cōpositionē partiū diuersarū rationū. ꝓma pars pz:
q̄m deus est actus pur⁹ ipermixtus absq; aliqua po-
tētialitate. xij. meta. scd̄a pars est nota ex determina
...c.30. t.35. tiōe Arist. ⁊ cōmentatoris. ꝓmo phy. q̄ materia nullū
...70. t.69. sibi actū determinat: sed ad quēlibet talem est penit⁹
T.c.8. indifferens: ⁊. vij. meta. inq̄t pħs q̄ materia ꝓma: nec
...o.5. est q̄d qualis nec quāta ⁊. iij. de anima: cōmentator q̄
...cóclo. est pura potētia in genere entiū. ¶ Secūda cōclusio.
T.c.52. oēs intelligentie citra primā: ⁊ forme substātiales cō
ponunᷓ ex actu ⁊ potentia prima pars sic arguiᷓ. pri
ma intelligētia nihil intelligit extra se quod se habet
per modū obiecti terminātis ⁊ mensurātis actū. xij.
meta. q̄r tale est nobilius actu: ⁊ habēte actū inq̄tuz
huiusmodi: ideo concludit ibi pħs: q̄ si aliq̄d extra se
itelligeret vilesceret intellect⁹ eius respectu talis ob
iecti: igitur per oppositū omnis itellect⁹ et intelligēs
aliq̄d nobilius se deficit ab illa puritate ⁊ actualita-
T.c.51. te cū ad eius actū imanentē requiratur act⁹ nobilior
T.c.51. sed quelibet intelligētia citra primā intelligit ꝓmā:
vt colligiᷓ a pħo ⁊ cōmētatore. xij. meta. igitur respe-
ctu talis itelligētie est possibilis. vnde. xij. meta. inq̄t
cōmentator: cū fuerit aliquod genus intelligentiarū
q̄ diuersificātur in altitate: intellecti in eis ad intelle
ctū: nobilius eorū est illud in eis quod est minoris cō
positiōis in illo genere: ita q̄ quāto aliqua intelligē
tia plura nobiliora se intelligit tāto est cōpositior: q̄r
tanta in ordine est inferior. ⁊. iij. de anima: dicit com
mentator: nulla forma liberata est simpliciter a potē
tia nisi prima forma ⁊ quemadmodum sensibile diui
ditur in formam ⁊ materiaz: sic intelligibile oportet
diuidi in similia his scilz in aliquid simile forme: in Cō.5.
aliud simile materie: hoc aūt est in omni intelligētia
abstracta que intelligit aliud. i. intelligit per aliud.
scd̄a pars conclusionis sequitur ex prima: si enim in-
telligentie sic cōponuntur: a fortiori forme substātia
les: tamē arguitur sic: omne qd̄ agit sm̄ q̄ est in actu
⁊ omne qd̄ patiᷓ: patiᷓ sm̄ q̄ est in potētia. iij. phy. sꝫ
forme substātiales agunt ⁊ patiuntur: vt patet tā in
motu locali q̄̄ in motu alterationis igitur in eis est T.c.17.
actus ⁊ potentia. Et confirmatur q̄r linea ⁊ superficies
caliditas albedo: ⁊ alia accidentia specifica cōponū-
tur ex actu ⁊ potentia: q̄r ex genere ⁊ differentia: igiᷓ
pariformiter substantiales forme sic componuntur. 3ª 2clo.
¶ Tertia conclusio: deus ⁊ materia prima non sunt
per se. nec per accidens in ꝑdicamēto: sed solū per re-
ductionē in ꝑdicamēto substātie. prima pars pꝫ: q̄r
nihil est per se in ꝑdicamēto nisi gen⁹ vel spēs seu in
diuiduū: sed deus ⁊ materia prima nō sunt aliq̄ istorū
igitur patet cōsequētia: cū maiori per Arist. in ꝑdica
mentis: ⁊ minor declaratur: nam genus cōponitur ex
actu ⁊ potentia: q̄r ens non descendit in ꝑdicamenta
nisi per actum ⁊ potentiā ⁊ spēs cōponitur ex genere
⁊ differentia: ⁊ indiuiduū ex esse ⁊ essentia: sed deus ⁊
materia prima nō habent aliquā talem cōpositionez
vt patuit igitur: scd̄a pars declaratur: q̄m nullū ge-
neralissimū de deo verificatᷓ: aut de materia prima:
q̄r quodlibet tale dicit actū ⁊ potentiā: sed deus ab-
soluitur ab omni potētia: ⁊ prima materia ab omni
actu igitur. tertia vero pars cōclusionis sequitur ex
priorib⁹: q̄m deus est principiū pure actiuum: ⁊ mate
ria ꝓma est ꝑncipiū pure passiuū. ¶ Quarta cōclusio 4ª 2clusio
omnes intelligētie citra primā ⁊ forme substātiales
sunt ꝑ se in ꝑdicamēto substātie pꝫ: q̄r gn̄alissimū il-
lius essentialiter dr̄: de eis ex quo includit actū ⁊ potē
tiā: ⁊ hec videtur fuisse intētio Porphyrij diuidētis
generalissimū substātie in substantiam corpoream: ⁊
incorpoream. igitur sicut corporeū adueniens substā
tie cōstituit speciem corporis in quo reponūtur sub-
stātie cōposite ex materia ⁊ forma: ita incorporeū ad- ꝓmū cor.
uenientēs eidem debet cōstituere aliam speciem in qua
reponunᷓ substātie incorporee cōposite ex actu ⁊ po-
tētia. ¶ Ex predictis sequitur primo q̄ omnes intel
ligētie citra primā: ⁊ forme substātiales mediate vel
imediate cōponunᷓ ex esse ⁊ essentia ex gn̄e ⁊ differen
tia: ⁊ ex actu ⁊ potentia patet: q̄r quelibet intelligen-
tia circa primā est idiuiduū per se ꝑdicamēti substā-
tie: ergo cōponiᷓ ex ratiōe indiuiduali ⁊ q̄dditate spe
cifica: ⁊ q̄libet quidditas specifica cōponitur ex gene scd̄m cor.
re ⁊ differentia: ⁊ omne genus dicit potētiā: differen
tia vero actū igitur. ¶ Scd̄o sequitur q̄ omnes intel
ligentie citra primā: ⁊ omnes forme substātiales cō-
ponunᷓ ex materia ⁊ forma cōmuniter sumēdo ⁊ nō
ꝓprie pꝫ: q̄r materia cōmuniter sumpta est genera-
liter quelibet natura potētialis: sed materia proprie
sumpta est illa que est substātiua motus ꝓprie dicti
⁊ hoc diuiditur: q̄m aliqua est ꝓpinqua: ⁊ aliqua re-
mota vt alias dictū est: forma aūt cōmuniter dicta est
indifferenter quilibet actus cōtrahēs aliquā naturā
forma aūt ꝓprie dicta est actus faciens cōpositionē
realiter distinctam ab eo cum quo componiᷓ: ⁊ iteruꝫ
est duplex: quoniā aliqua est substātialis: ⁊ aliqua ac
cidentalis vt alias patuit.

Contra predicta arguiᷓ: ⁊ ꝓmo q̄ deus ⁊ ma Primum
teria prima includūt aliquā cōposi-
tionē: q̄m in quocūq; est accidens illud dicit potētia
litatem: sed in deo est accidens: igitur in deo est po-
tentialitas: ⁊ per ꝯn̄s cōpositio: patet ꝯn̄a cū maiori
minor vero declaratᷓ de scientia que est in deo: vt ar-

guit sic/omnis sciētia est qualitas ꝛ ꝯsequēter accidens absolutū:sed in deo est sciētia:igitur:maior colligitur a Pħo in pdicamentis di.scientiā esse speciē per se qualitatis:minor vero est Cōmentatoris.xij.
Cōmē.51. Meta.di.ꝙ scientia nostra causatur a rebus ꝛ scientia dei est causa rerum.de accidēte autem respectiuo potest argui de dn̄io ꝛ actione respectu alicuius effectus cuius est deus agens dn̄s: respectu,cuius non semper fuit:nec semp erit nec illa actio sicut nec ille effectus:ꝛ hec indubie sunt in deo. ¶Item de materia arguit sic/alique sunt materie diuersaꝝ rationū: igitur aliqua materia est altera perfectior:ꝛ ꝯñter dicit actu ꝛ cōpositionē:añs ptꝫ de materia celi ꝛ hoꝝ iferioꝝ:vnde arguit sic:potētia ad formā per se cōpetit materie hoꝝ iferioꝝ ꝛ nō per se materie celi:igit sunt diuersarū rationum:añs est Cōmētatoris:in de substātia orbis.et ptꝫ cōsequētia: quia quicqd per se competit alicui per se competit cuilibet alteri eiusdē
Secundū rationis:vt colligit a Pħo.j.Poste. ¶Secūdo arguit
T.c.30. ꝙ nulla intelligētia citra primā componit ex actu et potentia:quia dicit Aristo.xij.Meta. ꝙ quelibet intelligētia separata est actus purus:tūc arguit sic: sit a potētia:ꝛ b actus:ꝛ sequitur ꝙ b est actus purus:vel erit pcedere in infinitū:ꝛ similiter a est potētia pura:
Tertiū igitur est materia prima. ¶Tertio arguit ꝙ deus et materia prima per se sunt in pdicamēto substātie:qꝛ illi cōceptus sunt specifici deus ꝛ materia prima:igit per se ponūtur in pdicamēto,ꝛ non nisi in pdicamēto substātie: ptꝫ ꝯña:ꝛ añs arguit:tum qꝛ sunt diffinibiles:tum qꝛ per illos rñdet ad qōnem,ppter qd factā: modo sola species diffinire.vj.Topico.et.vij.Meta.
T.c.13. et pcise genera ꝛ species pdicant in qd fm Porphy-
T.cō.2. riū in vniuersalib⁹.Item quelibet istarū est vera.de⁹
7.m.7. est substātia materia pma ē substātia:imo ponit phs
Quartū. ij.de anima.ꝙ substātia que est gen⁹ dicitur de materia. ¶Quarto arguit.ꝙ intelligētie separate non sunt per se i pnto substātie.quia si sic:aut igit supra illum terminū corp⁹ est ille cōceptus intelligentia separata.aut infra.si supra.igit omne corp⁹ est intelligentia separata.si infra igit omnis itelligentia separata est corp⁹.patet quelibet istarū ꝯñarum:qꝛ oē superius vniuersaliter dicit de suo inferiori tamen quodlibet illorum est falsuum.idē argumentū potest fieri de formis substātialibus.

Ad primū. Ad primū dr ꝙ sicut ille cōcept⁹ corpus in sua maxima communitate nō est in aliquo predicamēto propter analogiam ad corpus de pnto substātie ꝛ de genere ꝗtitatꝭ. ita iste terminus sciētia cōmunissime sumptus nō est in aliquo pnto.ꝛ sic dr de scientia dei:sed stricte ꝛ vniuoce sumptus est in pnto qualitatis.ꝛ non dicit de aliquo nisi de sciētia humana vel angelica.Ideo cū dr in deo est scientia.igitur in deo est qualitas.neget ꝯña.nec arguitur ab inferiori ad suū superi⁹:sed potius ecōuerso:quia prius est sciētia dei ꝙ aliqua qualitas.de accidētibus aūt respectiuis dico ꝙ infinita sunt in deo incipiētia ꝛ desinentia esse in illo.nō tamen faciunt cōpositionē.quia nouiter adueniūt rei ꝛ desinūt esse
T.c.10. absqꝫ mutatione illius.vt determinat Arist.v.physi. ¶Ad argumētū de materia pma. Respondetur negando materiā celi ꝛ hoꝝ inferioꝝ esse diuersarū rationū.ꝛ ad pbationē negetur ꝯña ꝛ ad pħm.j.posterioꝝ dr ꝙ intelligit de passione cōsurgēte ex pncipijs speciei.ꝛ nō indiuidui.quia simitas p se cōpetit naso.ꝛ tamen nō cuilibet naso cōpetit.nūc autē potentia ad formā nō cōsurgit ex pncipijs speciei materie quia vt dictū est nō cōponitur ex genere ꝛ differentia neqꝫ etiā ex pncipijs indiuidui.quia nō est per se in-
Ad secūm diuiduū alicui⁹ pnti:sed ex natura materie ānexe p-
12.m.30. uationi. ¶Ad secūdū dr ꝙ Arist.nō dicit aliquā intelligentiā citra pmā esse actū purū simplr:sed soluꝫ fm quid ꝛ respectiue:cōparādo illaꝫ ad cōposituꝫ ex materia ꝛ forma ppꝛie dictis.Et ad rationes dr ꝙ licet a nō dicat aliquē actū:tamen nō est potētia pura quia identificat actui.ꝛ licet b nō includat aliquā potētialitateꝫ:nō tamen est purus actus.quia admiscetur potentie.nūc autē materia pma est pura potentia quia nō includit aliquem actū nec alicui actui identificatur.ꝛ deus est act⁹ purissimus.quia nullam potentialitatē includit nec alicui idētificatur. ¶Ad
Ad terti. tertiū dr ꝙ sicut deus ꝛ materia sunt reductiue i pnto substātie ita per reductionē sunt species eiusdē pnti nec diffiniūtur qdditatiue:sed solū descriptibiliter p terminos qui sunt extra pnta.sꝫ actū ꝛ potētiā:deinde dr ꝙ substātia in sua maxima cōitate vt conuertitur cū illo cōplexo ens nō accidēs non est gen⁹ alicuius pnti:ꝛ sic dr de deo ꝛ materia pma.vt antē conuertitur cū illo cōplexo ens cōpositū per se subsistens accidēti sic est gn̄alissimū.ꝛ nō dr de deo nec de ma-
2.8.2. teria pma.Et ad pħm respōdetur ꝙ voluit substātiā que est gen⁹ predicari de materia nō in recto:sed in obliquo aut ꝙ est locut⁹ de substantia cōissime sumpta que dicit genus non vniuocū:sed analogū significans per pri⁹ ꝛ posterius.ꝛ vt causam ꝛ causatū di-
Ad quar. uersis rationibus. ¶Ad quartū dr ꝙ sicut differētie ꝗtitatis cōstituūt duas species.sꝫ cōtinuuꝫ ꝛ discretum:quarū nulla alteri subordinat.ita differētie substantie cōstituunt duas species coeuas imediate sub generalissimo pnti substātie non se habentes fm sub ꝛ supra:quarū pma dr corp⁹ habens sub se genera et species cōpositorū materialiū.ꝛ secūda ē innoiata loco cui⁹ potest poni spūs hñs sub se genera et species compositorum spūalium ꝛc.

¶Caput quintum.

Difficultas occurrit de distinctione intelligentiarum separatarum vtruꝫ omnes spe-
Primum cifice differant aut alique sint solo numero differantes. ¶Ad cuius inquisitionem est notanduꝫ pmo ꝙ vnū numero,put distinguitur cōtra vnū specie ꝛ vnum genere tripłr sumit.s.transcendenter mathematice.ꝛ subiectiue.vnū numero trāscēdenter sumptuꝫ est illud qd cū alio facit numerū seu multitudinē transcendentē:
T.c.48 ꝛ sic quelibet itelligētia separata est vna numero.qꝛ ex ipsa ꝛ alia fiunt multa.ꝛ sic loquit Aris.xij.meta. d.ꝙ substātie separate sunt multe adinuicē ordinate fm multitudinē ꝛ ordinem orbiū supercelestium. Unū numero mathematice sumptū est illud quod cū alio facit multitudinē mathematicam.ꝛ sic quilibet
T.cō.8. homo est vnū numero.quia cuꝫ alio hoīe facit binariū pnti ꝗtitatꝭ.vñ.v.meta.vult phs illud esse vnuꝫ numero qd est vnū p cōtinuitateꝫ ꝗtitatis.Sed vnū numero subiectiue sumptū sunt illa quoꝝ vnū ē subiectum alteri⁹ vel hec omnia sunt subiectiue in eodem:ꝛ sic materia ꝛ forma sunt vnū numero ꝛ albedo
T.c.66. ꝛ dulcedo in lacte sunt etiā vnū numero.Isto modo
et.79. locut⁹ est Arist.j.phy.ꝙ subm ꝛ puatio sunt vnū nu-
T.c.12. mero ꝛ.v.meta.illa sunt vnū numero quoꝝ materia est vna.Ex quib⁹ sequitur ꝙ albedo et dulcedo in lacte non sunt plura numero subiectiue.qꝛ sunt in eodem subiecto nec plura nūero mathematice.qꝛ nō habēt diuersas ꝗtitates:sꝫ sunt plura numero transcendē-
T.c.12. ter:quia sunt multa.nam quecūqꝫ differūt specie differūt numero.v.meta. ¶Secūdo notandū ꝙ pncipiuꝫ
Secun. indiuiduationis est duplex:sciꝫ ppinquū ꝛ remotuꝫ pncipiū indiuiduatiōis ppinquū ē illud quo posito ponit ꝛ indiuiduū:ꝛ quo remoto remouetur ꝛ indiuiduū.vt hecheitas siue ꝯsurgat ex quidditate solū vt hecheitas āgelica:siue ex materia ꝛ forma vt hecheitas humana:siue ex qdditate ꝛ materia:vt hecheitas quātitatꝭ:siue ex qdditate ꝛ materia ꝛ quātitate vt hecheitas albedinis.siue ex qdditate ꝛ quātitate solum vt figura.nam posita sorteitate ponit sortes.ꝛ remota remouet sortes. Principiū remotū indiuiduationis est illud quod presupponit indiuiduationi:nō quo posito vel remoto ponitur vel remouetur idiuiduū vt materia forma quātitas respectu sortis ꝛ omniū cōpositoꝝ naturaliū:vnde post corruptionē sortis manebit hec materia: ꝛ hec quantitas sortis

T.c.10. s.de generatione.manebit etiam anima intellectiua
T.c.20. eius:vt colligitur.iij.de anima.de forma aūt totius
nulli est dubiū q manet corrupto forte:quia est inge-
nerabilis & incorruptibilis:& si forma educta de po-
tentia materie generaꝛ & corrumpiꝛ simul cū suo in-
diuiduo:tamē nō repugnat eam precedere vel sequi:
quo posito nō esset signatū indiuiduū:et tñ materia
forma & quātitas eius remanent.

Prima cō-clusio. **His premissis** sit hec prima conclusio identitas vel distinctio
numeralis transcendēter sumpta est generaliter per
hecheitatem.probatur:quia talis idētitas & distin-
ctio debet esse p materiam & formā.vel per quantita
tem vel per hecheitatē:sed non aliqua triū priorū mo
dorū.igiꝛ patet ꝯña cū maiori.& minorē declaro. non
enim per materiā vel quātitatem loquendo proprie
de materia:quia quelibet itelligētia est eadē sibi ipsi
& differēs ab alia numeraliꝛ:& tamē nulla intelligētia
habet materiam vel quantitatem:nec etiam per for
mā:quia si maior & minor materie essent absolute ab
oī forma ille numeraliꝛ distinguerēꝛ:q2 essent due et
quelibet esset eadē sibi ipsi quarum nulla esset forma.
Secūda cōclu. ¶ Secūda cōclusio:identitas vel distinctio numera
lis mathematice sumpta est vniuersaliꝛ p quātitatē:
ptz:quia nihil est vnū vnitate q est principiū nūeri:
nec cū alio facit numerum pdicamēti quātitatis nisi
T.c.12. sit q̄tū vel habeat quantitatē:vnde dicit ꝯmentator
v.meta.q vnū quod est principiū numeri nō est vnū
in materia:itaq3 si maior & minor linee separerēꝛ a ma
teria ille mathematice numeraliꝛ distinguerentꝛ facie
tes nūerū binariū pdicamēti quātitatis:& q̄libet earū
esset vna numero vnitate q est pncipiū numeri q nō
Tertia cō-clusio. nisi in quātitate cōtinua reperiꝛ. ¶ Tertia cōclusio:
identitas vel distinctio numeralis subiectiue sumpta
est ex pte subiecti vel materie: patet:q2 ille sūt idē nu
mero subiectiue quorū idē est subm:vel vnū est subm alte
rius:igitur per idem illa differūt numero subiectiue que
non sunt in eodē subiecto:& ita non est inconueniens
q aliqua differūt specie que sunt eadem numero:& q
aliqua que sunt eiusdē speciei specialissime differunt
numero:& tamen cōtraria sunt idē numero:quia cali
ditates que sunt in me & in te differūt numero simpli
citer tā transcendēter q̄ subiectiue & mathematice et ca-
liditas tua est eadē numero.s.subiectiue frigiditati
Quarta cō-clusio. tili coextense in eodem subiecto pmo. ¶ Quarta con
clusio idētitas vel distinctio specifica consurgit ex p-
te forme & nō materie:patet quia homo & asinus sūt
diuersarū specierū:quorū materie sunt eiusdem ratio
T.c.25. nis:vnde.x.meta.dicit Phs q differētie materiales &
accidentales non faciunt diuersitatē fm speciem:sed
differentie formales & essentiales:& ob hoc inquit Phs
masculinitas & femininitas licet sint pprie passiōes
animalis:nō tamē sunt differentie essentiales eius:sed
sunt differētie materiales seu accidētia iherēna aia
li ex parte materie & corporis nō diuersificantia hoīez
fm speciē:nam si sperma viri fuerit excellens aut ca-
lor eius generabiꝛ masculꝰ:& si diminutū fuerit sper-
T.c.25. ma vel calor eiꝰ generabiꝛ femina. ¶ Item dicit in
eodē libro:q aliqua sunt diuersarū rationū fm spēm
quia diuersificantur in forma & q diuersitas fz mate
riam est ppter diuersitatē fm formā:& non ecōuerso
quia q̄uis homo & equus essent albi adhuc essent di
uersi fm speciē. Itē licet caro & ossa vnius idiuidui sic
aggregati sint alia a carne & ossibus alteriꝰ:& etiā to
tum aggregatū sit aliud ab alio aggregato fm nume
rū:nō tamen propter hoc erunt indiuidua diuersa fz
speciē:quia in diffinitione siue in forma speciali non
est cōtrarietas siue diuersitas fm formā:& nō intelli-
gitur hec cōclusio solū de forma ptis:sed etiā de for-
ma totius que est genus vel spēs:& de forma speciei
que ē differētia:quia sortes differt a brunelo nō solum
T.c.43. per animā intellectiuā:sed etiam per humanitatem
& rationabilitatem:vnde Arist.vij.meta.vltima diffe-
rentia in diffinitione est forma cōplectiua causās vni
tatē & actualitatē speciei & diffinitionis:& quot sunt
vltime differētie essentiales generis tot sunt species
q habēt ab illis vnitatē suam & actualitatem. ¶ Ex T.c.89.
predictis sequitur q nō est possibile duas esse intelli 2.m.46.
gentias solo numero differētes:probatur:cum intel-
ligētie sint separate a materia & magnitudine.viij.phy.
ratio indiuidualis nō pōt fluere:nisi a q̄ditate spe-
cifica:aut igitur precise vna aut plures potest fluere:
si vna habeo intentum:si plures & nō maior est ratio
de duabꝰ q̄ de tribꝰ:& sic fm omnem numerū finitū
igitur infinite itelligētie possunt esse solo nūero dif
ferētes & per ꝯñs iam sunt:ꝯñs est absurdū:& est cōtra
Phm.xj.& xij.Meta. & patet ꝯña:quia in perpetuis
nō differt esse & posse.iij phy.Item dicit Phs pmo ce T.c.48.
li:q nō possunt esse plures mundi quia in hoc mūdo T.c.32.
est euacuata tota materia possibilis:& per ꝯñs nō pos T.c.93.
sunt esse plures Intelligentie solo numero differētes
q2 quacūq3 assignata intelligētia in hac est euacua-
ta tota ratio idiuidualis possibilis:cū illa se habeāt
per modū materie:& ideo dicit Arist.viij.meta.q vnū T.c.16.
quodq3 eorū que nō habent materiam sensibilem.nec
intelligibilem est vnū per suā potentiam.& xj.meta.
omne quod est vnū specie:& plura numero habet ma
teriā sensibilē vel intelligibilem:deinde Auicēna.iij.
meta.dicit q omne necesse esse est tātū vnū esse & sin-
gulare:sed quelibet intelligētia separata ē necesse eē T.c.83.
metior: patet fm Arist.viij.phy.demōstrantem eterni T.c.12.
tatē motorū per eternitatē motus.& ix. meta.inquit.
substātie separate sunt eterne:quia stelle mote ab il-
lis sunt eterne.

Contra predicta arguitur:q omnis identi- Primum
tas vel distinctio numeralis est per T.c.52.
materiam auctoritate Arist de.j.celi.qui dicit celum T.c.12.
dicit formā:sz q dicit hoc celū dicit formā in materia
& v.metaphy.que sunt vnū numero sunt vnū p mate Scdm.
riam. ¶ Secūdo arguitur:q idētitas numeralis vel
distinctio nō est p et quantitatē:quia quod nō est cau
sa essendi nō est causa essendi nonvnū numero:sed q̄
titas nō est causa essendi alicui substātie:ergo nō est
causa sibi essendi vnū:patet ꝯña cū maiore:q2 ens et
vnū cōuertuntur.x.Meta.& minor est nota.quia sua T.c.3. et.4.
est pōr accidēte.vij.Meta.vñ pōt sic argui:nulla sub-
stantia secunda est vnū genere vel specie p et quātita T.c.3. et.4.
tem igiꝛ pariformiter nulla ē substātia pma est vnū
numero per quātitatem. ¶ Tertio arguiꝛ q possunt Tertiū
eē plures intelligentie solo numero differētes:quia
quelibet natura specifica est multiplicabilis & plurifi
cabilis:igitur quacūq3 specie angelica data sub illa
pōt eē plura indiuidua solo numero differentia pa-
tet ꝯsequēs:& añs colligitur a porphyrio diffiniente
speciem q est predicabilis de pluribus differentibus Quartū
numero. ¶ Quarto arguitur q omnes intelligentie
sunt eiusdem speciei specialissime:quia si aliquod ge
nus diuiditur per duas differētias in eque pfectas
perfectior est minus plurificabilis q̄ imperfectior:si-
cut rationale minus plurificabiꝛ q̄ irrationale: sed
substantia spiritualis diuidiꝛ p vnibile & nō vnibile
quarū vnibile.s.corpori est imperfectior q̄ non vnibile
sed vnibile nō plurificatur per multas species:quia
non sunt plures species anime intellectiue igitur nō
vnibile a fortiori non plurificatur p multas species:
& per consequens omnes intelligentie sunt eiusdem
speciei specialissime.

Ad primum dicitur q Aristote. vij. me Ad primū T.c.7.8. et.81.
taph.ponit duas distinctio
nes de materia:vna est q materia dicitur duobus
modis.s.indiuiduū quod est subiectū accidētiū: aut
subiectum in potētia quod est altera pars ꝯpositi:cū
igitur asserit q qui dicit hoc celū formam in materia
dicit loquitur de materia primo modo & nō secundo
modo:alia distinctio ē ista q est duplex materia.s.se
sibilis:cuiusmodi ē mobiliū:& itelligibilis cuiusmodi pti.c.91.
est mate.voluit igitur dicere Aristo.q que sunt vnū
numero mathematice illa sunt vnū per materiā in- Ad scdm.
telligibilem que dicitur quātitas. ¶ Ad secundū dr q
nō probat nisi vnitatem & distinctionem numeralem

transcendenter sumptam non esse per quātitatē: qd concessum est: sed si sumeret mathematice idubie q̄titas dat vnitatē numeralē et prius est q̄ aliquid sit
Ad tertiū. vnum numero illo modo. Ad tertiū negetur cōsequētia: sicut enim elemētum terre est mobile: q2 quantum est de se habet aptitudinē ad motū: non tamē potest moueri: q2 nō ē aliqd agēs potēs ipz pellere extra medium mundi: ita quelibet natura specifica quantum est ex se est plurificabilis: non tn̄ pōt plurificari quia non est reperibile subiectum potens illam recipere subsistenter vnde natura et diuina de se non est plurificabilis nec potest plurificari: natura prime de se est plurificabilis et necessario plurificatur: nam compositi corruptibilis est plurificabilis et plurificatur: non tamen de necessitate: natura vero specifica compositorum incorruptibilium plurificabilis est: sed non potest plurificari: ideo sol et luna et ceteri planete singuli
Ad quartū q̄ orbes celestes plurificari non possunt p solā differentiam numeralem. ¶ Ad quartum dicitur negando maiorem quia quantitas diuiditur p drias continui et discreti quarum prima est imperfectior scda: quia continuū se habet vt materia respectu numeri: et tamen discretum est magis plurificabile et multiplicabile q̄ continuū: q2 infinite sunt species numeri continui: autem solum sunt finite vt habetur in pre-
Intelligendum. dicamentis capitulo de quātitate. ¶ Iuxta dicta est intelligēduz q̄ sicut species superaddit generi driaz specificam que non est alia res a genere sz soluz alia ratio: ita indiuiduū superaddita speciei differētiaz indiuidualem que non est alia res specie: sed solum alia ratio non quidem priuatiua vel negatiua q̄ indiuiduum est indiuisum a se et diuisuz a quolibet alio sed positiua q̄ indiuiduū est hoc aliquid demonstratuz ad quam sequit rō priuatiua vel negatiua dicta: vnde arguitur sic: plus differūt positiuū et negatiuuz
Co. t. c. 20. q̄ absolutum et relatio: sed impossibile est relationez eē de intraneo itellectu alicui9 absoluti: vt colligit a pho et com. 5. met. igit impossibile est q̄ negatio itrinsece includat in indiuiduo aliq̄: maior ptz: q2 magis differūt ea q̄ in nullo conueniūt q̄ ea que i aliquo cōueniūt: sed relatio: et absolutū cōueniūt in ente reali. negatiuū vero et positiuū non cōueniūt in ente reali: et ita pariformit dicat de puatiuo: q̄re etc. Cap. vj.

Multa apud antiq̄s discrepātia fuit de formis substātialibus q̄le eē habēt in pdicamento substātie anteq̄ p gñationē indiuidualiter manifestent. ¶ Et
Primo. iō notandū primo q̄ anaxagoras et animādros posuerūt oēs formas rebus eē inditas a natura: nec incipere esse ab agente intrinseco vel extrinseco: et q̄ ante apparitionem latitant in materia. Primus tn̄ posuit quodlibet eē in quolibet: vt ignem aerem. aquā. ossa: et hmōi asserens compositū fieri qn̄ homogenia ꝯiungebant: quādo vero mediabāt ethe rogenia corrumpebantur. Anaximandros autez posuit omnes formas coextēsas in materiā: et q̄ aliquādo latitarent ꝓpter indispositionem subiecti: q̄ sublata per agens extrinsecum statim se in suis actio9 manifestabant: sicut per limitationem auferi rubigo: et
T. c. 36. 37. 38. se aurum vel argentū extrinsecus manifestat. ¶ Nulla istarum opinionum fuit ad Arist. intentione quoniam primam reprobat primo physico. dic. q̄ non sit dare minimaz carnem: quia daretur minus minimo et secundam in de generatione di. q̄ i generatiōe simpliciter dicta fit resolutio vsq̄ ad materiā primam. Plato vero et Auicenna astruentes omnino viā cōtrariā dixerunt omnes formas totaliter aduenire ab extrinseco: sed plato posuit multitudinem ydearum introducentium formas eiusdem speciei. Auicenna vo solum posuit datorem formaruz: ymaginabatur eni q̄ prima intelligentia se ipsam actualissimā et simplicissimā intelligens producit secundam intelligētiaz. Et secunda intelligentia intelligens suum principiū producit terciam intelligentiam: et intelligēs suū possibile esse: producit primum corpus celeste: intelligēs vero suum actuale esse produceret animam illi9: et cōsimiliter considerādo tertia intelligētia producit q̄rtam intelligentiam et secundam corp9 celeste et animā illius. et sic descendendo vsq̄ ad speram lune i qua est decima intelligentia imperans spere actiuoz et passiuorum: quam vocabant datorem formarum: hec nō fuit opinio Aristote. quoniam voluit agēs particulare inducere formam substantialez sicut preparat materiam: tamen concurrente agente vniuersali: vn̄ se- T. c. 29.
cundum ipsum sol et homo generant hominē: secūdū phylosophum. ¶ Secundo notandum de intentione Secūdum
Ari. et commentatoris quamlibet formam generandam prefuisse potentialiter in materia non intelligēdo q̄ materia poterat illam recipere: quia sic forma per solam creationem productam prefuisset ponit in materia: quod non est naturaliter dictum: sz itel ligēdo ante generationem eius preexistere potentiā respectiuaz illius in materia que dicitur potētia materie fundamentaliter et subiectiue potētia forme gene c. 18. t. 11.
rande terminatiue: vult eni cōmētator. 12. metaphy. q̄ agens nō abstraheret formas de potētia materie nisi aliquo modo prefuisset in materia: vbi dicit phylosoph9 q̄ multitudo generatorum entiū est a multitudine potentiarum in materia: q2 cū agens sit vnuz in materia vna: nisi essent plures potētie in materia tantum vnum esset actu generatum.

1ª ꝯclō.
His intellectis sit hec prima conclusio quelibet forma naturalis genita vel generāda quidditatiue et nō indiuidualiter prefuit in materia. Prima pars patet: quia quecunq̄ forma signata genita vel generanda aliq̄ eiusdem speciei quandoq̄ fuit in materia ex q̄ generatio est perpetua: primo et secundo de generatione: T. c. 17.
igitur quiditas huiusmodi forme prefuit in materia T. c. 55.
et per consequens hec forma prefuit quidditatiue in materia patet consequentia: quia per prefuisse quidditatiue in materia nihil aliud intelligo nisi quidditatem illius prefuisse in materia. Secunda pars est manifesta: ex quo generatio est progressus de non eē ad esse secundum phylosophum in postpredica prio T. e. 21.
de generatione et quinto physi. nihil enim nouiter ge T. cō. viij.
neratur quod continue indiuidualiter fuit. ¶ Secūda conclusio: quelibet forma genita vel generāda ppie vel communiter seminaliter prefuit in materia: 2ª cōclō.
vnde ratio seminalis proprie dicta est dispositio producta ab agente in materia respiciens formam similem agenti apta nata agere sine illo: et sic virtus spermatis dicitur ratio seminalis: sed ratio seminalis cōmuniter dicta est dispositio materie certam et determinatam respiciens formam: et sic potentia materie dicitur ratiū seminalis forme generande isto posito patet nono: quoniam cuiuslibet forme genite vel generande precessit in materia ratio seminalis proprie vel communiter dicta: vn̄ Aristo. 7. metaphy. omnia T. c. 29.
generata naturaliter sunt talia: q̄ eorum materia ha t. 31.
bet virtutem naturalem intrinsecam que mouet ad productionem forme: sicut semen est mobile ad eductionem forme: et mouetur per virtutem exītē in eo: et si materia non potest sic moueri nō gñat aliqd ex ea naturaliter: ecce q̄ liq̄de posuit Arist. virtutem seminalem in materia. ¶ Tertia conclusio: aliqua forma nūc prio genita pfuit ptialr in materia q̄ nō habuit tertia ꝯclō
eē icōpletū nec diminutū in illa: pria ps pz de forma t. 59.
nāli successiue educta i mā et nūc prio pducta: ipa. n. ptialr pfuit i materia: q2 aliqua ps ei9 pfuit i materia Secunda vero pars declaratur: qm̄ nulla forma habuit eē diminutū et incompletū nisi illa pfuerit: sz forma nūc prio gēita nō fuit: igit lz eni ista ꝯña sit bona a forma habuit esse: nō tn̄ sequit. a forma fuit partialiter vel potētialiter in materia: igit a forma fuit. q2 ly ptialiter vel patentialiter aduerbialiter sumpta: habēt variare significationem casuum: non tamē ly diminutū vel incōpletuz: et loquit in hac cōclusiōe: de forma diuisibiliter pducta: q2 forma idiuisibilis non

cõclo.

partialiter nec totaliter prefuit in materia. ¶Quarta conclusio: licet forma naturalis sit postq̃ non fuit: non tamen simpliciter de non esse ad eẽ producitur: patet: quia si aliqua forma simpliciter de non esse ad esse produceretur: illa nullo modo prefuisset in materia: consequens falsum: quia quelibet forma tam genita q̃ generanda potentialiter ⁊ seminaliter prefuit in materia.

om.

Ex quibus sequitur primo ꝙ nulla forma generanda prefuit in materia: ⁊ tamẽ modis plurimis prefuit in materia prima pars patet: quia talis forma non fuit: ex quo incipit vel incipiet esse: secunda similiter: quia quelibet talis prefuit potentialiter ⁊ seminaliter ⁊ quidditatiue in materia.

m.

¶Secũdo sequitur ꝙ cuiuslibet forme naturalis tam genite q̃ generãde aliquid prefuit ĩ materia: quia quidditas seu potentia respectiua: vel ratio seminalis communiter sumpta prefuit in materia.

mum.

Contra predicta arguitur: et primo ꝙ ẽ dare datorem formarum propter impotẽtiam agentium particularium non potentium inducere formas substantiales: quia homo genitus ꝑ aliquo instanti: primo non generatur ab homine nec a semine: igitur ab ydea vel aliqua intelligẽtia abstracta prima pars antecedẽtis patet: q: quocunq; homine signato pro generatione sortis non minus generatur sortes illo corrupto: secunda similiter quia semen corrumpitur in generatione hominis. Item arguitur ĩ generatione equiuoca: nã mus genitus per putrefactionem ex luto non generatur a luto vel a caliditate ipsius per actionẽ solis: igĩ gñaĩ ab ydea vel intelligentia: patet consequentia cum antecedente: quia omne agens agit secundũ ꝙ est in actu. 3. phy. sed nec lutum nec caliditas est actu viuens ergo nullum illorum est effectiuum vite: et per consequens a nullo illorum producitur mus.

T.c.17.
Secundũ.

¶Secũdo: principiũ vniforme non est principium actiuum difformitatis nisi passum sit difforme: sed semen est vniforme: et similiter materia: igitur non potest alterare ad tantã diuersitatem q̃ta apparet in partibus animaliũ: et per consequens cum auicenna est recurrendũ ad virtutem diuinam. Et confirmatur nam imperfectius non agit sufficienter effectum perfectiorem nisi virtute alterius: sed semen non potest agere animal virtute decidentis: quia illud non est vt suppono. igitur.

Tertium.

¶Tertio arguitur ꝙ forma gñanda habet esse indiuiduale diminutum ⁊ imperfectum in materia: quia aliter generatio forme substantialis esset violenta ꝓbatur: quia violentum est illud quod est a principio extrinseco. 3. ethi. sed talis generatio esset solũ a principio extrinseco si non concurreret forma intrinseca materie coagens ad sui perfectionem: ⁊ hoc videtur velle Ari. 6. meta. d. ꝙ principium artificialiũ est in cognoscente: et principium naturalium in moto.

T.cõ.ꝑ.

¶Quarto arguitur auctoritatibus: nam Aristo. di. septimo meta. omne quod generatur generatur ex sibi simili ĩ spetie: ⁊ ꝙ materia nõ generaĩ nec forma sed compositum: quia figura non fit inquit ipse nec es: sꝫ figura erea. Commẽ. vero. 8. meta dicit ꝙ agẽs non largitur multitudinem: sed perfectionem: ex quibus apparet ꝙ forma anteq̃ generetur habet esse in materia imperfectum ⁊ diminutum et per gñationẽ recipit esse completum ⁊ perfectum.

Quartum.
T.c.30.
c.31.
T.c.xxvij.
Cõ.15.

Ad primũ.

Ad primũ dicitur ꝙ hõ nõ generaĩ a semine: sed ex semine: q̃d si corrumpiĩ: manet tamen virtus generatiua ĩpressa a generãte decidẽte semẽ: mus generatur a caliditate solis vel alia dispositiõe qualitatiua influxa a celo ĩ materia putrefactionis. Et cum dicitur: omne quod agit agit s̃m ꝙ est in actu. dicitur ꝙ non oportet illud esse in actu formali respectu geniti: sed sufficit ꝙ sit in actu virtuali per se vel per aliud: vnde sol respectu caliditatis producte est ĩ actu virtuali per se: sed caliditas ꝓducẽs murẽ est in actu virtuali ꝑ solẽ. Et similiter virtus seminis est in actu virtuali per generans pri-mũ. ¶Ad s̃m dr: ꝙ principiũ vniforme non difformiter agit in materiã vniformẽ si ꝓpria virtute agit et vniformiter applicet̃ materie sed si agit virtute alterius difformis vel difformiter dirigentis nõ est incõueniẽs ꝙ difformiter agat.

Ad s̃cõm.

Ex hoc soluiĩ rõ cõfirmationis: dico ꝙ a agere in virtute b. cõtigit dupliciter: p̃io: quia a. habet virtutẽ a b. aut est virtus defluxa a b qua est sufficiens agere: secundo quia coagit ipsi b. instrũaliter: primo modo mixta agunt virtute elementorum ⁊ sperma virtute decidentis: ⁊ sic non ẽ inconueniens ꝙ aliquid agat virtute nõ entis alio mõ mixta nõ agãt virtute elemẽtoꝝ: nec semẽ ṽtute aĩalis sꝫ solũ ṽtute abstracte ĩtelligẽtie rõnẽ seminalem instrumẽtaliter dirigentis ad ꝓductionẽ filio a q̃o semẽ fuit decisum.

Ad tertiũ.

¶Ad tertiũ negeĩ ꝯña: ⁊ ad probationẽ dr: ꝙ motus ẽ naturalis: si fiat a ꝑncipio extrinseco passo ꝯferente vim: mõ materia naturaliter inclinatur ad formam substantialem: vbi aũt motus esset ab extrinseco nullo passo conferente viꝫ: ille indubie esset violent⁹: ⁊ consequenter concedo ꝙ principiũ naturaliũ est in moto: nec intelligit phs ꝑ motum materiam motam: sed compositum substantiale: quod habet in se principiũ actiuũ ⁊ passiuũ motus ⁊ quietis secundo physi.

6.met.
Ad quartũ.

¶Ad quartum cõceditur: ꝙ omne q̃d generatur: generatur ex sibi simili in spetie. ⁊ ex sibi cõueniẽti in natura nõ quidem ex forma ꝯsimilis rationis: sed ex potentia materie sibi cõueniẽti: ⁊ ex materia ac dispositionibus sibi naturaliter cõueniẽtib⁹. ⁊ cum dicit philosoph⁹: nec mã nec forma generatur: sed solũ cõpositũ: dr ꝙ intelligit de generatiõe cõpletiua ⁊ nõ terminatiua seu substãtiua.

7om.17.

¶Intelligẽdũ tñ ꝙ aliq̃d ꝑ se generari terminatiue intelligiĩ dupliciter: q: aut est ꝑ se terminus gñationis: ⁊ sic forma ꝑ se generaĩ: vt vult phylosoph⁹ p̃io physicoꝝ: aut q: est principalis ratio gñationis: ⁊ sic solũ ꝯpositũ gñatur terminatiue: et hec fuit intentio Aristote. sexto cum autem dixit Comment. ꝙ agens non largiĩ multitudinem: sed perfectionem: verum est: quoniam nũq̃ generatur aliqua forma quin corrũpatur aliqua potentia respectiua illius vt ipse dicit primo physi. ideo et generatione forme non sequitur maior multitudo q̃ fuit ante: sed solũ maior perfectio: q: perfectior est forma que generatur q̃ potentia que corrũpitur: ⁊ ex hoc patet: quare forma corrupta si potest amplius regenerari: quia potentia respectiua iã corrupta non potest redire.

Cõ.70.
T.c.27.
8.me.15.
Cõ.70.

Primum.

¶Capitulum septimum.

Circa predicta de potentia materie inuestiganda est iter illa distictio. An sit realis vel rationis solum. ¶Vnde notãdũ primo quod duplex est potentia scilicet in eẽ ⁊ ad eẽ: potẽtia in esse ẽ potẽtia cõiuncta actui ꝑsenti: cuiusmodi est potẽtia rei existẽtis quacũq; si gñata: potẽtia ad eẽ est potẽtia elõgata ab actu ꝑsenti: cuiusmodi est potẽtia futuri nõ actualiter existẽtis: vt cũ dicim⁹ anticr̃pm eẽ in potentia seu ipm possibile esse: hãc diuisionẽ ponit Arist. p̃io periermenias. ¶Primũ mẽbrum diuisionis subdiuiditur: quoniam potentia in esse que dr realis: quedam dicitur absoluta: et quedã respectiua potentia absoluta est illa q̃ est ad se: ⁊ nõ est aliõ: vt potẽtia ignis vel aq̃. Et potẽtia respectiua est illa q̃ est ad aliõ ⁊ nõ ad se: vt potẽtia calefactiua ignis que est quedã habitudo ipsius ad passũ ꝑmam partem huius diuisionis innuit phs. 7. physi. dr ꝙ maior potentia mouebit eq̃le in minori tẽpore.

T.c.35.
c.36.
Com.36.
Scdm.

¶Scdaꝫ vero declarat. 9. methaphy. di. ꝙ non oportet diffiniri actuꝫ alio modo q̃ ꝑ relationem ad potentiã: q: ipsa est relatiua. ¶Scdo notandum: ꝙ potentia absoluta est duplex. s. actiua ⁊ passiua: potentia actiua est principiũ trãsmutãdi alterum inquantũ hmõi. Et potentia passiua est principium transmutandi ab altero. Exemplũ primi: vt po

tētia actiua ignis. Exēplū secūdi: vt potētia passiua
aque: hanc diuisionē cū descriptionibus ponit Ari.
nono meta. Itē potētia absoluta iterū est duplex sci
licet substātialis ⁊ accidētalis: potētia absoluta sub-
T.c.2.5. stātialis est suba apta nata agere vel pati: ⁊ sic q̄libꝫ
me.15. substātia tā cōposita q̄ȝ simplex dicit potētia. Sꝫ po
tētia absoluta accidētalis est dispositio absoluta sub
stātie per illā potētis agere vel pati: ⁊ sic caliditas dr̄
potētia accidētalis ignis q: per illā agit ⁊ dyaphani
tas dicit potētia accidētalis aeris: q: per illā patitur
lumē recipiēdo. Hāc diuisionem subintelligit phs. 8.
phy. ⁊ scdo de anima di. ꝙ potētia est duplex. s. essen-
tialis ⁊ accidentalis: potentia essentialis inquit ipse
4.c.25. est sicut materia ⁊ genus: q: multū distās a suo actu.
T.c.14. Accidentalis sicut habitus potens egredi in actū cū
t.c.58.⁊.59 velit nisi ꝓhibeat: ⁊ pōit exēplū vt addiscēs dicit sciēs
primo modo: ⁊ sciens in habitu non in actu conside-
rans dicitur sciens in potētia secundi modi. vnde in
quit ipse potentia essentialis indiget generante trās
mutante ad hoc vt exeat in actum. Accidētalia vero
solum indiget remouente prohibens.

1ª ɔclō **His intellectis** sit prima hec ɔclusio aliq̄ est potētia mãe
cui idētificat essentia eius: probatur. naꝫ sicut forma
substantialis est potentia actiua ita materia prima
est potētia passiua: sed forma substātialis identifica
tur sue potētie essentiali: igit per idē ⁊ materia: vnde
dicit phs. 8. meta. ꝙ actus ⁊ potētia reducunt ad ma
T.c.16. teriā ⁊ formā: cū ergo forma sit act⁹ sequit materiam
2ª ɔclō. esse potentiā. ¶ Scd̄a ɔclusio aliqua est potētia ab-
soluta in materia a q̄ ipsa materia realr̄ est distincta
ꝓbat. nā sicut se hꝫ mediū respectu formaꝝ itētiona-
liū: ita materia respectu formaꝝ realiū: sed medium
nō pōt recipere formas itētionales sine naturali po-
tentia dyaphanitatis que est dispositio realiter ab
ipso medio distincta: igitur materia nō pōt recipere
formas reales sine potētia naturali q̄ ē dispō media
ab ipsa materia realr̄ distincta ⁊ hec dispō est q̄litas
de secunda specie dicta naturalis potentia vel ipotē
tia: ⁊ est passio prima ⁊ ꝓpria materie: ac sibi coeter-
na: ⁊ ꝑpetua ingenerabilis ⁊ icorruptibilis sicut ipa
3ª ɔclō. materialis natura. ¶ Tertia ɔclō in materia p̄ma est
multitudo potētiaꝝ respectiuaꝝ ⁊ ab ipsa et inter se
realiter distinctarū. prima pars ptꝫ ꝑ Arist. xij. meta.
di. ꝙ non est idem essentia ⁊ potētia alicui⁹: sicut nec
color ⁊ visibile. Item enim visibile addit super colo
Lect.9. rem respectum: sicut potentia supra materiā: ⁊ primo
de generatione dicit: ꝙ yle siue materia pria sub qui
busdam potentiis proprie est subiectū generationis
⁊ corruptionis. Secunda vero colligitur ab eodeꝫ. 8.
meta. di. ꝙ proprie potentie a quibus diuersis causa
tur multitudo in entibus differūt in materia: alioq̄n
8.meta. tm̄ vnū esset gn̄alissimū. nā ex altera ⁊ diuersa poten-
t.c.11.⁊.12. tia in materia inq̄t ipse gn̄ata est altera ⁊ diuersa for
ma: ⁊ iteꝝ multitudo generatorum entium est a mul
titudine potentiarum in materia: quia cum ꝫagēs sit
vnū in materia vna nisi essent plures potētie in ma-
teria tantum esset vnum actu generatum. ¶ Quarta
cōclusio in essentia materie tres existunt potentie tā
4ª ɔclō. generice q̄ȝ predicamētaliter inuiceꝫ distincte patet.
nam in essentia materie reperit potentia essentialis
ꝑsenti substātie potētia naturalis presentis qualita
tis: ⁊ potētia respectiua predicamēti relatiōis: ⁊ ꝙ in
uicem differant sequitur ex dictis q: omnis substan
tia a quolibet accidēte differt: ⁊ omne accidens abso
lutū ab omni accidente respectiuo. In speciali auteꝫ
arguitur potentiā respectiuā realiter distingui a ma
teria: quoniā potentia materie ad formā generandā
nō manet post corruptionem forme: sed materia ma
net post corruptionem forme: igitur potentia mate-
rie ad formā generandam non est materia: patet cō
sequentia cum minori per philosophū primo physi.
⁊ maior probatur: q: dato opposito sequitur ꝙ cor-
ruptū potest redire idē numero: quod est contra phi
losophum scdo de generatione: ⁊ probatur consequē
tia per comenta. xij. metaphy. di. ꝙ potentia existen
te eadem ⁊ materia eadē ⁊ agente eodem illud quod
fit est idē: sed post corruptionem forme manet mate-
ria eadē ⁊ potentia eadem per aduersarium ⁊ agens
idem vt suppono: igitur hanc doctrinā dedit Comē- Cō.70.
ta. primo phy. per tres propositiones. Prima ꝙ ad- T.c.lxx.
ueniente forma potentia corrumpitur: sed nō corrū- Com.xi.
pitur materia igitur nec potest intelligi illa ꝓpositio
ꝙ adueniēte forma materia desinit eē potētia respe
ctu illius: q: quādocūq; materia subijcitur alicui fo:
me ipsa est potētia respectu ipsius. ¶ Scd̄a proposi-
tio: ꝙ potentia materie accidit materie: modo mate
ria nō accidit materie: ⁊ sic dicit ꝙ illa ꝓpositio est sic Cō.70.
intelligenda ꝙ illa propositio est accidentalis mate
ria est potentia: illud non valet: q: per idem materia
accideret potentie quia hec propositio est accidenta
lis: potētia est materia. Tertia ꝓpositio ꝙ materia
est substantia ⁊ potentia est aliquid: q̄ si intelligitur
ꝙ materia est de predicamēto substātie ⁊ potētia de
predicamēto relationis adhuc habetur intētū: quia
termini diuersoꝝ ꝑdicamentoꝝ de se inuicē verificā
tur in abstracto vniuersaliter negatiue: scdm Aristo
telem. primo posteriorum: vt nulla substātia est qua-
litas: ⁊ nullus homo est albedo: ⁊ consequenter nulla
materia est potentia respectiua.

Contra predicta arguitur. Et p̄mo ꝓbando
nullā potentiam materie realiter di- primū.
stingui a materia: quia talis potentia non est cōpo-
situm nec forma igitur materia: patet consequentia
cum maiori/⁊ minor declaratur: quoniam talis potē
tia est ad formā modo forma non est ad formā dein-
de si esset forma: vel aliud accidens se habens vt for-
ma: ipsa cū materia faceret cōpositū accidentale: vt
exemplificatum est: sicut albedo cum suo subiecto ve
nit potentia nullā olno cōpositionē dicit scdm phūm T.c.70.
⁊ Cōmen. primo physi. ¶ Secundo arguit sic. circun Scdm.
scriptis qualitatibus primis disponētibus materiā
ad hoc vt possit recipere formā nō est aliqua alia po
tentia ponenda in materia materie condistincto: igi
tur: antecedens probatur: q: dato opposito sit illa po
tentia a. ⁊ arguitur sic: materia est in potentia subie
ua ad a. potentiā vel igit seipsa vel mediante aliqua
alia potentia: si primū: cōsimili ratione potest argui
seu dici ꝙ materia seipsa est potētia ad formā gene-
randā. si scdm erit ꝓcedere in infinitū. ¶ Et cōfirma
tur nam omni respectu secluso a materia ipsa adhuc Tertiū.
potest recipere formā: igitur frustra additur talis po T.c.2.
tentia: vel respectus superadditus. ¶ Tertio sic. ita Cō.51.
se habet potentia ad materiā: sicut actus ad formaꝫ.
sed actus non distinguitur a forma: igitur nec poten
tia a materia: maior patet: quia actus et potentia
sunt correlatiua: minor vero est Aristo. dicen. scdo
de anima: quālibet formā esse actū: ⁊ potest hoc decla
rari per similitudinē p̄mi actus: q̄m quilibet act⁹ pri
me forme est de essentia prime forme. per Cōmenta.
xij. meta. igitur per idem quelibet potentia est de es
sentia prime materie. ¶ Quarto arguitur sic: ad om Quartum.
ne qd est distinctū a materia ⁊ inherens materie pōt T.c.10.
ipsa materia realiter trāsmutari: sed ad nullū respe-
ctū sibi superadditū potest realiter trāsmutari. igit
nullus est respect⁹ materie supperaddit⁹ inherēs sibi
maior patet minor est Ari. 5. phy. dicentis ad rela
tionem non est motus. Et si dicit ꝙ maior non est ve
ra de accidētibus coeternis materie: modo potentia T.c.103.
respectiua est coeterna materie: sed contra: sequitur
ꝙ aliquid est eternum a parte ante qd nō est eternuꝫ
a parte post: qd est cōtra phūm primo celi ⁊ patet cō-
sequētia de potētia materie q̄ corrūpit in aduētu for
me: hec vr̄ esse sn̄ia Cōmē. in li. de suba orbis di. ꝙ mā T.c.32.
substātiuat ꝑ posse: ⁊ ꝙ ei⁹ potētia ē mãe dr̄ia essētia
lis: mō dr̄ia essentialis nō differt ab illo cui⁹ est dr̄ia
⁊. iij. phy. inq̄t phs: ꝙ in eternis nō differt esse ⁊ posse
sed materia est eterna: igit esse materie est posse ma-
terie: ⁊ per cōsequēs essentia materie est potētia ma-
terie: ptꝫ ɔn̄a per locum a coniugatis.

primū. **Ad primum** dr ꝙ aliquā ex formā dupliciter cōtingit: aut qr aduenit
cōposito ꝛ denoiat aūt qr denoiat solū positiue. pmo
modo nihil deesse forma nisi ens absolutū. Scdo mō
potētia dr forma non forme gnāde sed materie: ꝛ ex
hoc ptz ꝙ potētia materie nō facit cōpositionē cum
materia. sicut albedo cū subiecto qr albedo ē ens ab=
solutū: ꝛ potētia ens respectiuū: ꝛ ꝯñr sequit ꝙ poten
scdm. tia respectiua nō ꝓprie inheret materie: lz fundet in
ea ꝛ ab ea depēdeat ꝑ ꝑsentiā ꝛ indistātiā. ❡ Ad scdz
negeṫ: ꝙ materia sit in potentia ad a. potentiā: tū qr
a. potentia esṫ in materia: qr materia nō habet respe
ctū a a. potētiā: sed bene concedo ꝙ materia est potē
tia respectu a. potentie: ꝛ qr materia nō recipit a. po=
tentia cū semper illā habuerit: ideo non oportet ꝙ se
ipsa vel mediante alia potentia: modᵘ tamen arguē
di non valet: quia per idem probareṫ materiam reci
pere formā substātialem sine qualitatibus primis qr
qriṫ vtrū materia recipiat formā substantialē seipsa
imediate aut per aliā formā. Si primum habeṫ intē
tum. si scdm: aut ergo recipit illam formā per aliā for
mam: ꝛ erit procedere in infinitum: aut ꝑ seipsum im
mediate: et sic erit stare in primis: ꝙ seipsa imediate
recipit formā substātialē. Et ad cōfirmationē negeṫ
cōsequētia: qr nunq̄ recipet materia formā nisi prᵒ
tertiū. habuisset potentiā respectiuā ꝛ relationē ad formaz
si per generationem illi aduenireṫ. ❡ Ad tertiū dicit
ꝙ in forma genita est respectiua ad materiā qui dicit
actus: ꝛ iste realiter distinguiṫ a forma sicut potentia
respectiua a materia: ꝛ preter actum istuz respectiuū
est actus essentialis idētificatus forme de quo loqui
tur Philosophus quotienscūq̄ dicit formā esse actū
nec est simile de prima forma: ꝛ prima materia: quia
Ad quartū prima forma cum nullo facit compositionem: mate=
ꝑ.c.105. ria autem componit cum alio tam substantialiter q̄
accidentaliter. ❡ Ad quartū diciṫ: negando maiorē:
ꝛ concedo aliquod positiuum respectiuum esse eter=
num a parte ante: ꝛ non a parte post ❡ Et ad Phylo
sophū respondeṫ: ꝙ intelligit de absolutis que nō de
pendent a futuro. Et ad Cōmē. in substātia orbis di
citṫ ꝙ materiā substātiuari per posse non debet intel
ligi ꝙ aliquid sit posse materie dans sibi esse substan
j. phy. 32. tiale: sed ꝙ materia cognosciṫ esse substātia: ꝛ a quo=
libet alio distingui per suū posse: deinde diciṫ ꝙ diffe
rentia essentialis alicuius proprie sumpta est illa a
qua imediate fluit essentia ꝛ talis non reperiṫ in pri
ma materia. Differentia eniz essentialis improprie
sumpta est illa que imediate fluit ab essentia: ꝛ hec est
propria passio que reperiṫ in materia: ꝛ est potentia
naturalis qua omnino distinguiṫ a materia. Itē ad
phūm cōcedo ꝙ esse materie ē posse materie: ꝛ essen
tia materie est potentia materie: ex quo nō sequitur
ꝙ sit potentia respectiua aut naturalis: locᵘ tamen a
coniugatis non tenet nisi in predicatione directa:
quia non sequiṫ: album est dulce igiṫ albedo est dulce
do: sed bene sequitur album est coloratum igitur al=
bedo est color.

❡ Capitulum octauum.

primū. **Quilibet** potentie respectiue an=
nectiṫ ꝑuatio forme ge=
nerāde que scdz Cōmē. j. phy. et corrūpi
tur in aduētu forme de cuiᵘ q̄dditate et
habitudine ad mam est ꝯñr dicendum.
❡ Primo notādū: ꝙ ꝑuatio q̄drupliṫ su=
scdm. miṫ. pmo pro altera parte cōtrarietatis minoris ꝑfe
ctiōis: ꝛ sic loquiṫ Ari. ij. de aia: cū dicit nigrū esse ꝑua
tionē albi. ❡ Scdo ꝑ forma tēdēte ad nō esse: ꝛ sic loq
tur Cōmēta. primo physic. di. ꝙ forma q̄ corrūpiṫ est
priuatio forme gnāde: ꝛ hoc est verū: vtputa forma
embrionis respectu forme aialis. Tertio ꝑ forma di
minuta tendēte ad vlteriorē ꝑfectionē ꝛ sic dicit Al=
ber in sua physica: ꝙ forma gnanda ꝑfuit in materia
secūdū esse diminutū: scdm qd esse ē priuatio materie
coagens agenti ad suam ꝑfectionem. Quarto ꝑ carē
tia alicuius cū aptitudine ad illd: eo mō quo dicimᵘ
tenebrā esse priuationem luminis ꝛ cecitatez esse pri
uationem visus seu visionis: ꝛ sic loquiṫ phylosophᵘ
iiij. meta. di. ꝙ priuatio est negatio in subiecto apto
nato: ꝛ solū de tali priuatione est ad presens loquen=
dum: qr nemo dubitat priuationē primis tribus mo
dis realiter distingui a materia. ❡ Scdo notandum
ꝙ sicut ens vel aliquid dupliciter sumiṫ scz cōmuni=
ter ꝑ omni ente positiuo vel priuatiuo: ꝛ stricte soluz
pro ente positiuo. Ita accidēs accipiṫ: vno modo cō=
muniter ꝑ omni accidēte positiuo vel priuatiuo: alio
modo stricte ꝑ omni accidente positiuo sumēdo igiṫ
proprie ꝛ stricte aliquid ꝛ accidens sic priuatio nō est
aliquid: nec accidens: quia dicit phylosophus primo
physicorum: ꝙ priuatio est non ens: sed sumendo cō=
muniter sic priuatio esṫ aliquid: qr dicit phylosophᵘ
primo physicorū: ꝙ materia est magis aliquid q̄ pri
uatio ꝛ est accidens: qr priuatio accidit materie secū
dum Cōmentatorem primo physicorum. Isto modo
loquiṫ Porphy. de accidēte in suis vniuersalibus di.
accidens est illud quod adest ꝛ abesṫ ꝑter subiecti cor ꝛ. 2.
ruptionem: cū igiṫ priuatio adueniat materie ꝛ cor=
rumpaṫ in illa sine corruptione subiecti per phyloso
phum ꝛ Cōmenta. pmo phy. igiṫ priuatio est accidēs
scilicet priuatiuum: vnde. iiij. metaphy. dicit Aristo.
ꝙ priuatio non est simpliciter ens: nec simpliciter nō
ens: sed tenet medium inter ens: ꝛ nō ens: cum sit ens
priuatiuum dicens negationem forme cum aptitu=
dine subiecti ad illam.

pª conclō.

His premissis sit hec prima conclusio
cuilibet compositoz na
turali correspondet priuatio vel correspondere po=
test: quia quodlibet compositum naturale appetit
vel appetere potest aliquid qd non habet: ꝛ est aptū
natum habere illud: igitur patet ꝯña: ꝛ antecedēs est
manifestū inductiue: ꝛ qm̄ quodlibet compositū na=
turale plura appetit: iō in quolibet tali sunt multe ꝑ
uationes: quaꝝ quelibet ab illo distinguiṫ: quia non
est maior rō: quare magis ab vna q̄ ab alia ꝑuatiōe 2ª ꝯclō.
distingueretṫ: ꝛ etiam non esṫ dicendum ꝙ sit aliqua
illaꝝ ꝑuationū: sicut nō est aliqua sua forma vel enti
tas partialis eius. ❡ Secūda conclusio cuilibet for=
me naturali plures pñt correspondere priuationes
ptz: qr quelibet talis forma plures appetere pōt ra=
tione carentie ꝛ non eiusdem rationis: ergo cuilibet
illaꝝ correspondebit sua priuatio: ꝛ ita sequiṫ vt su= T. c. 9.
pra ꝙ nulla forma est sua priuatio: qr idem continue 3ª cōclō.
manens idē nō multiplicaṫ in plura: cū vnū et plura t. c. 60. 66.
apponanṫ per Aristo. in. x. meta. ❡ Tertia conclusio ꝛ. 79.
quodlibet subiectum receptiuum forme a sua priua
tione realiter est distinctum. Istam conclusionē pro=
bat Arisṫ j. phy. tripliciter: ꝛ primo sic realiter distin
guunṫ que habēt distinctas diffinitiōes: sed subiectū
ꝛ priuatio sunt huiusmodi: ergo minor patet: qr alia
est ratio hominis ꝛ alia est ratio musici: maior vero
probatur. nam que diuersas diffinitiones habent di
uersas quidditates: ꝛ consequenter diuersas entita=
tes. Secundo subiectum manet sub vtroq̄ termino
transmutationis: sed priuatio nō manet: ergo añs de
claraṫ: nam si ex imusico fiat musicum homo perma=
net pmo sub imusica: ꝛ postea sub musica: sed imusicū
non manet sub vtroq̄ termino: imo corrūpiṫ. Tertio
arguiṫ ex cōmuni modo loquendi: nam proprie diciṫ
imusicus fit musicus: ꝛ ex imusico fit musicus: sed nō 4ª ꝯclō.
ꝓprie dr: ex homine fit musicus: licet ꝓprie dicaṫ: ho=
mo fit musicus. ❡ Quarta conclusio: quelibet priua=
tio reperta in materia a q̄dditate illius est realr distin
cta. Ista conclusio est de intētiōe Arisṫ. j. phy. dicētis
aliquas ꝓpositiones. Prima: ꝙ cuiuslibet transmu=
tationis naturalis tria sunt ꝑncipia itrinseca. s. ma=
teria: forma: ꝛ ꝑuatio: modo si materia eēt ꝑuatio nō
essent nisi duo ꝑncipia. Scda ꝓpositio: ꝙ ꝑuatio op=
poniṫ forme ꝛ materia non opponitur alicui illoꝝ: ꝛ
qr recipit tam formā q̄ ꝑuationem: ꝛ modo nihil re=

cipit seipsum:nec opponit et quod recipit. Tertia pro
positio:priuatio est per se non ens et materia est per
accidēs non ens:sed nunq̄ vnū et idem est per se non
ens et per accidēs nō ens:ergo. Quarta ꝓpositio:ma
teria est ꝓpe substātiā: et priuatio nō est prope sub-
Cōm.69. stantiā:modo esse prope et non esse prope arguit non
identitatē. Cōmētator ꝑo ibidē ponit alias quatuor
propositiones. Prima est ꝙ materia est per se princi-
pium cōpositi naturalis et priuatio per accidēs:licet
necessariū. Secūda ꝓpositio/materia est ingenera-
bilis et incorruptibilis:priuatio vero corrumpitur in
aduentu forme generāde. Tertia ꝓpositio/ꝙ priua-
tio accidit materie:modo nihil accidit sibiip̄si. Quar
ta ꝓpositio:ꝙ priuatio est admixta materie:cū ergo
materia non sit admixta materie: sequitur ex hoc cum
alia priuationē materie oīno realiter distingui. Ali-
quas dictarū authoritatū glosant aduersarij dicen-
tes tria esse principia trāsmutationis ad hūc intel-
lectū ꝙ in cuiuslibet trāsmutationis diffinitione in-
cludūtur tres conceptus: scʒ materie forme et priua-
tionis: forma aūt et priuatio opponunt̄ ad hunc intel
Cō.79. lectum:scʒ ꝙ illa noīa opponunt̄: scʒ forma et priua-
tio:et cum dicit Cōmen. ꝙ materie accidit priuatio.i.
Contra. talis propositio est accidētalis:materia est priuatio
seu priuata. ¶ Sed cōtra/si nullus esset cōceptus nō
minus essent trāsmutationes naturales: quare tria
essent principia:quorū duo opponerent̄ et ipsa priua-
tio accideret materie:vnde nō est possibile ꝙ sint cō-
ceptus cōtrarij quin aliqualis ꝯtrarietas respōdeat
suis significatis:quia sciētie secantur quēadmodū et
T.c.38. res.iij.de aīa et modi significādi sunt a modis essen
T.c.14. di.v.Meta. deinde si priuatio accidit materie:quia
hec est per accidēs:materia est priuatio. per idē ma-
teria accidit priuationi:et substātia accidit accidenti:
quia quelibet illarū est accidētalis:priuatio est ma-
teria:accidēs est substātia:sed illud est ꝯ doctrinam
Aristo.in p̄dicamētis.et.i. Poste. Alie aūt sunt autho
ritates Aristo. pro quarta cōclusione. dixit enim Arist.
T.c.4. in postp̄dicamētis ꝙ cecitas nō est cecū esse:et per ꝯñs
et.26. priuatio nō est priuatū esse:sed idem est priuatū et pri
uatū esse:ergo. Item.iiij. Meta. priuatio est negatio
in subiecto apto nato:sed materia prima nō est nega
tio in subiecto apto nato:ergo materia nō est priua-
tio. Et in eodē priuatio hʒ materiā subiectā sibi:et est
vna extremitas oppositionis circueuntis oē genus
T.c.14. entis:sed materia prima nō hʒ materiā subiectā sibi:
nec alicui opponit̄ nec circuit oē genus entis:ergo.
Phs. viij. Meta. in priuatiuis nō est materia eadem
ꝓm habitū et priuationē:scʒ quia cum fuerit materia
habitus nō est potentia ad priuationē:nec fit mate-
ria priuationis nisi per corruptionē naturaliū dispo
Primum. sitionum et potentiarum:quare.

Contra quartam cōclusionē arguitur primo
sic. Illud est materia qđ manet ma-
nente materia quocunq̄ extrinseco materie secluso:
sed secluso omni extrinseco materie sola materia ma
nente adhuc maneret priuatio:ergo priuatio idētifi-
catur materie:ptʒ ꝯña cum maiori:minor ꝓo est eui-
Secundū dens:quia quocūq̄ extrinseco materie amoto materia
esset priuata forma. ¶ Scd̄o sequitur/ꝙ in q̄libet ma-
teria sunt infinite res inuicē diuise et distincte quarū
nulla est alteri mediata vel immediata extensa vel
multiplicabilis:ꝯñs est inopinabile:et ꝓbatur ꝯña:quia
cum materia sit priuata infinitis formis generādis:
sequitur ꝙ ipsa infinitas hʒ priuationes:et cū nulla ista
Tertiū. rum priuationū sit forma nec quātitas:nec principium
quātitatis ꝯtinue vel discrete habet intētū. ¶ Tertio
sit a priuatio forme antichristi:et quero vtrū a sit in
tota materia corruptibiliū vel solū in aliqua parte:
si primū:ergo forma antichristi pōt educi de potētia
tot⁹ materie. ptʒ ꝯña:quia vbicūq̄ reperit̄ priuatio ibi
dem reperit̄ potētia:sed ꝯñs falsum:quia tunc aīa anti-
christi pōt actuare totā materiā corruptibiliū:qđ est
impossibile:si scd̄m:ergo nō quelibet materia horum
inferiorū est receptiua cuiuslibet forme generāde:ptʒ
ꝯña:ex quo illa nō est priuata forma generāda anti-
christi:et per ꝯñs nec potentialis ad illam:sed ꝯñs est
falsum:quia materia prima horū inferiorū cū sit pu-
ra potentia et infinite possibilitatis est indifferēs ad Quarto
omnē formā generandā. ¶ Quarto arguit̄ sic:et que-
ro si priuatio materie p̄me sit diuisibilis vel indiuisi
bilis:si diuisibilis:ergo diuisibiliter corrumpitur in
aduētu forme:et per ꝯñs nunq̄ forma aliqua indiuisi
biliter ꝓducit̄:si indiuisibilis et cū eadē forma possit
de duabus materijs generari:sequitur eandem priua-
tionē esse in duabus materijs:scilicet a b quo cōcesso
sequitur corruptū posse redire idem numero. probat̄:
quia inducatur forma antichristi in a materia:et se-
quitur ꝙ in b manet adhuc priuatio illi⁹ forme cum
sua potētia respectiua:quia ꝓpter mutationē factā
in a nō est necessariū aliquā mutationē fieri in b:sed
quelibet materia habēs priuationē et potentiā alicu-
ius forme potest illam recipere:ergo. ¶ Deinde ar- T.c.66.i
guitur authoritatib⁹:prima est Aristo.i. physi. ꝙ ma Cōmē.58.
teria et priuatio sunt vnū numero. secūda Cōmen. ibi T.c.4.
dem dicentia:ꝙ differētia inter materiā et priuatio- T.c.i.3.
nem est solum ꝓm vocem. tertia est Aristo.iiij. Meta. T.c.pri.
dicentis ꝙ priuatio vere dicitur de materia. quarta
est phi.iij. Physi. et.ix. Meta. diuidentis ens in actū
et potentiā:cum ergo priuatio non sit actus: ergo est
potentia sed nō potentia accidētalis ergo potentia
substantialis que est materia.

Ad primū dicitur ꝙ sicut materia celi non Ad primū
priuatur forma substātiali:quia
nō habet illius priuationē annexā:ita materia horū
inferiorū secluso omni extrinseco nulla forma priua-
retur. ¶ Ad scd̄m cōcedo totū preter vltimā partem Ad scd̄m.
quoniam quelibet priuatio materie multiplicabilis est ad
omnē punctū sui:vnde multiplicari nō reperit̄ solum
in formis verū etiā in priuationib⁹ et negationibus. Ad tertiū
¶ Ad tertiū dico ꝙ a est in tota materia corruptibi-
lium:et in quolibet puncto eius:et ꝯñter cōcedo ꝙ for-
ma antichristi potest educi de potētia hui⁹ toti⁹ ma-
terie:quia sicut multiplicat̄ priuatio ad omnē pun-
ctum materie:ita potētia respectiua:non tñ sequitur ꝙ
forma antichristi possit actuare totā materiā:sed so-
lum sequitur ꝙ quālibet portionē huius materie sibi Ad quartū
proportionabilē quātū est ex se potest actuare. ¶ Ad
quartū dico ꝙ si forma est indiuisibilis oīno priuatio
est indiuisibilis oīno:si est diuisibilis aliq̄ modo pri
uatio est diuisibilis diuisibilitate partiū priuatiuarū:
sed nunq̄ diuisione extēsiua per habitudinē partis Cōme.
extra partē. vñ dixit Cōmen.i. Phy. ꝙ si forma subito
generatur:priuatio subito corrumpit̄:et si forma suc-
cessiue ꝓducit̄:successiue etiam priuatio corrūpitur:
quoniam sicut totali forme correspōdet totalis priuatio:ita
cuilibet parti forme correspōdet aliqua portio priua-
tionis. Et tūc cū cōcluditur ꝙ corruptū potest redire
idē numero:negetur ꝯña:quia q̄ cito corrūpitur pri-
uatio et potētia respectiua in a. tā cito corrūpitur po
tētia in qualibet alia parte materie absq̄ mutatiōe
in illis partib⁹:quoniam priuationes et respectus possunt ad
esse et abesse absq̄ mutatiōe illi⁹ cui adueniūt. ¶ Ad 1.Phy.6
p̄mā auctoritatē Arist. dr̄ ꝙ ibi locutus est de vnita-
te subiectiua et nō identica:nec transcendēte:quoniam statim
dicit ꝙ materia et priuatio differūt specie. ¶ Ad scd̄m
dicitur:ꝙ commentator nunq̄ dicit illud sed cū Phs
posuisset duplicē differentiam inter materiam et pri-
uationē dicit Cōmentator p̄mā differentiam esse ꝓm Cōme.58.
vocem:et secundā ꝓm rem:vnde prima differentia est
hec. ꝙ priuatio fit hoc. et ex priuatione fit hoc demōstrā
do suum positiuum:sed subiectū fit hoc:et nō ex sub-
iecto fit hoc. secūda differētia:ꝙ manet materia i ge Ad quartū
neratione et priuatio non manet sed corrūpitur. ¶ Ad 3. Physi.8.
tertiā dicitur:ꝙ priuatio dicitur de materia non in 9. Met.13.
abstracto sed in concreto. ¶ Ad quartā dicitur:ꝙ il-
la diuisio datur de ente stricte sumpta.s. positiuo. vñ
inde priuatio nō est materia:nec forma:nec cōpo
situ:et licet sit accidens:nō tamen actus accidentalis
quia nō actuat: sed est admixta materie per p̄sentiā.

…tiam ⁊ indistātiam. ¶ Dubium vtrū corrupta forma pri
uatio illius adueniat materie: ⁊ videtur ꝙ nō: primo
quia non eadem priuatio numero: quia tūc corruptū
rediret idem numero: nec alia: qr diuersarum priua-
tionum diuerse sunt forme: secūdo quia priuationis
esset priuatio eo ꝙ materia habuit a: ꝑuationē ⁊ iam
nō habet eā: ergo priuaꝛ a ꝑuatione: tertio quia tūc
omnis transmutatio esset acquisitiua: eo ꝙ ꝑ q̄zlibet
transmutationē acquireret forma vel priuatio: quar
to quia forma corrupta posset regenerari: ꝓbaꝛ nam
priuatio est negatio in subiecto apto nato: igiꝛ subie
ctum habēs aliq̄ꝫ priuationem habet ad suā formā
aptitudinem: ⁊ per ꝯsequens potest illam formā reci
…isho. pere. ¶ Respondeo ꝙ sic: nam Aristo. dicit. j. Physi. ꝙ
T.c.60. per musicam corrūpitur in musicū: ⁊. viij. metaph. ꝙ
T.c.61. materia sit subiectum priuatiōis per corruptionē di
T.c.4. spositionū naturaliū ⁊ in postp̄dicamētis: ꝙ ab habi
tu ad priuationē est possibilis transitꝰ: ⁊ non ecōuer-
…pmū. so. ¶ Ad primū dicit: ꝙ eadem priuatio numero ad
uenit materie que primo corrūpebaꝛ: nec est inconue
niens corruptū priuatiuū idem in numero regenera
ri. Aristo. autem intelligit secūdo de generatione de
corrupto positiuo per trāsmutationē materie. ¶ Ad
T.c.70. secūdum nego vtrāq̄ꝫ consequentiā. Sed bene sequi-
Ad scdm. tur: materia nō habet a: priuationem ⁊ habebit eam
quantū apta nata est habere: igiꝛ priuatur a: ꝑuatio
ne: sed negeꝛ minor: quia nō est aptitudo nisi ad po-
sitiuū ⁊ ꝯsequēter dicitur ꝙ licet materia sit iam po
tentia ad a: priuationem: non tamē est in potētia ad
illam: quia esse in potentia ad illam est habere potē-
tiam respectiuam ad a: priuationē: ⁊ hoc est impossi-
Ad tertiū bile: qr potentia respectiua nō respicit nisi positiuū.
¶ Ad tertiū concedo consequentiā: ⁊ consequens: ta-
men qr denominatio fit a nobiliori transmutatio dr
Ad qrtum acquisitiua vel dr deperditiua quando acquiriꝛ: vel
deperditur forma. ¶ Ad quartum negetur consequē
tia prima ⁊ vltima: quia non cuilibet priuationi cor-
respondet forma genereanda. sed solum priuationi
coniuncte potentie respectiue que cū sit corrupta nō
amplius potest regenerari: quia est ens positiuum:
deinde quia priuatio est negatio in subiecto apto na
to: concedo ꝙ materia habens priuationē forme cor
rupte habet aptitudinē ad illam: scilicet absolutam
que est naturalis potentia: non tamen potest recipe
re illam formā: qr non habet potentiam respectiuā.
Unū anteq̄ꝫ forma genereꝛ materia hꝫ duplicē aptitu
dinē: scꝫ absolutā ⁊ respectiuā: ⁊ postq̄ꝫ ē corrupta hꝫ
solū aptitudinē absolutā: quare. ¶ Caput. ix.

Quia priuatio ⁊ potētia
recipiendi formā sunt cause ap-
petitꝰ materie: iō de q̄dditate
appetitꝰ materie est aliqualr di
cēdū vt p̄dicta clariꝰ inotescāt.
¶ Ad tertium negat consequentia: per idem enim probatur ꝙ alteratio non distinguit a forma substantiali: quia non potest induci forma substantialis mediante alteratione vult enim. Cõmenta. ꝙ materia immediate recipit formã substantialem: quia nõ est mediante alia forma substantiali: cõcedo consequenter ꝙ generatio ꝛ forma substantialis sunt simul in eodẽ instãti: tamen ordine nature pri⁹ est in materia generatio q̃ forma substantialis. Corrũpit aũt huiusmodi mutatio a generãte per accidẽs vel priuatiue: aut quia cessat ab actiõe: aut quia repugnat illi mutationi esse simul cum alia mutatione vel cũ quiete. Et ad confirmationem dicit. ꝙ isto argumento probat formã substãtialem nõ differre ab alteratione sicut probat illam non differre a generatione: ideo dicit ꝙ positis illis tribus precise nihil transmutat: nisi enim ponat generatio in materia ꝛ alteratio q̃tũcunq̃ poneret forma substantialis nõ transmutat materia: propteres de necessitate illa ponunt. Ad tertiũ

¶ Ad quartũ dicit ꝙ aliqua forma substantialis propter magnitudinẽ subiecti successiue generat ꝛ successiue corrũpit ꝛ aliqua indiuisibiliter generat atq̃ indiuisibiliter corrũpitur: ꝛ lz alteratio prius fiat in parte propinqua q̃ remota non tñ eodez ordine introducit forma substãtialis: quoniã reqrit dispositio alterationis in determinata materia ꝛ magnitudine. Et ad philosophuz dicit ꝙ generatio ꝛ corruptio pñt dupliciter sumi: vel simpliciter vel composite. primo modo non sunt nisi mutationes indiuisibiles secũdo modo cõponunt cũ alterationibus preuijs / ꝛ si includunt alterationem preuiam dicunt esse in tempore adequate primo modo sunt in tempore solum quomodo instãs dicit esse in tempore. Istã distinctionem ponit Cõmenta. sexto phys. di. mot⁹ generationis ꝛ corruptionis est cõpositus ex transmutatione in qualitate ꝛ transmutatione ꝛ substantia. ꝛ transmutatio illa que est in substantia nõ est in tempore. Et secundũ hanc distinctionem soluunt omnia sequentia. Ad Commenta. tamen primo physico. concedo ꝙ aliqua forma substantialis: scilicet seminis successiue corrumpit. tamen illius batur aliqua pars primo corrupta: ꝛ vltimo aliqua corrupta: secundum ꝙ ipse ponit primo phy. de minima carne: ꝛ sexto ac septimo physico. de minima aere ex minimo igne igitur. Ad qrtũ 1.phy.92 Com.37 Com.32 Com.2

¶ Caput.xxx.

Sequitur consequenter de quiete sententia explananda vt ei⁹ quidditas ꝛ distinctio aliqualiter pateat. ¶ Et ideo notandum primo secundum philosophum. viij. phys. ꝙ duplex est qes scilicet naturalis ꝛ violenta. Quies naturalis est illa ad quam forma naturaliter iclinat. Quies violẽta est illa quã forma naturaliter abhorret: ꝛ quelibet istarũ in quolibet genere motuum reperit. Unde si grauia ponant deorsum illa naturaliter quiescunt quiete locali naturali: ꝛ si ponant sursum ibi violenter localiter quiescunt recederent enim a loco illo remoto prohibente: ignis etiam sub quãtitate summe rara naturaliter quiescit: ꝛ sub quantitate densa violenter quiescit: aqua vero sub frigiditate quiescit naturalr ꝛ sub caliditate violẽter quod pz per reductionem sui ad frigiditatem post calefactionẽ: ꝛ ideo tales quietes inuicẽ opponunt: sicut termini sub qb⁹ reperiunt vt determinat Arist. ibidẽ. Primum 54 5.phy.

¶ Secundo notandũ: ꝙ dupliciter sumit quies positiue ꝛ priuatiue: qes priuatiue sumpta est carẽtia motus cũ aptitudine ad illum: et talem habet mobile anteq̃ moueatur ad aliquam dispositionem ꝛ etiam post: sed quies positiue sumpta est dispositio apta nata immediate acquiri per motum. Sicut enim albedo habet contrarium priuatiuum quod est non albedo scilicet carentis eius in subiecto apto nato: ꝛ contrarium positiuuz quod est nigredo tenens alterum Secundũ

extremum

extremum in genere colorū: ita motui secundo cōtrariatur scilicet quies priuatiue sumpta que est negatio in subiecto apto nato: et quies positiue sumpta q̄ est forma realis acquisibilis per motū et non solū motui locali respondet huiusmodi duplex quies: sed etiā cuilibet alteri motui/ nec solum reperit duplex quies naturalis/ sed etiā violenta scilicet priuatiue et positiue sumpta. Hāc sententiam ponit Alber. super quintum physi. di. q in genere non est contrarietas/ sed in specie color in genere non habet cōtrarium/ cum omniū cōtrariorum sit idem gen9: et ideo in genere quies opponit motui oppositione que est inter priuationē et habitum/ sed in specie quies contrariat motui propria contrarietate/ ita q vtrūq est forma habit9. hec Albertus. Ex quibus sequit q duplex est quies scilicet quies que est priuatio/ et quies que est forma positiua: de qua loquit Commentator eodem quinto dicēs q quies est finis et perfectio motus.

Prima con clusio. **His premissis** sit hec prima conclusio. Licet quies priuatiue sumpta sit priuatio motus/ nō tñ quies positiue sumpta prima pars est de se manifesta/ qr talis quies est negatio in subiecto apto nato/ et secunda declaratur. nam quies illa acquisita per motū nobilior est q̄ ille motus igitur non est priuatio eius. p3/ quia nemo dicit albedinem esse priuationem nigredinis/ sed poti9 ecōtra. vt asserit Aristo. secūdo de anima. antecedens probat omnis motus proprie dictus est propter finē secūdo physi. et pp̄ter qd vnunqdq tale et illud magis primo posteriorū. ideo nobilior est in natura finis q̄ motus/ s3 huiusmodi finis est quies: vt colligit octa. physico. igit nobilior est quies positiua q̄ motus ad illum/ vult etiā Aristo. secūdo phy. q finis imponit necessitatē his que sunt ad finem: sicut p̄misse conclusioni in demōstratione.

Correlariū ¶ Ex ista cōclusione sequit primo q quies positiua est tanq̄ habitus et forma. nā finis mot9 est talis quo habito vel acquisito cessat motus: qr habitus existentibus in materia cessat motus primo de generatione: s3 quies positiua est talis q̄ habita cessat motus. ergo quies positiua se habet tanq̄ forma finis vel habitus.

Correlariū vbi ergo quies negaret talē quietem positiuam habet demonstrationē in contrarium ex predictis. ¶ Secundo sequitur q si motus et quies sunt contraria. vt vult Aristo. octauo physi. poti9 motus dicendus est priuatio q̄ quies positiua: patet per philosophum et Commentatorem. tertio de anima di. q altera pars cōtrarietatis minoris perfectionis est priuatio respectu partis perfectioris/ vt nigredo respectu albedinis et frigiditas respectu caliditatis. vnde arguitur sic. motus inest mobili secundum q est in potentia ad aliquid quod non haber tertio physico. sed quies inest mobili put mobile habet aliquid ad quod fuit in potentia igitur motus se habet in mobili secundum quod mobile priuatur et quies inest sibi vt habet habitum et finem/ et per consequens intentum cum motus coniungatur potentie et quies actui.

Secūda cōclusio. ¶ Secunda cōclusio. Nulla quies positiue sumpta est ipsum mobile vel quiescibile. patet quia aliter quies localis moueretur/ immo quies esset motus: quorum quodlibet est absurdum/ et probatur consequentia: quia aliquid quod quiescit motu locali mouetur motu alterationis/ et per maxime/ quia opinio ponens quietē non distingui a quiescente ponit motum localem non distingui a mobili. Item quodlibet corpus naturale haber in se principium actiuum sue quietis vt determinat Aristo. secundo physi. sed nullum quiescens vel quiescibile habet in se principium actiuum sui ipsius. igitur nullum quiescens vel quiescibile est quies.

Tertia cōclusio. ¶ Tertia conclusio. Quies positiua localis non est locus qui/ nec vbicatio superficialis. patet/ quia celum quiescit quiete naturali opposita quiete violenta extra locum naturalem/ et tamen non habet locum qui cum a nullo contineatur/ nec vbicationē superficialem/ quia omnis talis vbicatio fiunt a superficie continente discontinuam. quarto physi. sed non continentur ab aliqua superficie discōtinua: quia extra celum non est locus. primo celi/ et tertio physi. igitur. Deinde totum elementū terre cōtinue quiescit/ et tñ cōtinue habet aliam et aliā vbicationem superficialē: sicut cōtinue alia et alia superficie ambitur aque et aeris.

Quarta con clusio. ¶ Quarta cōclusio. Quies positiua est terminus immediatus acquisibilis per motū. probat: quies positiua est finis mot9 immediatus. vt p3: sed termin9 acquisibilis per motū est finis immediatus motus igit et c. ita q quies positiua localis est vbicatio situalis secundum quam est motus per se/ et ad quam immediate terminabilis est motus localis. siue fuerit quies violēta siue naturalis. Etiā quies in augmentatione est quantitas vel dimensio a qua est immediate motus augmētationis: quies aūt in alteratione est qualitas que immediate acqrītur per motū alterationis: ita q frigiditas aque nō tendens ad vlteriorē perfectionē est quies naturalis aque: et caliditas inducta est quies violēta. Et notanter dixi acqsibilis per motū: quia nō oportet omnē quietem per motū esse acquisitā: vt patet de quiete grauis nouiter geniti in loco vel extra locū naturalē: sed sufficit q illa sit acqsibilis: id est apta nata acqri per motum naturalē.

Correlariū ¶ Ex ista cōclusione sequitur primo q quies priuatiua est per accidens vel per reductionē eiusdē p̄dicamēti: cuius est motus. p3 inductiue: qm̄ quies localis priuatiua est de p̄dicamēto mot9 localis et quies alterationis de predicamento alterationis: et ita de alijs: sicut tenebra in predicamēto qualitatis ratione luminis.

Correlariū ¶ Secūdo sequitur q aliqua quies positiua est entitas absoluta et aliqua respectiua. patet: quoniā quies positiua augmētationis diuisiōis vel alterationis est ens absolutū: sc3 de predicamēto quātitatis: sed quies mot9 localis est ens respectiuū de predicamento vbi. igitur.

Primum. **Contra** predicta arguitur. Si quies esset accidens tam naturalis q̄ violēta: vt ex dictis sequitur: et ille due cōtrariantur: et tñ idem subiectum: sc3 corpus naturale recipit naturaliter tam quietem violentā q̄ naturalē: igitur tale corpus naturaliter quiesceret quiete violēta. consequēs est falsum: et cōsequētia tenet per hoc: quia naturalis est sibi quies illa quam corpus recipit si quies est accidens.

Secundum. ¶ Secūdo seqtur q quies violēta et naturalis essent actiua et passiua inuicē sicut due qualitates cōtrarie: et idē accideret inter motus cōtrarios q essent actiui et passiui inuicē: sicut alie quātitates prime elementorū.

Tertium. ¶ Tertio sequitur: si corpus nō potest quiescere nisi habeat tale accidēs: seqtur q omne mobile carēs motu habet tale accidens: et ita posita vna quiete in corpore ponunt infinite quietes: quia quelibet pars illarū indiget quiete ad hoc q ipsa quiescat.

Quartū. ¶ Quarto si motus et quies sunt actiua cū motus et quies sint cōtraria et motus potest intēdi: igit quies potest intendi: et per cōsequēs aliqd potest intensius et remissi9 quiescere: quod non bene sonat. deinde cum latitudo motus sit infinita: igitur latitudo quietis est infinita: et ita nihil mouet finita velocitate nisi haberet plus de latitudine quietis q̄ de latitudine motus: et ita magis diceretur: omne motum quiescere q̄ moueri quod est inconueniens. igitur.

Ad primū. **Ad primum** nego q aliquod corpus recipiat naturaliter quietē violentam: quia graue non recipit naturaliter quietem sursum: nec leue quietē deorsum: nec aqua quietē calefactionis: nec est verū q omne corpus naturale recipit naturaliter omne accidēs: quia lapis motus sursum nō recipit naturaliter illum motū: nec aqua naturaliter calefactionē: et nō seqtur. calefactio aque est naturalis: aut aqua naturaliter calefit: igitur naturaliter recipit illā calefactionē: quia l3 illa calefactio sit naturalis: nō tamē est naturalis aque sed violēta.

Ad secūdū. ¶ Ad secundū cōceditur q aliqua quies naturalis et quies violēta sunt actiua et passiua inuicē sc3 frigiditas aque et caliditas eiusdē: nō tamen illud cōceditur

generaliter:quia quies naturalis vel violēta reper-
ta in predicamēto quātitatis:vel vbi nō agunt ꝛ pa-
tiuntur:sicut nō sunt propinquissime ꝯtraria:immo ali-
qua ꝯtrantur proprie que nō inuicē agunt ꝛ patiunt
Ad tertiū. vt albedo ꝛ nigredo:dulcedo ꝛ amaritudo. ¶ Ad ter-
tium dicitur ꝙ illud nō sequitur nisi de quiete predica-
menti qualitatis:vnde aqua naturaliter quiescit sub
quolibet gradu frigiditatis sue:et quia illa frigidi-
tas habet infinitas partes intēsiuas:ideo habet infi-
nitas quietes faciētes vnam quietē totaliē:de quiete
autem predicamēti,vbi vel quātitatis illud nō sequit
eo ꝙ nihil quiescit nisi sub vna quātitate vel sub vno
Ad 4ᵗᵘᵐ. situ respectiuo. ¶ Ad quartū dicit ꝙ quies predica-
menti vbi vel quātitatis nullo modo potest intendi
vel remitti:sicut nec quātitas vel vbi:sed pdicamēti
qualitatis bene intēditur ꝛ remittitur:sicut qualitas
acqsita per motū:et sic nō est incōueniens aliquid in-
tensius ꝛ remissiꝰ quiescere.aqua enim intēsiꝰ quiescit
sub frigiditate intēsiori ꝙ̄ remissiori. Et ad argumē-
tum cum dicitur latitudo motus est infinita.igitur
latitudo quietis.negetur cōsequētia:immo tenendo
motū alterationis esse solum qualitatē qua acquiri-
tur:ista ꝯsequētia nō valet: videlꝫ iste motus erit in-
finitus:et iste motus erit hec caliditas:igitur hec ca-
liditas erit infinita. Dato enim ꝙ a/ignis assimila-
bit sibi. b.aquā maiorabitur proportio a. supra b. an
tecedens est verū ꝛ conseques falsum:sed ex illis pre
missis solum sequit ꝙ hec latitudo erit infinitus mo
tus. ¶ Ex predictis sequitur primo ꝙ sicut nullus vbi
potest quiescere aliqua quiete:ita nulla quies loca-
lis potest quiescere aliqua quiete:ꝛ sic qualitas ꝛ quā
titas quiescunt quiete locali:licet non possint quiesce
re quiete proprij predicamenti:ita quies augmenta-
tionis diminutionis seu alterationis potest quiesce-
re quiete locali/sed non quiete propria/qꝛ aliter pro-
cederetur in infinitum. ¶ Secundo sequitur ꝙ nulla
quies mensurat tempore proprie loquendo qꝛ entia
permanentia non ꝓprie mensurant tempore. quarto
phy.sed omnis quies est ens permanēs igit. Et si ad
ducit in contrarium Arist .quarto phy.dicens ꝙ qes
mensurat tempore. Dico ꝙ locutꝰ est verbalr de quie
te id est quiescere mēsurat tempore/ꝛ nō sequit qesce
re mensurat tempore/sed qescere est qes vel qescens:
igit quies vel quiescens mensurat:sicut non sequit:te
esse est te fuisse est te fore mensurat tempore:sed tu es
te esse/ꝛ te fuisse est te fore/igit tu mensuraris tempo
re/sed solum sequit ꝙ tu es aliqualr esse qualiter esse
mensurat tempore:sicut alias dictum est. ¶ Tertio
sequit ꝙ aliqua quies est sensibile cōmune ꝛ aliq sen-
sibile proprium ꝛ aliqua nec sensibile propriū/nec cō-
mune.pꝫ de qete predicamēti quantitatis que est sen
sibile commune/sicut quātitas cōtinua/qes vero pre
dicamenti qualitatis est sensibile ꝓprium:sicut quali
tas tertie speciei. qes autem pdicamenti vbi.cum sit
respectus indiuisibilis nō est sensibile propriū nec cō-
mune. Et ad philosophum secundo de anima dicen-
tem ꝙ quies est sensibile cōmune: dico ꝙ loquebat de
quiete materialr vt dicit qescens includēs respectū
vbicationis situalis .sicut etiā motus duplr sumit scꝫ
materialr ꝛ formalr:ita qes positiua duplr sumit.s.
materialr ꝓ re qescēte ꝛ formalr pro dispositiōe im-
mediate acquisibili per motū. ¶ Quarto sequitur. ꝙ
lꝫ in esse reali quies sit magis positiua ꝙ̄ motus:tn̄ i
esse cognitiuo motꝰ est magis posítiuꝰ ꝙ̄ qes. qꝛ me-
lius percipit motus ꝙ̄ qes ꝛ isto modo posset quies
positiua dici priuatiuū:ꝛ motus positiuū. sicut etiam
solet dici de vno ꝛ multitudine ꝙ vnū in esse reali est
magis positiuū ꝙ̄ multitudo:sꝫ in eē pceptiuo .mul-
titudo se hꝫ vt positiuū.ꝛ vnitas vt priuatiuū.igit ꝛc.

¶ Caput.xxxj.

Primū. Iam de actione ꝛ passiōe propter
mutuā ipsarū coopatio-
nē materiā simul perstringā. inquirēdo
habitudinem ipsarū inuicē ad sua sub-
iecta. ¶ Et iō notandū primo ꝙ relatio
et respectus non inuicem conuertuntur: sed se ha-
bent sicut superius ꝛ inferius:qꝛ omnis relatio est re
spectus ꝛ non ecōtra. vnū enim est predicamētū rela-
tionis:ꝛ septem respectiua:q differūt isto mō. qm̄ re-
latio est respectus ad aliud. actio est respectus a quo
aliud. passio est respectus qui ab alio. qn̄ est respectꝰ
durationis. vbi est respectus circunscriptiōis vel situa
tionis. positio est respectus essendi in toto secundū
se vel scdm aliud. habitꝰ est respectꝰ circa aliud sicut
igit sunt diuersi respectꝰ: ita diuersi modi penes q̄s
hec predicamēta distinguūtur. Modus igit actionis
est esse a quo aliud. ꝛ passiōis quo ab alio:iō actio est
scdm quā agere dicimur ꝛ passio est effectus illatioꝗ
actionis secūdū auctorē sex pncipiorū. vel actio est
respectus agentis in passum. ꝛ passio respectus pa-
tientis in agens. vt colligit a philosopho.iij. phy. et
non sumitur in ibidem vt dicit inherentiam:sed ter-
minationem : quoniam actio est terminatiue in pa-
tiente:ꝛ passio terminatiue in agente:sicut paterni-
tas est in filio ꝛ filiatio in patre. ¶ Secundo notan-
dum. ꝙ aliqd esse ab alio triplr sumit. primo sicut ab
agente vel supposito ꝓducēte. ꝛ hoc est ex parte agē-
tis principiū qd secūdo modo sicut a pricipio produ-
cendi. et hoc est ex parte agentis potentia productī-
ua:sicut principiū quo. iij. sicut ab actione. ꝛ hoc est ex
parte agētis respectus de genere actionis. Cōsimili-
ter ex parte passi dicit aliquid fieri ab agēte triplr:si
cut totum compositum qd est ipsum quod fit. ij. sicut
terminus actionis qui est forma cōpositi: tertio mo
do sicut passio que est effectus illatiuꝗ actionis:ꝛ ta
lis est respectus de genere passionis vt distinguit cō
tra alia predicamenta:igitur.

His visis sit hec prima conclusio. Tā actio Prima conclusio.
ꝙ̄ passio realiter distinguitur a
forma acquisita per motum. probat. forma acquisita
per motū manet nō manēte actione nec passiōe : igit
non sunt idē realr. pꝫ ꝯña. ꝛ añs sitr. qm̄ assimilatio
passi agēti nō est actio nec passio sicut agēs non agit
nec passio nō patit: forma aūt introducta scilicet ca-
liditas vl frigiditas manet deīde ad actionē ꝛ passio
nem non est motus:sed ad formam acquisitā per mo Scda conclusio.
tum est motus/igit nec actio nec passio est forma acq
sita per motum:tenet consequentia:antecedens autē
pro vtraꝗ parte est Arist. quinto physico. Itē argui-
tur specialiter de actione. nā impossibile est aliquam
rem dependere a seipsa effectiue. alr idem esset causa
suiipsius ꝛ prius seipso sed forma que est terminꝰ mo
tus capit esse effectiue per actionē agentis:igit actio
agentis non identificatur forme acquisite per motū
¶ Secūda conclusio. Tam actio ꝙ̄ passio realiter di
stinguitur a motu. pbatur illa realr distinguunt:qrū
vnū in alio sed actio ꝛ passio sunt in motu. igit. ma-
ior pꝫ. quia nihil est in seipso:minor declarat ex intē
tione Aristo iij. physico. dicentis: ꝙ motus est actus
agētis ꝛ patiētis cui insunt actio ꝛ passio. Deīn mul-
te sunt actiōes ꝛ passiōes absꝗ motu vt actio intelle
ctus agentis ꝛ passio intellectꝰ passibilis:ac etiā illu
minatio actiua solis ꝛ passiua medij. Itē arguit spe-
cialr de actione:quoniam mortuo proijciente mouet
proiectum:igit manet motus sine actione agentis/ꝛ
per consequens non sunt idem posset etiam deus cō-
tinuare calefactionem pro introductione caliditatis
annihilato calefaciente/quo admisso esset calefactio
sine actiōe sup. particularis agentis. Hāc sententiā
determinat. Simplicꝰ in pdicamētis dicēs ꝙ actio
nō est motus pmo/qꝛ actio est actus perfecti habēs
in se perfectionē suā. Motus autem est actus imper-
fecti habens ad aliud imperfectionē suam. Secundo
quia actio nō est actus agentis secundum ꝙ est in po
tentia/sed motus est actus mobilis vt est in potētia.
Tertio quia motus habet cōtrarium admixtū actꝰ
ꝛ potētie / sed actio non hꝫ huiusmodi admixtionē.
Quarto quia motus est in discursu indeterminatꝰ di
uisibilis in infinitum actio autem hꝫ suū totum esset
simul absꝗ diuisione: ꝛ est natura determinata:igit.

3ª conclu. ¶ Tertia conclusio. Actio et passio inuicem realiter distinguuntur. probatur, nã si actio ⁊ passio sunt omnino idem sequitur ꝙ eadem omnino est potentia actiua ⁊ passiua. ⁊ probatur consequentia per Aristo. tertio phy. di. ꝙ si posse laborare ⁊ posse infirmari essent idem posse: eadem essent infirmitas ⁊ sanitas: multo magis tenet argumentum econuerso si sanitas ⁊ infirmitas sunt idem. igitur posse sanari ⁊ posse infirmari sunt idem: ita in proposito: si actio ⁊ passio sunt idem, agens ⁊ patiens sunt idem: ⁊ similiter potẽtia actiua ⁊ passiua sunt idem: quod falsum est. Unde secũdo de anima ponit Aristo. ꝙ potentie distinguuntur per actus: ⁊ actus per obiecta. igitur diuersarum potentiarum sunt diuersi actus sed actio est actus potẽtie actiue ⁊ passio potẽtie passiue. igitur. Pro ista cõclusione est Aristo. primo posteriorum di. predicamẽta esse impermixta: ⁊ ꝙ illa negatiua est vera ⁊ immediata in qua negatur generalissimum vnius predicamenti a gñalissimo alterius predicamenti. ex quibus sequitur ꝙ nulla actio est passio. Unde si actio et passio essent idem numero. etiam essent idem specie ⁊ genere scdm phylosophum. v. metaphy. consequẽs est cõtra philosophum in predicamentis di. ꝙ diuersorũ generum ⁊ non subalternatim positorum diuerse sunt species ⁊ differentie. Item. v. ⁊. vi. phy. Arist. diuidit ens in ens in anima ⁊ in ens extra animam ⁊ ens extra animam diuidit in decem predicamenta que diuisio nulla esset si actio esset passio. iij. phy. dicit phs ꝙ omnino est dicere doctionem ⁊ doctrinam actionem ⁊ passionem non esse idem. sed bene ꝙ idẽ motus agentis ⁊ patientis. cui insunt passio ⁊ actio vbi Commenta. actio ⁊ passio differunt quidditatiue. Itẽ auctor sex principiorum ponit expresse hãc cõclusionem di. passio est effectus illatioq; actionis: modo nihil est effectus suiipsius. ⁊ idẽ tenet Boetius. Simplicius ⁊ Albertus ⁊ generaliter omnes peripatetici.

4ª conclu. ¶ Quarta conclusio. Tam actio ꝙ passio est entitas respectiua: ⁊ nullatenus absoluta. probatur actio est entitas respectiua ⁊ non absoluta. igitur per idẽ passio. ptz consequentia: quia mutuo coopponũtur actio ⁊ passio. antecedens ptz: eo ꝙ nouiter aduenit alicui absq; mutatione facta in eo. sicut aliquod agẽs nouiter agit: quod passio nõ agebat absq; mutatiõe sui ⁊ si passio non aduenit alicui absq; mutatiõe facta in eo: nõ tamẽ est ens absolutũ. quia sufficit ꝙ coopposituz possit aduenire alicui siue mutatiõe facta in eo. filiatio enim nulli aduenit absq; mutatione facta in eo: ⁊ tamẽ est respectus: quia paternitas potest alicui euenire absq; mutatione facta in eo. igitur.

Primum. Contra predicta arguitur. et primo sic. Omnẽ actionem naturalem consequitur necessario passio agẽtis. ⁊ illa non distinguuntur ab illa passiõe. igitur omnis talis actio naturalis est passio ptz cõsequentia cum maiori per Ari. iij. phy. ⁊ primo de generatione di. ꝙ omne mouens physicũ in mouẽdo mouetur. minor vero est nota. quia respectus nõ differt quando est idem subiectum: ⁊ vnus inest subiecto inquãtũ reliquus inest.

Secundum. ¶ Scdo arguitur. ⁊ quero vtrum actio sit in agente vel in passo si in passo: non apparet distinctio inter illam ⁊ passionez: que etiam est in passo. si in agente. igitur agens recipiens illã patitur. aut igitur passione distincta ab illa actiõe vel nõ si primũ: habetur processus in infinitum. si scdm habetur intentum.

Tertium. ¶ Tertio nullum agens naturale agit nisi ipsum patiatur se agere in virtute alterius dirigentis: ⁊ illud pati est motus quem facit agens. igitur tam actio talis agentis ꝙ passio cõueniũt in aliquo tertio. puta in hoc ꝙ vtrũq; illorum est motus: ⁊ per cõsequens sunt eadem inter se agere agentis in passuz ⁊ pati a sua causa dirigi ad sic agẽdũ.

Quartum. ¶ Quarto arguitur auctoritate Ari. iij. phy. di. ꝙ actio ⁊ passio sũt vnus motus. eadẽ enim via est ab agente in passum ⁊ a passo in agens: sicut a loco sursum in locũ deorsuz descendendo: ⁊ econuerso in ascendẽdo: et sicut a thebis ad athenas: ⁊ econuerso, dicit enim Aris. ꝙ idem est actus motiui ⁊ mobilis. agentis ⁊ patientis: ⁊ secundo de anima quod idez est actus sensibilis et sentientis.

Ad primum 3.phy.8. Ad primum negetur antecedens pro prima parte. Et ad philosophũ respondetur ꝙ ipse intelligit quando agens est infra sperã actiuitatis passi. si enim multum elongatur passum ab eo: ⁊ omne propinquum est assimilatum: tũc agẽs non repatitur: ⁊ dato ꝙ semper repateretur actio sua non est sua passio sed sunt duo respectus: quorum vnuz dicitur agens. ⁊ secundum dicitur patiens. sicut secũdum caliditatem aliquod est calidum: ⁊ secundũ humiditatem ab illa distincta idem est humidũ.

Ad secundum ¶ Ad secundum dicitur ꝙ si patiens agit in eo sunt duo respectus distincti scilicet actio ⁊ passio. Si aũt agens patitur iterum in eo est actio ⁊ passio que nõ sunt idẽ si vero patiens nõ agit in eo est passio. ⁊ nulla actio si autem agens non patitur in eo est actio sine passione. Et tunc ad argumentum agens recipit illã actionem. igitur patitur recipiẽdo eam negetur cõsequẽtia: sicut nõ sequitur sortes recipit filiationẽ. igitur patitur recipiendo eam quia non recipit hmõi respectum per mutationem factam in se: sed in alio igitur.

Ad tertium ¶ Ad tertiũ dicitur consimiliter negando antecedens: eo ꝙ agẽs in agendo licet recipiat directionem secundum quã agit hec tamen directio non est passio: nec cũ passiõe sed est quedã relatio qua agẽs respicit passuz: ⁊ ideo nec directio: nec dependẽtia reperta in agẽte facit passionẽ in agente sicut nec mutationem.

Ad quartum T.c.21. ¶ Ad quartũ dicitur ꝙ Arist. nõ dixit hoc determinatiue: sed solũ inquisitiue mouendo duas questiones. Prima vtrũ actio sit passio. Secũda vtrum actio sit in agente vel in patiẽte: ad quas respõdet ꝙ actio non est passio: sicut nec doctio nec doctrina. Unde conceditur ꝙ sicut eadẽ est via ab a. in b. ⁊ econtra: ita idẽ est motus agentis ⁊ patiẽtis: ⁊ consequenter idem est actus vtriusq; quia omnis motus est actus. tertio physi. non tamẽ sequitur ex hoc ꝙ actio agentis sit passio patientis: eo ꝙ tn plus se habet actus ꝙ actio: cũ nõ sit in aliquo predicamento: sicut nec motus communissime sumptus. T.c.8.

Intelligendum. ¶ Intelligendũ tamen propter solutionem omnium auctoritatum que huic vie videntur dissonare ꝙ sicut motus sumitur dupliciter scilicet materialiter: ⁊ formaliter: ita actio vel passio sumitur dupliciter. scilicet materialiter ⁊ formaliter. Actio materialiter sumpta est indifferenter quelibet operatio actus. siue sit motus siue forma acqsita per motuz. Actio vero formaliter sumpta est respectus secundũ quem aliqd formaliter est agens: ⁊ sic nõ est motus: nec forma motus: nec passio. cõsimiliter dicatur de passione: quia passio materialiter sumpta est generaliter qlibet operatio patiẽtis secundum quaz patitur: siue sit motus: siue mutatio siue forma recepta per motum: vel per mutationez: ⁊ isto modo passio materialiter sumpta erit actio materialiter sumpta. Passio vero formaliter sumpta est respectus. secunduz quẽ aliquid formaliter dicitur pati: ⁊ sic passio non est actio: nec aliqua forma absoluta: auctor sex principiorum ponit tres proprietates actionis ⁊ passiõis formalis. Prima ꝙ vtriq; est aliqd cõtrarium. 1
Secunda ꝙ vtraq; suscipit magis ⁊ minus. 2
Tertia ꝙ non sunt sine motu: ⁊ hec proprietas dz in- 3
telligi de motu cõmuniter sumpto. vel se extendit ad mutationẽ subitã. Unde illuminatio est mutatio indiuisibilis: in qua sunt terminatiue actio ⁊ passio: actio in corpore luminoso: ⁊ passio i corpore illuminato. similiter cũ inducitur intellectio in anima. ibi est mutatio absoluta de gñe qualitatis: sicut intellectio acquisita per illã: ⁊ vltra hec sunt actio ⁊ passio.

correlarium ¶ Ex predictis sequitur ꝙ generatio ⁊ corruptio et huiusmodi possunt tripliciter sumi. primo pro mutatiõe absoluta ⁊ sic sunt de eodem genere cum termino ad quẽ. secũdo pro respectu agẽtis ad passũ. ⁊ sic erit de gñe actionis. tertio pro respectu agẽtis, ⁊ sic erit de pdicamẽto passiõis. quare plura alia erant hic adducẽda: que adducta sunt in prima parte, vbi de actiõe ⁊ passiõe fuit sermo quare.

¶Caput.xxxij.

Unde subiecto passionis:sed actionis apud oēs dubitatio fuit:in quo ipsa actio:vtrum in agente vel in patiente subiectiue fundetur. ¶Ad quod inuestigandū est notandum primo q̄ quatuor inueniuntur ex parte agentis scilicet ipsum agens quod est suppositum ipsa potētia actiua.que est principium actiuū agendi ipsa actio per quam agens actualiter ⁊ formaliter agit:⁊ via attingendi terminum scilicet mutatio absoluta:⁊ dicitur se tenere ex parte agentis.quia fluit ab agente p potentiam actiuam ⁊ actionem respectiuam. Consimiliter ex parte patientis inueniuntur quatuor scilicet ipsum passum qđ patit:⁊ ipsa potentia passiua p quā patitur habitualr̄ ⁊ potentialiter:ipsa passio p quā actualiter ⁊ formaliter patitur:⁊ effectus qui est forma inducta per motum vel per mutationem.quo habito cessat motus vel mutatio.hec igitur se habent per ordinem:actio:motus:passio ⁊ forma:que est terminus ad quem: quoniam actio naturaliter p̄cedit motum:⁊ motus passionem:⁊ passio formam inducēdam tanq̄ terminum ad quem. ¶Secundo notandum q̄ aliquid dicitur elicitū ab agente quadrupliciter. Primo tanq̄ terminus factus.vt ipsum cōpositum. Secundo tanq̄ terminus factionis:vt forma illius. Tertio tanq̄ via ad illum terminum vt motus. Quarto tanq̄ principiū imediatū vie vt ipsa actio. Nihil fit primo:secundo:vel tertio modo nisi per mutationem illius in quo fit:sed quarto modo fit actio: ⁊ non permutationem illius in quo fit:eo q̄ nō informat:nec inheret sed est suo subiecto presens et indistans.sicut generaliter quilibet respectus est in suo subiecto non informatiue:sed formatiue.non inherēter:sed insistenter sicut etiam dicitur esse quelibet intelligentia separata in suo orbe.⁊ quilibet motus absolutus.vt perseitas.et inherētis in suo fundamēto.

His visis sit hec prima conclusio. Actio materialiter sumpta est subiectiue formaliter in patiēte:⁊ nō in agente. Istam conclusionem ponit Ari.iij.phy.di.q̄ si motus esset formaliter in mouente:tunc omne mouēs moueretur:vel in aliquo esset motus qđ nunq̄ moueretur:quod est inconueniens pro qualibet parte. ¶Dicendū ergo q̄ quelibet talis actio est subiectiue in patiēte: siue fuerit actio imanens.vt intellectio aut volitio. siue fuerit actio transiens.vt calefactio vel frigefactio calidum ⁊ frigidum:seu aliq̄ alia forma sub̄alis: vel accidentalis.successiue vel subito producta. ¶Secunda cōclusio. Actio formaliter sumpta non est subiectiue in motu:nec in termino motus probatur.nullum prius potest fundari in suo posteriori.sed actio formaliter sumpta est prior motu.⁊ termin⁹ motus ergo ⁊c.maior ptz īductiue:⁊ rōne:q̄ gn̄alr̄ fūdatū p̄supponit suū fundamētū.nec vz si dicat̄ q̄ mot⁹ posterior est actione in eo q̄ est actus entis in potentia ⁊ est actiō e p̄ar inquātū fundat eam.q̄ illud qđ ſm suam totā realitatē capit esse originatiue ab aliquo.licet ſm aliquā rationem possit dici prius.non tamē potest esse fundamentum illius.verbi gratia.accidens vniuersaliter sumptum potest esse aliquo modo prius q̄ substātia particularis.nam intelligendo hominem naturalem in cōmuni.intelligo qualitates sensibiles in cōmuni:⁊ tamen pro tunc non oportet q̄ intelligā hunc hominem particularem.q̄ cum substantia est causa per quam accidens capit esse impossibile est q̄ accidens sit fundamentum substantie:etiam q̄uis motus ſm aliquam rationem sit prior q̄ actio.tamē q̄ tota realitas motus capit realiter esse originatiue p actionem.impossibile est q̄ motus sit subiectum vel fundamentum actionis. ¶Tertia cōclusio. actio formaliter sumpta nō est subiectiue in potentia passiua nec in ipso patiente.p̄batur omnis forma denominat suū subiectū aliqua denominatiōe itrinseca.q̄tū cunq̄ denominet aliud in quo nō est formaliter denominatione extrinseca:sed passum denominat̄ passum per passionē.ergo denolatur agens per actionē ⁊ per ꝯn̄s omne passum agit:qđ est falsum.tenet ꝯn̄a cum minori.maior vero est nota.q̄ scientia lz denominet denolatione extrinseca obiectū scibile:tn̄ denominatione intrinseca denoīat scientē.quē formaliter p̄ficit. Unde pōt sic argui. Actio est in patiēte formaliter.ergo omne patiens agit:vel in aliquo est actio qđ nō agit.tenet ꝯn̄a cū falsitate ꝯn̄tis.iuxta argumētum Arist.iij.phy.factum de motu pro prima conclusione. ¶Cōfirmatur actio per suā realitatem stando infra ambitū actionis habet duplicem aspectū.s.ad illud in quo est formaliter:⁊ ad aliud qđ est sibi extrinsecū.⁊ per ꝯn̄s hz duplicē denominationē:vnam qua denolat illud extrinsecū:⁊ illa est denoīatio formalit̄ extrinseca:⁊ alia qua d̄enoīat illud in q̄ est formaliter intrinseca.ergo passum est formaliter agēs qđ est inconueniēs. ¶Quarta cōclusio. Actio formaliter sumpta est subiectiue in potentia actiua:vel in ipso agēte.primo in eo est formaliter actio de genere actionis in quo est formalis q̄dditatiua ratio illi⁹ sed q̄dditatiua rō actiōis que est esse a quo aliud est formaliter in agēte ⁊ nō in passo:q̄ nihil p̄ductū in passo ē a quo aliud:sed est illud qđ ab alio.ergo actio est formaliter in agēte.ij.nō minus opponunt̄ actio ⁊ passio q̄ relationes ꝯn̄es actionē ⁊ passionē:sed paternitas ⁊ filiatio que sequunt̄ actionē ⁊ passionē.v.meta.nō possunt esse in eodē subiecto.nec in eodē supposito.ergo nec actio ⁊ passio:sed passio est in patiente ergo actio est in agente.tenet ꝯn̄a cū minori.alr̄ enī nō dicunt̄ opponi paternitas ⁊ filiatio.maior autē declarat̄ ex eo:q̄ respectus actiōis ⁊ passiōis sunt respectus motus ⁊ cooppositi.ex quorū oppositiōe tanq̄ ex per se causa:⁊ imediata orit̄ oppositio relatiua in relatiōib⁹ scdi modi.iuxta doctrinā Arist.v.meta.tertio necessaria dispositio in eē vel in fieri ad susceptionē alicui⁹ forme est in eodē subiecto cum illa forma: sed actio.v.meta.est fundamentū relatiōis sequētis vel necessaria dispositio ad susceptionē illi⁹. ergo in eodē formaliter est actio in quo est relatio sequēs.s. p̄nitas sz p̄nitas subiectiue ē ī p̄re.ergo actio respectiua est in eodē.quarto agēs qđ est perfecti⁹ qñ agit q̄ quādo nō aliqđ agit:acq̄rit aliqđ in seipso formaliter:sed agens naturale perfectius est quādo agit q̄ quādo nō agit.ergo quādo agit habet aliquid in se qđ nō hz qñ nō agit:sz hoc nō pōt esse:nisi actus de genere actionis.maior patet ⁊ minorē ponit Arist.iiij. metheoroꝝ. Ista cōclusio est Ari.iij.phy.di.q̄ actio nō abscindit̄.sed est hoc in hoc vbi Cōmenta.nō dicimus q̄ actio agētis est in patiēte ſm q̄ abscindit̄ ab agente:qñ si hoc esset nō esset agētis:sed ſm q̄ continuatur ex hoc in hoc.vz ab agente in passum:modo omne qđ est ab agente receptū in passo:separat̄ ⁊ abscindit̄ ab agēte.⁊ ideo ipse cōcludit.iij.phy.q̄ actio alicuius necessariū est q̄ sit in se. ¶Itē.v.meta.sic dicit Cōmēt.manifestū est q̄ abscissio cultelli est in cultello.⁊ actio man⁹ est in manu.sicut calor est in igne. ¶Et nono metaphysice. Actio artis carpentarie est in carpentatore. Unde Aristo.dicit ibidem q̄ in diuersis actus precedit potentiam: sed in eodem potentia precedit actum.ergo potentia actiua et actio sunt in eodem.sed potentia actiua est in agēte.ergo actio est in agente. Item scđm phm in de somno ⁊ vigilia.cuius est potentia eius est ⁊ actus:⁊ intelligit subiectiue:q̄ sic arguit:cuius potentia est vigilandi in eo est actus vigilandi.⁊ consimiliter de potentia dormiendi. ¶Item primo ethicorum dicit philosophus q̄ honor ē in honorante:⁊ nō in honorato.quia honorans operatur honorem quemadmodum gradiens gressum. ¶Deinde inquit Ari.iij.phy. dicunt aliqui q̄ motio ⁊ motus sunt vna essentia in parte:sed dicemus subtiliori modo:⁊ q̄ veritas rei sic se haber quod mouere est dispositio mouentis nō moti:⁊ operatio moti ad mouentem est dispositio moti.

Margin notes (left): [...]nium; scdm; 2ª c̄clusio. 3ª cōcl'a; 4ª cōclo.
Margin notes (right): T.c.19; Quarta cō clusio, T.c.20; Cō.15.c.17. T.c.13;

nõ mouentis. ecce q plane ponit Auicen. actionem
esse in agente: et non in patiente quare.

Primum, **Contra** predicta arguit. inferendo primo q omne agẽs agit prius in se q̃ in passum consequens est falsum: quia tunc omnia potentia actiua esset receptiua et passiua: et consequẽter deus esset potentia receptiua et passiua: quod est cõtra philosophum et Commen. viij. physico. t. xij. Meta. dicit q deus est immobilis et actus purus. patet consequẽtia: quia actio prius esset saltem prioritate nature q̃ motus et passio.
Secundo ¶ Secũdo sequitur q omne transmutans transmutatur contra. iij. et octauo physica. et patet consequentia: quia omne transmutans recipit aliquam realitatem: quam primo nõ habebat. ergo aliter se habet q̃ prius: sed omne quod aliter se habet q̃ prius transmutatur. ergo minor est phy. v. physicorũ.
Tertia. di. q mutari est aliter se habere q̃ prius. ¶ Tertio si actio esset in agente: et non in passo. sequitur q nõ haberet connexionem agens cum passo. immo q omne agens naturale possit agere ad quancunq distantiã consequens est falsum: et probatur consequentia. nam agens naturale potest agere in omne illud ad quod potest habere respectum actionis: sed si ponatur habitudo que est essentialiter actio formaliter in agente: tunc agens naturale poterit per talem habitudinem referri ad corpus quantuncunq distans: sicut album potest referri ad album. quantuncunq distans: sed istud impossibile non sequeretur ponendo actio-
Quartum; nem subiectiue in passo: quia ad hoc q actio innascatur in passo requiritur debita appropinquatio agentis ad passum. ¶ Quarto arguitur auctoritate Aristo. nono Meta. di. q actio manens est que manet in agente: et est perfectio agentis / sed actio transiens est in passo / et est perfectio passi. ergo saltem actio transiens est in passo. et si actio manens est in agente. hoc non est inquantum agens / sed inquantum patiens: vt dicit Aristoteles de motu qui est in mouente: q nõ
Com. 21. est in eo secundum q mouens / sed secundum q motum. iij. physico. generaliter ergo actio agentis naturalis est in passo. Deinde videtur esse ad hoc Commentator tertio physicorum. dicens: q actio et passio sunt vnum subiecto et duo diffinitione. ergo actio est in eodem subiecto in quo est passio: et iterum ibidem: actio motoris que est mouere est eius: nõ in eo: actio
Ad primũ. autem motoris est facere motum in alio: iterum edificatio est act⁹ edificati inquãtum edificatum.

Ad primum dicitur q sicut non proprie generatur generatio: ita nõ proprie actio agitur. ideo nullum agens agit proprie actionem suam / sed proprie elicit eam / et prius q̃ agat vel eliciat in passum aliquid / et consequenter concedo q omnis potentia actiua est receptiua: nõ tamen omnis potentia receptiua est passiua / quia nihil patitur nisi per mutationem factam in se: sed aliquid recipit per mutationem factam in alio / quia ergo receptio actionis non est per mutationem sui scilicet alterius sicut nec per inherentiam vel informationem.
Q. 35. ideo in deo possunt esse infinite tales actiones respectiue: sicut et infinite relationes: non obstante q sit purus actus. ¶ Sed contra Aristot. octauo physico. probat q si deus de nouo produxit mundum mutat⁹ est sed per nouam productionem mundi non consurgeret in deo nisi nouus respectus de genere relationis: vel nouus respectus de genere actionis. ergo realitas actionis vel relatiõis facit mutationez in eo cui aduenit. ¶ Respondet q si respect⁹ facit mutationez in eo cui aduenit. hoc non est ratione sui: sed ratione alicuius absoluti noui: cui talis respectus est coniunctus: et ideo conditionalis illa fuit bona ad intentionem Aristo. et Commen. reducentium nouitatem re-
Ad scdm. spect⁹ in nouitatem absoluti in deo vnde concludit ibi Commen. q necessario esset in deo appetit⁹ nou⁹ modo certum est q appetitus non dicit solum respectum. ¶ Ad secundum neget consequẽtia. Et ad probationem concedo q omne nouiter transmutans hʒ aliquam rem quam prius non habuit: et cõsequẽter q se habet aliter q̃ prius ex quo non sequit q mutetur. ¶ Et ad philosophuz dico q loquebat de alietate absoluta: ita q omne quod se habet intrinsece aliter q̃ prius alietate absoluta illud mutatur non tamẽ om-
Ad tertiũ ne quod se habet intrinsece aliter q̃ prius alietate respectiua mutatur. ¶ Ad tertium neget consequẽtia. sufficit enim q agens naturale et suuz passum habeãt connexionem localem: et q vltima illorum se contingant. sicut dicit Aristo. vij. physi. sic Deinde ad hoc q agens agat et inascatur in eo respectus actionis exigitur debita proportio potentie actiue ad ipsum passum: que si tollat non poterit agens agere in passum et q̃uis actio sit essentialiter quidam respectus: nõ tamen est respectus de genere relationis: que nõ requirit approximationem extremoruʒ ad hoc q innascat in extremis: sicut ponebatur exemplum de similitudine: que potest esse inter duo alba q̃tuncunq distãtia: sed est respectus de genere actionis reqrẽs approximationem debitam extremorum ad hoc: vt innascatur in agẽte. Et propter istam causaz author sex principiorum vocauit relationem accidens intrinsecum aduenũs: et actionem vel passionem accidens: ex-
Ad q̃rtum trinsecum aduenĩes: et q̃tuor alia predicamẽta quatuor respectiua. ¶ Ad quartum dicit q Aristo. loquit ibi de actione materialiter sumpta quã ego cõcedo esse in patiente / nec est in agente nisi in eo q est patiens. ¶ Et ad Commẽta. dicentẽ q actio et passio sunt vnũ subiecto: dicit q duplex est subiectum. scilicet in quo et circa quod verbigratia: sciẽtia duplex hʒ subiectũ: vʒ in quo: et illud est anima: et circa quod: et illud est obiectum communissimuz eius sic actio et passio sunt vnum subiecto: quia habẽt vnum subiectum: non in quo sʒ circa quod: et illud est motus quia actio et passio non sunt in motu: secũdum autorẽ sex principiorum eciã p̃ha dicit. iij. physico. q actio et passio sunt in motu: non debet intelligi subiectiue: sed terminatiue: eo q actio et passio sunt termini motus. Ad alias vero authoritates Commẽn. respondet q ipse locutus est de motione et edificatione: et sunt actiones materialiter sumpte quare. ¶ Predicamentum quãdo.

¶ Caput. xxxiij.

Septimum predicamẽtum est predicamẽtũ quã-
Primum Eternitas do: quod prouenit a tempore: sicut vbi a loco: vt determinat autor sex principiorum. ¶ Et ideo incipiẽdo a tempore est notãdum primo: q differentia est inter eternitatem: euum et tempus: quoniam eternitas secundum Boetium quinto de consolatione. est duratio immutabilis tota simul. et dicitur primo duratio immutabilis: quia claudit contradictionem aliud a deo esse in eternitate: vel eternitate mensurari: proprie loquendo de eternitate. Secundo dicitur tota simul quia implicat contradictionem deum fuisse vel fore in eternitate: cum sit mensura indiuisibilis non
Euum habens prius nec posterius. Euum vero est duratio mutabilis tota simul et hac mensura mensuratur intelligentie intellectus human⁹ qui licet non habeat prius et posterius essentialiter tamen mutabilis est. sicut quelibet creatura propter dependentiam quam habet ad deum: et sic loquitur autor de causis: cum dicit intelligentias et animas hominum eẽ creatas in euo super tempus: et quot sunt huiusmodi entia: tot sunt eua habentia inter se ordinem. sicut et illa entia Tempus vero est duratio mutabilis successiua: ita q si non est motus non est tempus et econtra. ¶ Ex quo sequitur q si celum necessario mouetur necessario est in tempore: et omnia inferiora si necessario veterascũt aut habent esse transmutabile necessario sunt in tempore: et econtra: si possibile est celuz non moueri: et res
Secũdũ inferiores non sic veterascere vel moueri possibile est ipsa non esse in tempore: sed in euo. ¶ Secundo notãdum q tempus quantum ad propositum spectat tripliciter sumit. Primo pro duratione successiua mot⁹:

et sic quelibet duratio successiua: siue sit motus localis. siue augmentationis. siue diminutionis: siue alterationis dicitur tempus. Secundo pro duratione successiua motus primi mobilis: et sic est passio motus primi mobilis: nec alibi quam ibi reperitur subiectiue. Tertio pro duratione insuccessiua mūdi in esse trāsmutabili: et sic est passio mundi subiectiue existens in eo de quo loquitur phs. iiij. physi. di. tempus esse in celo. in terra. et in mari. et de isto loquor ad presens. qt de tempore sumpto primo vel secundo modo diffuse locutus sum in prima parte.

Prima conclusio.

His visis sit hec prima cōclusio. Impossibile est deum aut aliquam intelligentiam eē tēpus. probatur tempus hz prius et posterius essentialiter. iiij. phy. sed deus et intelligentie nō habent prius et posterius: cum sint entia indiuisibilia per carentiam partium. ergo etc. ¶ Item tempus est motus. vel passio motus. xij. metap sed nec deus. nec aliqua intelligentia est motus vel passio motus vt liquet. ergo etc. Et ideo sequitur quod falsa est opinio ponens quodlibet indifferēter esse tempus: quoniam tūc tempus cōuerteretur cum ente. et non esset species quātitatis continue. quod est contra philosophū in predicamentis. cap. de quātitate.

Secunda conclusio.

¶ Secūda conclusio. Impossibile est tempus eē primū mobile: aut celū. Istā conclusionem ponit. Arist. quarto phy. di. quod stultior est opinio ponens tps esse celum: quam alia impossibilia. que possunt confirmari de eodē conclusio tn̄ sic arguit: qt alr sequitur quod deus est in oi tēpore: et celum in nullo tempore cōtra phm quarto physi. et patet ꝯña. qt deus est in omni celo. et celū nō est in celo. et sic sequit quod totum celū. seu pmū mobile nō pōt moueri. qt non pōt moueri in tpe. eo quod totū celū nec pmū mobile mouetur in celo sed solū circa cētrū mundi. ¶ Item sequit quod omne factū fuit per tps eternū. et per cōsequēs omne tale sp fuit. pz. qt omne factū fuit per celū. et ipm celuz fuit eternū. Etiā qt oē factū fuit in oi celo et omne tēpus est celū. ergo oē factū fuit in omni tpe. ¶ Itē sequitur quod annus non est maior mense. nec mēsis maior die vel hora. qt tam annus. quam mensis quam dies vel hora est celum per opinionē cōtrariam. et ita sequit cōsequenter quod nihil potest moueri per horā precise. quia omne quod mouebitur: mouebitur per mēsem et per annum ex quo vnum est reliquum. ¶ Item sequitur. quod omne tempus est finitum. contra philosophuz tertio. et octauo physicorū. et patet consequentia quia omne celum est finitum. et consequenter sequitur quod temporis multe sunt partes simul. quarum nulla alteram includit. quod est contra determinationem Aristotelis quarto physicoꝝ. et patet consequētia. qt celum habet multas partes non seinuicem includentes. simul existentes. cum sit res permanens.

Tertia conclusio.

